



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





Hi 9585



UNIVERSITEITS



9000



Digitized by Google















ACTORUM  
ERUDITORUM,  
*QUÆ*  
LIPSIAE PUBLICANTUR,  
SUPPLEMENTA.  
TOMUS VI.

*Cum S. Casarea Majestatis & Regis Pol. atque Ele-  
ctoris Saxonie Privilegiis.*

---

LIPSIAE,

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes,  
JO. FRID. GLEDITSCHII FIL.  
THOMAM FRITSCHIAM  
& FRID. GROSCHUM.

---

Typis VIDUÆ JOH. CASPAR MULLERÆ  
A. MDCCXVII.

WISCONSIN  
NOTARIAL

NOTARIAL PUBLIC

STATE OF WISCONSIN

NOTARIAL PUBLIC

NOTARIAL PUBLIC

NOTARIAL PUBLIC

NOTARIAL PUBLIC

NOTARIAL PUBLIC

■ (1) ■

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Qua Lipsia publicantur,*  
SUPPLEMENTA,  
*Tom. VI Sect. I.*

---

**BULLA NOVITIA PONT. MAX. CLEMENTIS  
XI cum fulmine damnationis vibrata contra doctissimum Vi-  
rum P. QUESNEL, ejusque NOV. TESTAMENTUM,  
sub examen vocata a JO. WOLFGANG JAEGERO,  
D. Academiae Tubingensis Cancellario.**

Tubingæ, literis Josephi Sigmundi, 1714, fol.

Plag. 14.

**A**utor hujus scripti, de quo nonnihil diximus in Actis A. 1715  
M. Jan. p. 27, est Theologus & Senex Academiae Tubingen-  
sis celeberrimus, Jo. Wolfgang Jegerus, Sereniss. Ducis Wur-  
tembergici Consiliarius, Abbas Adelbergensis, Cancellarius A-  
cademiae Tubingensis, & in diœcesi eadem Superintendens Ge-  
neralis, cujus pro veritate cœlesti zelus ex pluribus aliis doctrinæ  
& integritatis suæ documentis orbi dudum innotuit. Scopus  
præsentis operis eo redit, quod quamplurimæ propositionum, a  
Clemente XI per bullam ejus novitiam damnatarum, partim in  
D. Augustino, aliisque Patribus orthodoxis, totidem fere lite-  
ris & syllabis legantur, partim vero a Clemente IIX P. R. in  
bulla sua, contra Ludovicum Molinam edita, non minus ac a  
Conciliis quibusdam integris in Africa & Gallia celebratis, ap-  
probatæ fuerint publice. Arguit inde Autor noster veneran-  
dus manifestæ Clementem XI P. R. fallibilitatis, cum per bullæ  
suæ Anti-Quesnellianæ anathemata gratiam Christi medicina-  
lem, in ipsis sacris Literis assertam, prorsus enervaverit, & Pela-  
giano-

A

giano-

gianorum de liberi arbitrii viribus sententiam in ecclesiam revocaverit. Non tamen omnes & singulas bullæ propositiones Jægerus doctissimus excutit; sed tantum *decem* earum altius expendit, de iisdemque *totidem dissertationibus* sententiam suam exponit. Prima propositionum examinarum, primum etiam inter propositiones Quesnellii, a Clemente XI damnatas, locum tenens, hæc est: *Quid aliud remanet animæ, quæ Deum atque gratiam ejus amisit, nisi peccatum & peccati consecutiones, sive verba paupertas & segnis indigentia, hoc est, generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?* Hanc propositionem damnando errorem quendam capitalem in jure & facto comunivisse Pontificem summum, ex eo evincere an nititur Jægerus dissertatione prima, quod doctrina hujus propositionis in Scriptura S. ut Joh. III, 6, Rom. VII, 14, 15, Eph. II, 1, 5, manifesto fundata, & tum a Concilio Araucano, tempore Leonis I celebrato, nec non a Felice IV & Bonifacio II, PP. RR. approbata, tum a D. Augustino & Prospero Aquitanico contra Pelagianos graviter vindicata fuerit. Circa secundam in ordine propositionem damnatam id sub initium dissertationis secundæ Jægerus observat, quod ejus damnatio unice facta sit in gratiam Jesuitarum, qui jam dudum cum Ludovico Molina, Jesuita Hispano, gratiam divinam naturæ nostræ humanæ subjecerint & subordinaverint. Affirmat autem illa propositio: *quod gratia Jesu Christi, principium efficax cujuscumque generis, necessaria sit ad omne opus bonum; & absque eadem non solum nihil fiat, sed nec fieri possit.* Ast damnatum esse per expunctionem & rejectionem hujus propositionis non solum ipsum D. Augustinum, quem vero cum Prospero & Fulgentio in dogmate de gratia aliquantum a vero aberrasse Jesuitæ hodie non negant, sed eos etiam ex ipsis Pontificibus Ecclesiæ Romanæ summis, Jægerus ostendit, qui autoritatem Augustini in doctrina de gratia & libero arbitrio sancte semper habendam præceperunt, ut Cælestinum, Bonifacium, Hormisdam, maxime vero Clementem VIII, qui seculo superiori lites de gratia & libero arbitrio ad unius D. Augustini tribunal agitari jubebat. In examine propositionis damnatæ sextæ, quæ *id esse discriminis*, ait, *inter se-*  
*das*

*duſ Judaicum & Chriſtianum, quod in illo Deus ſugam peccati  
 exigat, & implementum legis a peccatore, relinquendo tamen  
 hunc in impotentia ſua, in hoc autem Deus det peccatori, quod ju-  
 bet, illum gratia ſua purificando, hæc Jægerus diſſertatione ter-  
 tia præmonet, quod fœdus Judaicum, ſeu legis, opera exigat,  
 at non vires largiatur ad operandum; ſed fœdus Chriſtianum,  
 ſeu gratiæ, fidem exigat in Chriſtum, & ſimul quoque vires  
 ſubminiſtret, per verbum evangeliæ, ad credendum. Obser-  
 vatum fuiſſe hoc diſcrimen, verbo Dei etiam paſſim confirma-  
 tum, Auguſtino accuratiſſime, id ex iis hujusdem Patris locis  
 comprobatur a Jægero, quibus ante gratiam nullam legis adim-  
 pletionem dari, & ſine gratia nullum opus bonum eſſe, ſedulo  
 inculcat. Quarto loco propoſitionem damnatam decimam  
 octavam, quæ ſemen verbi, quod manus Dei rigat, ſemper fru-  
 ctum afferre affirmat, in terminis iſtis, prout jacet, innocue a-  
 natheſis ſigmate notatam ex eo Jægerus comprobatur, quod  
 qui talia damnat, ipſi verbo divino partim obſtrepit, quod lu-  
 culentis testimoniis efficaciam verbi divini affereret, partim Cle-  
 menti VIII P. R. contradicat, cujus verba, contrarium docentia,  
 ex Actis Controverſiæ de auxiliis gratiæ præferuntur. Quinta  
 diſſertatione propoſitionem damnatam trigefimam octavam,  
 quæ ſine gratia liberatoris liberum non eſſe peccatorem, niſi ad  
 malum, aſſerit, adeo fundatam eſſe in Auguſtino Jægerus evin-  
 cit, ut qui illam damnat, ipſum Auguſtinum aperte, contra con-  
 ſtitutiones Pontificum veterum, damnationis fulmine percutere,  
 & Pelagium in numerum doctorum eccleſiæ orthodoxorum  
 referre videatur. Idem ſere ſentit Autor diſſertatione ſexta  
 de propoſitione damnata quadrageſima, qua aſſeritur, quod ſine  
 gratia nihil amare queamus, niſi ad noſtram damnationem; quæ  
 propoſitio veritatibus in ſacro Codice traditis prorsus eſt conſen-  
 tanea. Diſſertatione ſeptima nec eam Quesnellii propoſitio-  
 nem, numero inter damnatas quinquageſimam ſecundam, quæ  
 que omnia ſalutis media in fide, tanquam in ſuo germine & ſemi-  
 ne contineri; ſed fidem quoque non abſque amore & fiducia eſſe  
 dicit, damnationis fulmen meruiſſe, ex eo probatur, quod eam  
 in verbo Dei, pluribus quidem in locis, fundatam ipſa Eccleſiæ*

Pontificia ex parte suam fecerit semper, eandem vero Augustinus prorsus defenderit. Dissertatione octava per damnationem propositionis in ordine octogesima, quæ *lectionem scripturæ S. pro omnibus esse* affirmat, non Pontificem solum Romanum, Clementem XI, sed & omnes ejus Consultores, criminis se summi reos reddidisse, Noster urget & indignatur, quandoquidem id, quod Deus expresso mandato hominibus omnibus injunxisset, Pontifex contra cum consultoribus suis evertere non esset veritus. Dissertatione nona propositionem damnatam octogesimam quintam, quæ ita fluit: *Interdicere Christianis lectionem Scripturæ S. præsertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis*, adeo conformem esse Paali, Petri, Joannis & reliquorum Apostolorum doctrinæ, Noster docet, ut ipsi saniores & meliores in Papatu Doctores veritatem hujus propositionis semper agnoverint, quorum adeo testimonia aliquot exhibentur. Dissertatione demum decima & ultima propositionem damnatam nonagesimam primam, & his verbis conceptam: *Excommunicationis injusta metus nunquam nos debet impedire ab officia implendi debitum nostrum*, in sensu affirmante tam divinam esse Noster contendit, ut Salvator ipse eam definiverit, eademque Apostolos suos ad officium Apostolicum impigre obeundum firmaverit. Sed confirmasse eam etiam addit Theologos Venetos contra Paulum V P. R. pluribus argumentis e Scriptura S. depromptis; eademque occasione monet, quod Protestantes nullam causam habeant, fulmen excommunicationis, quod singulis annis Romæ solenniter contra illos vibratur, extimescendi; nisi quidem, juxta Gersonem, Cancellarium illum Parisiensem, Venetis ex eodem capite laudatum, esse velint asini, timidi lepores aut fatui. Subjicit postremo loco Autor P. Quesnellii ad Clementem XI P. R. Epistolam anno MDCCXII scriptam, juxta cum cogitatis quibusdam suis in eandem, quibus autoritatem & infallibilitatem Clementis XI, bulla ista novitia admodum labefactatam, sugillat.

HISTOIRE



HISTOIRE SECRETE DES INTRIGUES DE  
la France en diverses Cours de l'Europe.

h. e.

*HISTORIA ARCANAE OCCULTARUM GAL-  
licæ negotiationum in diversis aulis Europæ; ex monumen-  
tis authenticis, tam MS&is, quam typo vulgatis, de-  
scripta & ex Anglico in Gallicum idioma  
translata.*

*Tomus duo.*

Londini, 1713, 8. Alph. I pl. 15.

**A**utor Anonymus præsentem rerum faciem intuens, haud supervacaneam operam se collocaturum speravit, si callida Gallicæ negotia, quibus ad tantam potentiam viam sibi paravit, apertius delinearet, & antea gesta cum iis, quæ nuper admodum acciderunt, componeret; usque adeo libris optimis, e quibus ipsa etiam Autorum verba affert, tum & documentis nonnullis MS&is varia congestis non ubique obvia. Nos a partium studio alieni, quædam, quæ notata digniora nobis visa sunt, enotabimus.

Incipit ab iis temporibus Autor, quibus Fratres de Witt, oppresso ferme Arausionensi, in Belgio rerum potiebantur, quos odio Arausionensis occæcatus totos se Gallis addixisse demonstrat, quamvis portentosa inde damna patriæ aliquando proventura facile præviderent. Ut enim gratiam ipsorum aucuperetur Jo. de Witt, Gallicæ Regi permisit, ut duodecim magnas naves omnibus ad bellum necessariis instructas in Belgio ædificaret, alias parata pecunia sibi compararet, & omnia, quibus ad naves restaurandas, imo ad navigationem Indicam opus esset, libere cerneret; quin & navium magistros & exercitores illi submiserat, qui Gallos artis nauticæ adhuc plane rudes ad damna Belgicorumque commerciis aliquando inferenda præpararent; ex quo Rex Gallicæ Portum Telonii, Brivates, Dunquercam navibus virisque brevi compleverit; quod antea prohibentibus Belgis ipsi haud licnerat. Ceterum eundem Jo. de Witt, quem *Tom. II. 46.*

Tom. I.

p. 4.

A 3

757

- Λιτιμότατον sui temporis faciant Scriptores, non eundem omni-  
 bus esse visum, sed hominem potius fraudum & vanarum cogi-  
 tationum plenum, ex literis Legati Gallici Lionnii Noster com-  
 probat. Cum ortum esset bellum Anglos inter & Belgas, Gal-  
 lorum potissimum artibus, quibus Anglorum cum Belgis amicitia  
 semper invisā fuit, ut Anglorum vim maritimam quovis modo  
 infringerent, persuaserant istis, Belgas A. 1667 classem nequiquam  
 instructuros, eodemque tempore Belgis clanculum autores fue-  
 rant, ut classem citius solito conficerent, quo factum, ut Belgæ eo-  
 dem anno Anglos ad Chattamum in proprio littore improvidos  
 91. imparatosque summo gentis dedecore opprimerent. Sequun-  
 tur nonnulla de triplici Fœdere Anglos, Succos, Belgasque in-  
 ter concluso, quod tandem Wittii & Angli, callidis Gallorum  
 artibus inducī, maxima animorum contentione iterum deserue-  
 runt. Galli vero cum obtinuissent, quod anxie desideraverant,  
 95. haud dubitaverunt, arcana Anglorum, quorum fides ipsis fue-  
 rat venalis, pandere; siquidem Colbertus, Gallorum ad An-  
 glos legatus, Abbati Primi in mandatis dedit, ut historiam  
 negotiationis illius conscriberet, concessis ipsi documentis, a-  
 ctisque publicis, quæ ad conficiendam eam videbantur necessa-  
 ria, cujus Historiæ Tomi duo Gallico æque & Italico sermone  
 cum Privilegio Regis Galliarum, sub nomine Comitum St. Majoli,  
 prodierint. Cum vero Angli, qui librum magno suo præjudicio  
 scriptum asserabant, Autorem ad supplicium trahi & suppri-  
 mi librum postularent, id obtinuerunt, ut libro damnato, Au-  
 tor carceri manciparetur, e quo tamen elapso duodecim die-  
 rum spatio liberatus est. Porro vocis *Cabala* apud Anglos ori-  
 go refertur, quæ a Cliffordio, Arlintonio, Buckinghamio,  
 104. Ashlejo, & Lauderdaleio, qui summas rerum apud Carolum II  
 tenebant, literisque horum nominum initialibus fuit formata.  
 Ducissam Aurelianensem Caroli II sororem, ex Anglia ad ma-  
 ritum reducem, ob sinistros quosdam rumores veneno extin-  
 ctam, communis fere fert opinio, quam porro documentis non-  
 nullis comprobata Noster dedit. Mortem deinde tragicam  
 114. Fratrum de Witt ejusque causas enarrat Autor, plebemque ad-  
 119. versus Jo. de Witt eo præsertim concitatam fuisse perhibet, quod  
 primo-

permoveri non posset, ut hominem gente haud obscura prognatum, qui cum aliis occidendi animo eum incesserat, intercedentibus licet cognatis & suadentibus ipsis Wittii amicis, incolumem dimitteret. Hinc porro Noster Caroli II in Gallos favorem singularem describit. Bellum certe contra Belgas, a Gallis concitatus moverat, quo, ut demum justis suorum querelis finem faceret, finito, nihilominus 10000 Anglorum in castris Gallorum militare permiserat, ex quo factum, ut magnam pecuniae vim quotannis, non tantum durante bello, sed & pace facta a Gallis obtineret, ne commodis nimirum Gallorum ullo modo adverteretur. Tandem foedus arcanum inter Jacobum II & Regem Galliae factum evidentissime probare conatur; ubi hoc praeter alius notatu dignum occurrit, Jacobum II in Gallicas partes usque eo fuisse primum, ut Gallis Portum Magnum tradere, copiasque ipsorum in Angliam intromittere animo agitaverit. De Epistola huic Tomo *subjecta*, ut & altera, quae secundo Tomo *praemissa* legitur, quoniam modernum tantum rerum statum, imprimisque pacem Ultrajectinam, mire perstringunt, nihil addimus.

p. 154

206.

229.

249.

In Tomo secundo Wilhelmi III memoriam contra malevolorum hoc tempore sermones, ut & insulsa commenta, quae P. Aurelianensis in Historia motuum Anglicorum protulit, defensurus nonnulla de consiliis & ausis Ducis Monumethensis contra Jacobum II praemittit. Is filius nothus Caroli II R. patris imprimis gratia valens, sed a Jacobo Regis fratre, tum Duce Eboracensi, odio semper habitus, insidiarum adversus Patrem & Eboracensem accusabatur, cumque innocentiam probare non posset, vel saltem nollet, exilio tandem ad breve tempus multatus est. Profugum Arausionensis in Belgio omni honoris cultu prosequabatur, quae res adeo pupugit Jacobi animum, ut Chudleigho Legato suo injungeret, ut, quantum haec sibi displicerent, Arausionensi significaret. Is ergo in morem mandatis gerens non verbis solum acerbioribus Wilhelmum compellavit, sed & summos Militiae Belgarum Praefectos Monumethensem more militari salutare prohibuit; quibus offensus Arausionensis vix sibi temperavit, quin manus inferret Legato, Carolus II interea, quamvis rerum sus-

Tom. II.

p. 5

7.

rum

- Ἀριστοτέλον sui temporis faciunt Scriptores, non eundem omnibus esse visum, sed hominem potius fraudum & vanarum cogitationum plenum, ex literis Legati Gallici Lionnii Noster comprobat. Cum ortum esset bellum Anglos inter & Belgas, Gallorum potissimum artibus, quibus Anglorum cum Belgis amicitia semper invisā fuit, ut Anglorum vim maritimam quovis modo infringerent, persuaserant istis, Belgas A. 1667 classem nequiquam instructuros, eodemque tempore Belgis clanculum autores fuerant, ut classem citius solito conficerent, quo factum, ut Belgæ eodem anno Anglos ad Chattamum in proprio littore improvidos imparatosque summo gentis dedecore opprimerent. Sequuntur nonnulla de triplici Fœdere Anglos; Succos, Belgasque inter concluso, quod tandem Wittii & Angli, callidis Gallorum artibus inducti, maxima animorum contentione iterum deseruerunt. Galli vero cum obtinuissent, quod anxie desideraverant, haud dubitaverunt, arcana Anglorum, quorum fides ipsis fuerat venalis, pandere; siquidem Colbertus, Gallorum ad Anglos legatus, Abbati Primi in mandatis dederit, ut historiam negotiationis illius conscriberet, concessis ipsi documentis, actisque publicis, quæ ad conficiendam eam videbantur necessaria, cujus Historiæ Tomi duo Gallico æque & Italico sermone cum Privilegio Regis Galliarum, sub nomine Comitum St. Majoli, prodierint. Cum vero Angli, qui librum magno suo præiudicio scriptum asserabant, Autorem ad supplicium trahi & suppressi librum postularent, id obtinuerunt, ut libro damnato, Autor carceri manciparetur, e quo tamen elapso duodecim dierum spatio liberatus est. Porro vocis *Cabala* apud Anglos origo refertur, quæ a Cliffordio, Arlintonio, Buckinghamio, Ashlejo, & Lauderdaleio, qui summas rerum apud Carolum II tenebant, literisque horum nominum initialibus fuit formata. Ducissam Aurelianensem Caroli II sororem, ex Anglia ad maritum reducem, ob sinistros quosdam rumores veneno extinctam, comunis fere fert opinio, quam porro documentis nonnullis comprobata Noster dedit. Mortem deinde tragicam Fratrum de Witt ejusque causas enarrat Autor, plebemque adversus Jo. de Witt eo præsertim concitatam fuisse perhibet, quod primo-

permoveri non posset, ut hominem gente haud obscura prognatum, qui cum aliis occidendi animo eum incesserat, intercedentibus licet cognatis & suadentibus ipsis Wittii amicis, incolumem dimitteret. Hinc porro Noster Caroli II in Gallos favorem singularem describit. Bellum certe contra Belgas, a Gallis concitatus moverat, quo, ut demum justis suorum querelis finem faceret, finito, nihilominus 10000 Anglorum in castris Gallorum militare permisit, ex quo factum, ut magnam pecuniae vim quotannis, non tantum durante bello, sed & pace facta a Gallis obtineret, ne commodis nimirum Gallorum ullo modo adversaretur. Tandem foedus arcanum inter Jacobum II & Regem Galliae factum evidentissime probare conatur; ubi hoc praeter aliis notatu dignum occurrit, Jacobum II in Gallicas partes usque eo fuisse primum, ut Gallis Portum Magnum tradere, copiasque ipsorum in Angliam intromittere animo agitaverit. De Epistola huic Tomo *subjecta*, ut & altera, quae secundo Tomo *praemissa* legitur, quoniam modernum tantum rerum statum, imprimisque pacem Ultrajectinam, mire perstringunt, nihil addimus.

In Tomo secundo Wilhelmi III memoriam contra malevolorum hoc tempore sermones, ut & insulsa commenta, quae P. Aurelianensis in Historia motuum Anglicorum protulit, defensus nonnulla de consiliis & ausis Ducis Monumethensis contra Jacobum II praemittit. Is filius nothus Caroli II R. patris imprimis gratia valens, sed a Jacobo Regis fratre, tum Duce Eboracensi, odio semper habitus, insidiarum adversus Patrem & Eboracensem accusabatur, cumque innocentiam probare non posset, vel saltem nollet, exilio tandem ad breve tempus multatus est. Profugum Arausionensis in Belgio omni honoris cultu prosequabatur, quae res adeo pupugit Jacobi animum, ut Chudleigho Legato suo injungeret, ut, quantum haec sibi displicerent, Arausionensi significaret. Is ergo morem mandatis gerens non verbis solum acerbioribus Wilhelmum compellavit, sed & summos Militiae Belgarum Praefectos Monumethensem more militari salutare prohibuit; quibus offensus Arausionensis vix sibi temperavit, quin manus inferret Legato, Carolus II interea, quamvis rerum suarum

p. 154

206.

229.

249.

Tom. II.

p. 5

7.

8.

- tam apprime gnarus, fratris consilio omnia agebat, ne, quae  
 vitio verti possent, sibi soli tribuerentur. Mortuo Carolo II re-  
 gnum pervenit ad Jacobum II, qui Monumethensi apud Belgas  
 adhuc degenti mox vitæ infidias struxit, quas ut evitaret, Bruxel-  
 las abire necesse habuit; inde tamen ab Hispanis Jacobo obse-  
 cundantibus ad Batavos quasi repulsus, exercitui colligendo,  
 quo Angliam invaderet, operam dare cœpit. Igitur parva mi-  
 litum manu & navibus aliquot collectis in Angliam trajecit,  
 sperans multos ibi suis partibus accessuros. Sed cum ipse mox  
 Regium nomen, a Jacobi II exploratore *Fergusonio*, quem sibi  
 faventem putabat, persuasus arriperet, quo plurimos amico-  
 rum offendit, Bathoniam præterea & Bristolium, quas urbes pri-  
 mo impetu conjurati occupare decreverant, haud peteret, sed lo-  
 ca montibus septa quæreret & prelium initio aversatus postea,  
 cum duas equitum legiones fortissimas ad locum 20 circiter mil-  
 liaria dissitum, ut tormenta majora adveherent, dimisisset,  
 non exspectato ipsorum reditu pugnae se credidisset, exercitu  
 fugato captus, capitis poenam luit. Pessima hæc consilia  
 Monumethensi Arausionensem suggestisse, ut illo occiso propior  
 ipsi aditus ad regnum Angliæ pateret, Pontificios falso crimi-  
 nari, vel inde probat Noster, quod filius nothus superstitibus hæ-  
 redibus genuinis præferri nullo modo potuerit. Sublato,  
 quem solum fere timuerat Jacobus, Monumethensi, cunctos,  
 quos favere istius partibus senserat, vel quibus opes ad vitam re-  
 dimendam haud suppetebant, morte multari jussit, missis per  
 omnem Angliam iudicibus, ex quibus unus, nomine Jeffrey, se  
 saltem 60000 & quod excedit hominum morti damnasse gloria-  
 tus est. Nec contentus his Jacobus, Leges Regni Anglicani sub-  
 vertere, omnia pro lubitu agere, summa regni munia Pontifi-  
 cii conferre, & in Protestantes odio poene inflatiabili flagrare cœ-  
 pit. Fertur aliquando coram P. Peters, qui confitenti ipsi au-  
 res præbebat, in hæc verba erupisse: malle se vel uno anno regi-  
 minis absoluto martyrem mori, si rara ista felicitas sibi contigis-  
 set, ut tria Magnæ Britanniae regna in gremium Rom. Ecclesiae  
 redacta cerneret, quam triginta annis, hæresi nondum exstincta,  
 summa cum prosperitate regnare. Hisce malis oppressi  
 ferme

oppressi ferme Angli Araufionensis auxilium implorant, cui classem paranti cum se imparem cerneret Jacobus, quantum fert occasio, pristina jura reducit, majora insuper pollicitus. Verum cum classem Araufionensis in Angliam cursum dirigentem, magna coorta tempestate hac atq; illac disiectam comperisset, mox ad ingenium reverfurus videbatur; quo animos suorum adeo alienavit, ut Wilhelmus illum, resectis brevi navibus, momento fere regno pelleret. Et multa quidem de Pontifice sibi pollicebatur Jacobus, sed quantum spe sua sit frustratus, tum ex Innocentii XI tum Alexandri IX ad Regem exulem literis responsoriis abunde constat. Wilhelmum III & Mariam conjugem Reges ab isto tempore venerata est Anglia, quamvis non deessent, qui pessima de moribus Wilhelmi in vulgus spargerent. Notat hic inprimis Autor acerbum Gallorum in eum odium, qui Principatum Araufionensem identidem occupantes opera munitionesque funditus everterunt. Nam & in bello, quod A. 1672 cœptum est, instinctu Regis Condæus nomine tutoris Longavillani actionem de hoc Principatu contra Wilhelmum moverat, ubi tanto contentui habitus est, ut citationibus emissis, alteri verba: *Domino Wilhelmo, Comiti Nassovia, habitanti Amstelodami in Hollandia*; alteri: *Civi Haga Comitum*, inscripta deprehenderentur. Et perhibetur Rex ita in Wilhelmum exarsisse, ut, cum Condæus, orto forte de Araufionensi sermone, *non declinaturum a virtute majorum hunc Principem*, diceret, protinus adderet: *Nec tu, mi Cognate, desceivisti a meritis cujusdam ex majoribus tuis, in scditione adversus aliquem meorum mortui*. Ultimo loco de infidiis Wilhelmo III structis, quas ex doctrina de Obedientia passiva & Non Resistencia natas potissimum putat, differit Autor, ac tertium quoque arcanæ hujus historiz Tomum mox proditurum pollicetur.

p. 51.

p. 166 sqq.  
conf. T. I.  
p. 236.

79.

75.

76.

79.

191. sq.

THOR MODI TORFÆI, S. R. M. DANIÆ ET  
Norvegiæ &c. Rerum Norvegicarum Historiographi &  
in Coll. Consistor. Assessoris, Historia rerum Nor-  
vegicarum.

Tomus IV.

B

Hafnic,



Hafniæ, e typogr. Joachimi Schmidgenii, 1711, fol.

Alph. 24 pl. 15.

**I**ngenio clarissimi Autoris hujus varia monumenta jam debemus: *Rerum Arcadensium historiam*; de rebus gestis *Fœreyensium* Commentationem historicam; quædam de *Grœnlandia antiqua*; *Seriem Regum ac Dynastarum Dania*; *Hrolfi Kraiki*, Regis quondam Danicæ, historiam, & *Dissertationem Historico-Chronologico-Criticam de tribus potentissimis Dania Regibus, Gormo Grandævo, Haraldo Cœrulidense & Sueno furcata barba*. Gloriam, quam per fœtus hos sibi conciliavit, opere hoc triginta annorum reddit splendidiorem; cujus rationem declarandi animus jam nobis est. Quatuor partes: complectitur; quarum primam quis *Ante-Monarchicam* appellare possit, quum exponit res ab ætate illa, qua Septentrio adeoque Norvegia habitari cœpta est, usque ad Monarchiam, quam Haralldus Pulchricomus constituit. Secunda ea exponit, quæ ab hac Pulchricomi monarchia usque ad Christianam religionem contigerunt, qua Olafus Tryggwinus Norvegiam illuminavit; tertia ab hoc tempore cœlestis doctrinæ ad Regem usque Suerrerem progreditur; & quarta ab hoc Rege usque ad Margaretam Reginam. Quæcunque monumenta ei aliquid conferre potuerunt, ista ad usum suum transtulit; nec fuerunt ei contemnenda, quæ fabulosa sunt & turbatim consignata; sed his ipsis Cl. Autor. addidit censuram, quæ facta rerum comparatione nata erat. Islandorum in præmis scripta commendata sibi habuit, quorum fides experta sit, adeo ut & aliis autoribus palmam dubiam facerent. Interdum a suis recedit, parte nimirum III & IV, quibus de Regum Norvegorum in Anglia gestis sermo est, & scriptis Anglorum fidem adhibet. Chronologia & Genealogia ei curæ maximæ fuerunt, quarum ope multa exposuit illustravitque, quæ obscura & diversis autorum sententiis implicata erant. Præmisit prolegomena, quibus non obscure indicat, quod in his literis feliciter sit versatus. Primus historię Septentrionali conscribendæ operam addixit *Arius*, qui ex singulari cognitione rerum historiarum cognomen *Fredi* sive *Polyhistoris* accepit. Nituit im-

primis

primis anno MCXVII a nato Christo, & CCXL admodum annis, postquam jam terra Islandorum coli coepta esset. Ex ejus lucubrationibus superest *Landnama* sive *originum Islandicarum* liber, quam continuavit per *Schedas*, quae nomen ejus praeferrunt. Sunt, qui ei vindicare quoque volunt, veluti auctori, *Annales Flateyenses*, qui ad calcem *Codicts Flateyensis* membranacei in Bibliotheca Regia adhuc conservantur, quod Autor noster in medio relinquit. Ario aequalis fuit *Samundus* Sigfusi filius, qui autor est alterius *Edda* Islandorum, *Samundiana* vulgo dictae & metris compositae: reliqua monumenta ejus perierunt. *Polyhistoris* nomen quoque fuerat nactus, quod & accidit *Kolskeggo*, quem existimant duas partes *Landnama* addidisse, nimirum de partis Islandiae Orientalis & Australis occupatione. Post hos eminuit in Islandia *Brandus Semundi filius*, quartus dioeceseos Holensis Episcopus: e cujus lucubrationibus nihil ad posteritatem pervenit; mortuus est anno millesimo ducentesimo primo. Porro clarus est *Eiricus Oddi* filius, qui filiorum Haraldii Gillii, Sigurdi quippe, Bronchi & Ingii Gibbosi res gestas literis tradidit. His succedit *Karl* sive *Carolus*, monasterii Thingeyrensis in Septentrionali Islandia Abbas, cui debemus Suerreris, Norvegiae Regis historiam. Celebre quoque nomen est *Gunnlangi*, monachi Thingeyrensis; de cujus scriptis vero nihil certo affirmari potest. *Oddus* monachus, presbyter Thingeyrensis, vitam Regis Olafi Tryggvini literis consignavit, quae edita est typis publicis Skalholti 1689, partibus duabus distincta, quarum prior vitam privatam Olafi usque ad tempus, quo ad imperii dignitatem ascendit; posterior vero ejusdem res gestas complectitur. Prae reliquis laudem meretur *Snorrius Sturlaus*, de quo Autor noster multa in ipso hoc opere collegit; ab Hacone Grandaevo, Suerreris nepote, Dapifer creatus fuit. Post hunc Snorrium Sturlaeum ipsius ex altero fratre nepos *Sturla Thordi filius*, qui & praerant thesauro numerorum, historiam Norvegicam ulterius produxit. Is est, qui edidit historiam Sturlungorum, quae praecipua momenta rerum, quae aetate sua in Islandia eveniebant, prodidit & lucem splendidam accendit. Nec praetereundus est *Theodricus Monachus*, qui tempore Suerreris Regis floruit. Scri-

psit Romano sermone Regum Norvegorum historias, usque ad mortem Sigardi Regis Olafi filii, qui *Hierosolymus* dictus est. Ipsum quoque *Regem, Suerrerem* historiam Norvegicam, aut partem ejus quandam, conscribendam curasse, exinde potest colligi; quod multa de Simone Skalpo sibi commemorata inter gestas res fratrum literis consignasse traditur. Cl. Autor noster fufius præfatione de scriptoribus hiscæ tractat, ut pateat, quibus auxiliis sublevatus opus hoc composuerit, cujusque fidei sint autores, quos duces interdum fuerit secutus. Haud idem pretium statuit singulis, & res ipsas studiosè solet introspicere, & instituta earum comparatione, judicat & differit de istis. Ipso præfamine de fati historię Septentrionalis verba facit, quam primum rudem nec cultam fuisse testatur & probat: danturque omnino fabulæ. Ipsi operi plura monumenta antiquorum, quorum paulo ante mentionem fecimus, interposuit, quæ transtulit in Romanum sermonem, in qua vertendi opera verbis Autorum maximopere sese accommodavit. Animus adhæc Autori nostro fuit, historiam rerum Norvegicarum ad nostra usque tempora perducere; cujus etiam partem quintam ad Christianum II affectam habebat; sed vasta operis moles & ingravescens Cl. Torfsæ ætas ipsaq; mors, quominus integrum opus exhiberi posset, obstitere. Partes distributæ sunt in libros & capita, quæ res ordine temporum continent; & singulis addidit indices præcipuarum rerum.

Partis primæ Liber I diversis capitibus differit de nominibus regionis, de etymologia Scandinaviæ, situ ejus & magnitudine, synonymis, de Hyperboreis, de Thule, ejus nominis significationem exponit, & ostendit id convenire Islandiæ; de Norigone, Norvegia, Normannia, cujus nomen qua ratione a scriptoribus ponatur, demonstrat diligenter, cetera.

Liber II agit de regni Norvegici Chorographia, & primum ipsum regnum describit generatim, addita illius divisione cum antiqua, tum nova. Quibus absolutis, disputat de variis præfecturis Norvegiæ earumque statu, de piscatione circa Norlandiæ littora, de Norlandiæ animalibus, sylvis & morbis frequentioribus, de Fianis, & religione illorum.

Liber III

Liber III agit de Origine gentis Norvegicæ, & quidem Sectione I de gigantibus, horum natura, origine, in varias terras dispersione; item quod Septentrionem omnium primi incolerint; Sectione II de Gothis Scanzianis, & III de Scythis seu Asia, qui sunt tertium hominum genus, quod Septentrionem & partem ejus Norvegiam incoluit; qua occasione disputat de genealogia & posteris Odini, de statu reipublicæ Afgangianæ & gestis Odini in Scythia, de ejusdem migratione in Scythiam, de legibus ab eo latis, de ejus obitu, exsequiarum solennibus ceremoniis & quæ cetera sunt; Sectione IV de Gothis posterioribus, de Fortioto ejusque posteris ad Norem usque, de situ ditionis Fornotianæ.

Liber IV de divisione Norvegiæ & prima progenie usque ad Halfi Herois exitum disputat. Quo nomine historias prodit de divisione Norvegiæ inter tres Nori filios, sobole Raumi, Noris filii, *Halfdano priko*, ejusque progenie, item de progenie a Gore, Noris fratre, & Goe eorum sorore descendente, de Augualdo Rogiz provincie Rege, & præsidii Augualdnesiz eponymo, de Alrecho Vegeto Hordiz Rege, de Hiore Josuris filio, Vikare, Vatnare, Hialdo & Sniallo, de Hiorleifo Mulieroso, de extracto a piscatoribus Tritone, de gestis Halfi Regis seu Herois, de Utsteini gestis in aula Eysteini Danicæ reguli, & de Hrecho Nigro.

Liber V exponit res gestas Vikingi, Thorsteini, Fridtjosi & Gantreci; cui accessit appendix, qua tabula genealogica tota Thorii, Gothorum, Fimmorum Quenorumque Regis progenies, excepta linea Haraldi Pulchricomi exhibetur. Thorrio tres liberi fuerunt, Nor, Gor & filia Goe. Nor habuit duas uxores, priorem Hoddam, Suadii gigantis filiam, Rolfi de Rupe sororem; posteriorem, cujus nomen non exprimitur; Noris autem ex Hodda filii sunt Thrandus, Gardus, dictus Agdius & ex posteriore uxore Raumus.

Liber VI continet vitas Orvaroddi, Boduaris Biarkii, & Sörlii Robusti. De Orvaroddo observat præter genus, educationem & studia, quod ei Volva sive femina fatidica prædixerit longam vitam, quod conatus fuerit eludere oraculum; liberave-

rit captivum Norvegum; quod dederit se religioni Christianæ in Aquitania & petierit Hierosolymam, & quæ cetera sunt de morte ipsius, vaticinio Volvæ respondente; de sepultura ac statura.

Libro VII traduntur vitæ Eysteini Thrandiæ Regis ejusque filii Halfdani, Afimundi & Arant, Eigilis Vnmani & Arinnesiæ; Ketillis Hængi & Avis. Extremo libri hujus adjecit CL Autor Schema stemmatum ab Vlfo Oargo, seu Generoso, familiariz Hrafnistinz posterioris Satore, ad celebres in antiquitatibus Islandiæ incolas, cum natalibus singulorum, ad tempora usque cultæ Islandiæ. Quæ Torfæus adhuc exposuit, ea depromta sunt ex libris scriptis; ne autem quædam deesse videantur, subiungit quoque ea Libro VIII quæ Saxo Grammaticus habet, haud temporum ratione habita, quoniam cum monumentis Islandorum nequeat conciliari.

Libro IX exhibet nobis genealogiam Haraldi Pulchricomi, quæ complectitur Niordi progeniem & in ea aliquot Norygiæ regulos; & Lib. X genealogiam Haraldi Pulchricomi, quæ continet Odini progeniem; cujus libri Sectione I de progenie Odini per Daniæ dynastam Skioldum ad Halfdánum IV Streauum; Sect. II de genere materno Halfdani Diferti; Sect. III de progenie Halfdani IV Diferti dicti, usque ad Ragnarem Lodbrochem & ejus deinde posteris ad Haraldum Pulchricomum; & Sect. IV de progenitoribus Sigurdi Fafneridicæ, Ragnaris Lodbrochis Soceri, loquitur.

Pars secunda continet decem libros, quorum primo verba facit de gestis Haraldi Pulchricomi: accedunt appendices de anno natali hujus Haraldi & chronologia ad annum usque millesimum, cum dissertatione de Hrolfo Rognualdi Mæriarum Comitis filio; secundo disserit de primis Islandiæ incolis, sedibus patriis ab iis desertis aliisque in nova patria occupatis; tertius complectitur introductionem in historiam Eirici Blodoxii, sive de iis, quæ Gigilli Skallagrimio cum Rege Norvegiæ Eirico Blodoxio intercesserunt; ipsius hujus Eirici Blodoxii res gestas illustrat liber quartus; quintus varo Haconis Adalsteini-Alumini; sextus Haraldi Grafeldi & Gunnhildidarum; septimus Haraldi Cæru-

lidentis

identis Daniæ Norvegiæque Regis; octavus Sueni & Haconis Hladarum Comitis; nonus Olafi Trygguini, christianæ religionis in Norvegia & subjectis provinciis, Islandia præterea & Gronlandia assertoris primi; & decimus Thorsteini Tauripedis; Hallfredi Vandræda-Skaldi, seu Periculosi Poetæ; Kiartani Olafi filii, Augmundi Ditti & Gunnaris Helmingi; Thoraldi Tafaldii, cetera.

Parstertia incipit ab historia Eirici, Sueni & Haconis, Norvegiæ Comitum; transgreditur ad Olafum Haraldi filium, Crassum cognomine, ad Knutum Magnum Daniæ & Angliæ Regem, item mortem & miracula S. Olafi & alia rerum Norvegiarum momenta resque ad mortem Eysteinii Meilz & initia Suerris. Pars enim quarta complectitur res, quæ acciderunt ab initio regni Suerris usque ad regnorum Daniæ & Norvegiæ juncturam sub Regina Margareta. Quæ potiora sunt momenta & digna lectu, ea studiosus literarum historicarum facili negotio poterit colligere, cujus privatæ industriæ illa quoque relinquimus.

*ELLÆ CAMERARII, PROF. MED. ORD. TUBING.  
Cons. & Archiatri Wurtemberg. Dissertationes Taurinenses  
Epistolice Physico-Medicæ ad Illustr. Ital. ac German.  
quosdam Medicos scriptæ.*

Tubingæ, impensis Joh. Georgii Cottz, 1712, 8.  
Alphab. 1 plag. 1.

**A**utor Clarissimus per biennium avulsus ab Academia, Serenissimi Principis Hæredis Ducatus Wurtembergici Sanitati Augustæ Taurinorum conservandæ cum invigilaret, quicquid tum cura ea præcipua, ac aliorum illustrium Metropolis istius ægrorum, studiaque & adversa perpetim valetudo temporis indulgere, scribendis ad amicos quosdam, quos vel illa demum urbs splendidissima conciliaverat, vel in Germania reliquerat, Dissertationibus Epistolicis destinaverat, quarum nonnullas in patriam revocatus typis tradidit excudendas, brevibus nunc a nobis, quantum materiarum ubertas permittit, recensendas.

In

rit captivum Norvegum; quod dederit se religioni Christianæ in Aquitania & petierit Hierosolymam, & quæ cetera sunt de morte ipsius, vaticinio Volvæ respondente; de sepultura ac statura.

Libro VII traduntur vitæ Eysteini Thrandiæ Regis ejusque filii Halfdani, Asmundi & Arani, Eigilis Vnmani & Arinnesiæ; Ketillis Hængi & Avis. Extremo libri hujus adjecit CL Autor Schema stemmatum ab Vltō Oargo, seu Generoso, familiariz Hrafnistinz posterioris Satore, ad celebres in antiquitatibus Islandiæ incolas, cum natalibus singulorum, ad tempora usque cultæ Islandiæ. Quæ Torfæus adhuc exposuit, ea depromta sunt ex libris scriptis; ne autem quædam deesse videantur, subiungit quoque ea Libro VIII quæ Saxo Grammaticus habet, haud temporum ratione habita, quoniam cum monumentis Islandorum nequeat conciliari.

Libro IX exhibet nobis genealogiam Haraldi Pulchricomi, quæ complectitur Niordi progeniem & in ea aliquot Norygiæ regulos; & Lib. X genealogiam Haraldi Pulchricomi, quæ continet Odini progeniem; cujus libri Sectione I de progenie Odini per Daniæ dynastam Skioldum ad Halfdānum IV Streauum; Sect. II de genere materno Halfdani Diferti; Sect. III de progenie Halfdani IV Diferti dicti, usque ad Ragnarem Lodbrochem & ejus deinde posteris ad Haraldum Pulchricomum; & Sect. IV de progenitoribus Sigurdi Fafneridicæ, Ragnaris Lodbrochis Soceri, loquitur.

Pars secunda continet decem libros, quorum primo verba facit de gestis Haraldi Pulchricomi: accedunt appendices de anno natali hujus Haraldi & chronologia ad annum usque millesimum, cum dissertatione de Hrolfo Rognualdi Mæriarum Comitis filio; secundo disserit de primis Islandiæ incolis, sedibus patriis ab iis desertis aliisque in nova patria occupatis; tertius complectitur introductionem in historiam Eirici Blodoxii, sive de iis, quæ Gigilli Skallagrimio cum Rege Norvegiæ Eirico Blodoxio interceserunt; ipsius hujus Eirici Blodoxii res gestas illustrat liber quartus; quintus varo Haconis Adalsteini-Alumni; sextus Haraldi Grafeldi & Gunnhildidarum; septimus Haraldi Czru-

lidentis



lidentis Daniæ Norvegiæque Regis; octavus Sueni & Haconis Hladarum Comitum; nonus Olafi Trygguini, christianæ religionis in Norvegia & subjectis provinciis, Islandia præterea & Gronlandia assertoris primi; & decimus Thorsteini Tauripedis; Hallfredi Vandræda-Skaldi, seu Periculosi Poetæ; Kiartani Olafi filii, Augmundi Ditti & Gunnaris Helmingi; Thorvaldi Tafaldii, cetera.

Pars tertia incipit ab historia Eirici, Sueni & Haconis, Norvegiæ Comitum; transgreditur ad Olafum Haraldii filium, Crassum cognomine, ad Knutum Magnum Daniæ & Angliæ Regem, item mortem & miracula S. Olafi & alia rerum Norvegicarum momenta resque ad mortem Eysteinii Meilæ & initia Suerris. Pars enim quarta complectitur res, quæ acciderunt ab initio regni Suerris usque ad regnorum Daniæ & Norvegiæ juncturam sub Regina Margareta. Quæ potiora sunt momenta & digna lectu, ea studiosus literarum historicarum facili negotio poterit colligere, cujus privatæ industriæ illa quoque relinquimus.

*ELIÆ CAMERARII, PROF. MED. ORD. TUBING.  
Cons. & Archiatri Wurtemberg. Dissertationes Taurinenses  
Epistolice Physico-Medicæ ad Illustr. Ital. ac German.  
quosdam Medicos scriptæ.*

Tubingæ, impensis Joh. Georgii Cottæ, 1712, 8.  
Alphab. I plag. I.

**A**utor Clarissimus per biennium avulsus ab Academia, Serenissimi Principis Hæredis Ducatus Wurtembergici Sanitati Augustæ Taurinorum conservandæ cum invigilaret, quicquid tum cura ea præcipua, ac aliorum illustrium Metropolis istius ægrorum, studique & adversa perpetim valetudo temporis indulgere, scribendis ad amicos quosdam, quos vel illa demum urbs splendidissima conciliaverat, vel in Germania reliquerat, Dissertationibus Epistolicis destinaverat, quarum nonnullas in patriam revocatus typis tradidit excudendas, brevibus nunc a nobis, quantum materiarum ubertas permittit, recensendas.

In

In Dissertatione I morbos magica vi ac diabolica energia hominibus inferri posse probat. In II viperarum languidos aegros rescindi virtutem illi, quod in hoc animalculo observatur, *πλάσσει* tribuit, quod blandam nutrientemque gelatinam ac moleculas obvolvendis subjugandisque salium spiculis aptas abunde innuit, propter quod vitam sine nutrimento diu traducunt, & antlia pneumaticæ vacuum sustinent. Cum igitur viperæ venenum acre externe morsu inflictum lethalia inferat symptomata, merito miratur Clariss. Autor, idem in stomachum animalium admissum haud nocere; putat nihilominus, dilui nimis ac debilitari aliorum miscela succorum illud, antequam ad sanguinem pervenerit; opinionem autem *Mead*, qua patat, spicula veneni viperini acida in alcali mutari, ex eo argumento refutat, quod eadem correctio aliis in ventriculo venenis similiter non accidat. Qua occasione simul eundem castigat, quod existimet, venenum tarantulæ situm globulorum sanguinis pervertere; hydrophobiam a dolore intolerabili in faucibus & stomacho oriri, hujusque curam per immersionem in aquam marinam compressioni in omnem corporis superficiem ab aquæ pondere factæ deberi; mercurii sublimati vim causticam a partibus mercurialibus, insinuantibus se in poros acutarum partium salinarum sine earum diffractione, ipsisque majorem soliditatem, gravitatem, & mobilitatem largientibus dependere; cicutz vim causticæ acrimoniæ effervescenti cum contentis in ventriculo succis, quæ adurat quasi tunicam ejus nervosam, in acceptum esse referendam; exhalationum malignarum ex variis terræ locis prodeuntium vim non mineralibus venenatorum fossilium vaporibus, sed eorundem crassitie, gravitati excessivæ & elateris defectui adscribi debere; malignas atque pestilenciales febres a calida & humida aeris constitutione, quæ ipsi partem adiinat elateris sui, dependere. Nec subitanæ mortis causæ à *Dionis* adductæ Nostro ubique probantur. In III Mechanicorum principiorum in Physica ac Medicina usum egregium esse non negat; inter abusum vero refert, quod eundem in aberrantis naturæ phænomenis, ut monstis, valere quidam existimant. Quamquam laudatissimum sit Chymicis atque universale quasi

men-

menstruum aer, ignis etiam æstumatissimus credatur analysta, non minus tamen aquæ debere Chymiam, ac plus impostèrum debituram esse existimat, si hydrostaticam profundius excolere Chymiam penitusque libuerit Physicis, Chymicisque modernis, siquidem ad hujus leges præcipuæ Chymicorum operationes reduci queant, ipsaque haud parva spondeat in scrutandis fossilium contentis subsidia, prout hoc in Dissertat. IV fusius exponit. Quid enim sperandum inde non erit, dicit, in tractatione metallorum, eorumque ex mineris eductione, ad majorem simplicitatem minoresque suntus reducenda. Notum enim est, quid tostione & extinctione tostæ mineræ frequenti mutationis ei inferatur. Ac quid eluitio ac lotio valeat, vel sola auri granulorum ex Rheni arena eductione compertum est. Ipsaque stricte sic dicta hydrostatica in detegenda genuina fossilium indeque petitorum ac aliunde quoque desumptorum remediorum indole multum valet, specificum scilicet eorum pondus ejusque ad aquam proportionem, tanquam criterium fallere nescium, indagando. Quin & dosimastica hic sua commoda haud frustra promittat, mineris cum aqua qua gravitatem specificam collatis, earumque hinc vel divitem vel pauperiorem detegendo indolem, e. g. habet penes se Autor tres cupri mineras, & cum primæ in aere pondus sit gr. 231, in aqua 157, aquaque proin ad illam uti 1 ad  $3\frac{5}{7}$  se habeat, secundæ in aere pondus gr. 133, in aqua gr. 97, ergo aqua ad eam uti 1 ad  $3\frac{7}{8}$  fit, tertiæ in aere pondus gr. 85, in aqua 53, ergo aquæ ad eam uti 1 ad  $2\frac{3}{4}$  proportio fit, haud immerito hinc infert, duas primas, unam Suevicam, alteram Suevicam, ex fodinis jam cultis extractas tertia esse ditiores: hanc vero non promittere multum, utut lunæ venerisque aliquid ignis detexerit, obtuleritque. Quanquam igitur Monspe-liensium Socium, *Ridoux*, admodum laudet Autor, quod dissolutiones, præcipitationes, ac crystallificationes ex genuinis deducere principis allaborans, ad Geometrica Hydrostaticaque recurrat principia, in eo tamen cum hoc non consentit, quod rationem redditurus, cur solutæ in mensuris metallorum ponderosissimorum moleculæ natent, ad inæquale quadratorum cuborumque decrementum refugiat; id enim saltem suspensam dubiamque

que reddit suam mentem, quod gravitas specifica corporum, mutata eorum massa ac partium numero texturaque, mutetur, nec se ad superficiem vel tardiora vel celeriora decremenda, quae talia, resfringi patiatur. In Dissertat. V. Montis, cui Magni Bernardi nomen est, difficilem transitum ob nives profundas adumbrat, sub quibus cadavera aliasque res diu conservari commemorat, allegatque conservationem corporum in quibusdam locis naturalem ac diuturnam, in quibus & loci siccitas & temperies, exsucca corporum quorundam dispositio, aeris remotio, & concurrunt, imo & artificialem, arcendo aerem. De Sanctorum quorundam mortuorum hac ratione conservatorum, ut & vivorum corporum, atmosphaerae suavi hac occasione agit, huiusque phaenomeni causas reddit. In Dissertat. VI, ubi de terrae motibus differit, multum tribuit sulphuri, multum ignis, aerisque efficaciae, sed plurimum aquae, sive salinas terrae portiones abundantiores solventi, sive porosae terras lapidesque pervadenti ac sensim laxanti, sive calorem suae in poros insinuatione atque periculosas effervescentias excitanti, tum & mole sua atque pondere irruenti, gravanti, urgentique, nunc sub schemate fluidae aquae, nunc in halitus resolutae. In Dissert. VII historiam allegat viri, ex cuius salivationem mercurialem sustinentis, ore copiosus fluxit sanguis, cuius phaenomeni aetiology sequentem suppeditat. Chirurgus scilicet ulceratam linguam orisque fissos parietes ac impuros, & tactu inter mundandum duriori, & acris nimis ad depurandum adhibitis remediis, nimium irritavit, laceravit, ac laceravit, corpusque universum nimis larga ac frequenti unguenti mercurialis inunctione imbuat. Aeger olim jam gonorrhoea laboraverat, magisque tum praedominante ac manifesta lue venerea. Sanguis dudum erat cacochymicus, diuturna febrium anomalarum series massam ejus, sensim magis magisque vappescentem, spissiore acrioremque effecerat, accessit venerea post novam accessionem acrimonia. Evacuandis potius febribus ac diuturno cacochymiae cursui obviam iverat Chirurgus, quam alterantibus, acrimoniam corrigentibus, blandas roscidasque partes restituentibus ac anticachecticis remediis. Hinc vappidus sanguis, serosus, multis salibus tinctus,

**S**us, nimis fluxilis, seu ad fusionem pronus, hinc, subsequenter universali ac largissima inunctione, magna promptaque seri salivationis decursu profusio, ac nimia sanguinis per læsi ob ulcus orta vascula effluxus vix commode sistendus. Alius certe constitutionis fuit sanguis in juvene, qui ex mercurii usu ad salivationem nullo modo perduci potuit, a lue tamen liberatus fuit. *Egros*, qui talismodi curam mercurialem sustinent, a dicitur erroribus quibuscunque gravissime affici, notum est, idque suo exemplo docuit vir munere militari inclytus, qui declinante ad finem fluxu incautius sese lavans ac humectans in febrilem insultum, atque pedis erysipelas, non sine periculo in ulcus sinuosum transiens, sed tandem curatum, incidit. Miles e contrario gregarius, accedente sub ipso jam largiore fluxu insultu æstique febrili, sui non compos ex hypocausto se proripuit, ac sub dio in nive volutavit, inde tamen nihil sinistri passus, nec fluxus cohibitus fuit. In *Dissertat. VIII de tonitru* Autori sermo est, ad cuius obscuram indolem explicandam lucem se prætulisse existimat *Hombertus*, dum ex commistione duorum liquorum perfecte ad tactum frigidorum, olei scilicet destillati, spiritusque acidi produci flammam, observans, duarum exhalationum ejusdem cum utroque hoc liquore indolis concursum similem in aere inflammationem posse producere, credidit. Frustra autem spiritus illos, simile sive exhalationes in sublimi nubium regione supponi putat *Noster*, fusiusque examinat dilatationem aeris ab aqua calida, & de aere non elastico sententiam, quam lubentes omittimus. In *Dissertat. IX* contra *Mery* disputat, qui fortum sanguine matris nutriri asseverat; inter alia argumenta anastomoses inter vasa sanguinea matris & fortus nec detectas, nec conceptu adeo faciles esse adstruens, cum ovulum ad uterum devolutum suasque secum gerens secundinas facillime radicibus suis ac filamentis molli utero adhzrere, quam vasculum vasculo, osculum osculo occurrere, & coalescere queat, siquidem liquida injecta nullum illorum vasculorum permeare, ac vias illas oculis sistere potuerit *Mery*; accedit, quod sanguis maternus firmiora perluens viscera proportionatus infantili corpusculo non sit; fortus autem ipse sanguifica-

tionis seu propriæ circulationis organa acceperit. Negat porro, posse crystallino humore deperdito in oculo superfluitem esse visum, remque esse adeo facilem, distinguere in oculo præternaturaliter effecto glaucoma a cataracta. Nec intactam relinquit. *Dodartianam* de perpendicularibus plantarum truncis ac caudicibus sententiam a *D. de la Hire* perfectam. Cum enim hic existimet, radices plantarum succo crassiori ac graviori, caules vero subtiliori ac leviori nutriri, & consequenter poros radicum esse majores amplioresque quam caulium poros; Noster in eaverfatur opinione, communem esse omnibus plantæ partibus succum nutritium, ex communi terræ promptuario haustum, atque ex radice in altiores plantæ partes delatum, indeque perpetua circulationis lege ad radicem redeuntem, quod *Læwvenboeckii* observationes confirmant de invertendo plantæ situ, radicibusque in ramos, ramisque in radices pro lubitu convertendis; uno cum non sola augeatur radix, sed simul omnes sua proportione partes acquirant augmenta molis suæ, nullum hypomochlium in radicis caulisque confiniis admittit, quin potius tenellulam plantæ germinantis texturam uniformem, teneram, porosam, tenerrimisque vasculis pertextam eidem aqueo terræ fluido ejusque lubricis moleculis æquabiliter ubique perviam esse statuit. In *Dissertat. X* in *Simoncellum* invehit, qui longe rectius se profundiusque instituisse examen nervi mollis auditorii putat, quam *Valsalva* fecerat, quatenus hanc ei assignat viam ac distributionem per organum auditus, cujus cavitates non instar membranz vel zonæ, sed filamentum nervosi ac mollis in modum pervadat, ac magis magisque serpentino ductu per varios flexus usque ad arcum labyrinthi progrediatur, & per duram matrem in superficiem cerebri superiorem ac circum glandulam pinealem spargatur. Noster enim putat, hanc *Simoncelli* *auspiciis* eo usque rem profequi, quo nec oculi, nec manus aliorum facile pertingant, & ipsum illum nervi toties per organi concava circumflexi ad cranii cavitatem cerebrumque reditum turbare magis stabilitam satis evidenter formandi percipiendique soni rationem; suspicatur potius, ramulum vasis sanguiferi furculis suis duram matrem cerebrique partes varias perreptantem *Simoncello* imposuisse, atque

que impossibile putat, teneram aeris auris internæ percussionem non saltem ad percipiendum nervulum in organo, sed & glandulas cerebri corticales, novumque ibi tremorem excitandum sufficere. Et si vel maxime illuc transmitteretur tremor, nullas ibi menti fisci aut exhiberi harmoniæ, dissonantiæ, similesque soni varietates, sibi persuasum habet; imprimis cum conjectura de recurrente ex quovis sensorio nervo, species ad sensorium commune deferente, admodum vacillet. Præter hæc de præparationibus viscerum Anatomicis fufius agit, & cum Itali insigni Anatomicæ industriæ laude dudum præclari extiterint, miratur non immerito, hos illas hæctenus in usum non convertisse; laudat inde *de Noues* conatus, qui per injectiones & conservationes cadaverum Anatomiam in altius fastigium evehere conatus est; pro re tamen difficili, imo plane impossibili, habet methodum ejus, quam in præparatione integri cadaveris gravidæ una cum foetu adhibuisse se scribit. In Dissertat. XI de epilepsiæ ac catalepticos differentiis ac combinationibus, hujusque certis dubiisque signis agit, variasque hanc rem concernentes historias & observationes allegat. Non tamen subscribit Monspelienfium regioque Medico, *Deidierio*, qui sensoril communis humectationem pro genuina catalepticos causa habet; siquidem ut in situ, quem ipsis dederis, membra maneant, vigor ac tensio haud levis requiratur, & iste fibrarum adeo humore turgentium ac relaxatarum status non congruat complicatis affectibus, in quibus æque epilepsia ac catalepticos reciproco dominio sese excipientes sæviunt. Multo minus credibilis Autori nostro ætiologia motuum inæqualium epilepticorum in hisce complicatis affectibus a *Deidierio* tradita videtur, juxta quam existimat, eos oriri, quod, vasa sanguinea cerebri cum inæqualiter sint infarcta sanguine turgidaque, spiritus animales cogantur influere inæqualiter ac irregulariter in diversos, non obstructis cerebri partibus correspondentes, musculos. Concludit tandem Noster, rarissimam esse catalepticos puram ab omni convulsione separatam, imo nullam, sed catalepticos immediatam causam esse convulsionem, ita ut fibræ partium jam turgeant antea ea spirituum fortius iis intrusorum copia, quæ ad fortiorem sufficiat fibrarum tensionem,

qua demum cessante, principii nervorum succedere queant convulsiones. In Dissertat. XII mentionem facit febrium cum vermibus conjunctarum, & epidemice grassantium, circa quas tamen advertere suadet, num in morbis diuturnioribus causæ effectus rationem habeant iidem; atque in anthelmintica simul inquirat. In Dissertat. XIII eundem continuat discursum occasione febrium castrensiſum Tubingæ quondam illatarum, ac per aliquot annos sub diverso schemate lævientium; earundemque syndromen symptomatum, difficiles ac periculosas terminationes, anomalias insignes, & vermium connubium, nunc causæ nunc effectus quasi rationem habentium describit. In Dissertat. XIV de magnetica declinatione differens, varias equidem methodos pro ea inveniendâ, tum Anglorum, tum Sturmianam, tum Hauteſevillanam, Teuberi, Franc. Tertii de Lanis, aliorumque allegat, atque æstimat; quoniam vero omnes hæc suis ubique non carent incommodis, simplicem, facilem nec incertam suppeditat methodum his verbis: *In trabe seu asſere spiffiore probe complanato, atque accurate ad libellam sive horizontaliter collocato, inque illo situ immobiliter firmato, ea qua fieri potest dexteritate atque circumſpektione juxta methodam aliquam selectam ac præ aliis certam ducatur subtilis linea meridiana, protendaturque & continuetur hac pro lubitu. In aliquo ejus puncto erigatur parvulus stylius cylindricus, exigua crassitie, cujus apex ita omni cura acuminetur, ac disponatur, ut imposta acus magnetica motus quaquaversum liberrimus esse queat; ita vero insigendus est stylius, ut centrum ejus linea insistat meridiana, huic vero humili stylio circumligetur tenue filum sericum longitudinis indeterminata; a centro autem styli exacte incipiendo abscindatur ex linea ista meridiana portio quedam pro lubitu longior aut brevior, mensureturque in partibus, quantum licet minimis, partium v. g. 1000, 10000, plurium vel pauciorum; in determinata hujus linea extremitate erigatur perpendicularis: debinc acus probe constructa disposita quo ac decenter acuminata stylo imponatur, & postquam quiescit filum sub acu (sic tamen ut acum non tangat,) circumſpecte ita extendatur, usque ad lineam in extremitate meridiana normaliter erectam, ut cum acu exacte sit in eodem verticali ac sub ipso ex-*  
*simq*



timo ejus cuspidē protendatur; locus vero seu punctum, in quo filum tenuē normalem secat, sedulo notetur, ut portio normalis inter meridianam & filum intercepta in iis dem minimis partibus possit commensurari. Ista verò mensura cognita angulus declinationis amplius latere nequit; servendus scilicet trigonometricè juxta hanc analogiam: Uti determinata pro lubitu meridianæ a centro stylis ad normalem longitudo, ad longitudinem normalis inter meridianam ac punctum intersectionis cum filo intercepta; ita radius seu sinus totus ad tangentem arcus declinationis magneticæ acus, cuius in magnitudinem inquiritur. Sericum enim filum ex eodem cum meridianâ centro protensum cum illa ac prædictâ normali triangulum rectangulum constituit, facile hac ratione solvendum, cujus duo latera rectum angulum comprehendensia ex ipsa mensuratione nota sunt, ac proin cum se habeant ad invicem, ut radius ad tangentem, analogiam istam suppeditant, poteritque angulus eo accuratius, imo in minutis quoque & secundis obtineri, quo plerumque partium meridianæ seu radius fuerit assumptus; manifestum enim est, posse eam pro lubitu extendi. Filum vero sericum quadam quasi acus magneticæ prolongatio est, ipsiusque supplet brevitatem, ac ineptitudinem in determinandis declinationum minutis. Unde totius negotii cardo in eo vertitur, ut filum maneat conserveturque in eodem cum centro ac cuspidē acus verticali, quod ipso oculorum sollicitè ad motorum judicio commode fieri poterit, ea tamen observata cautela, ut uni tentamini fides non habeatur, sed vicibus isoratis extendatur denuo filum, egregium certitudinis daturum arguantur, si in eodem constanter puncto normalem secet. Interim non potuit non Hallejanam de causis variantis magneticæ declinationis sententiam taxare. In Dissertat. XV circa glossopetras dum versatur, eam fovet opinionem, nunquam fuisse veros dentes dentiformia ista corpora, quæ Rivieri in medium produxit; mirum certe eum tenet, quæ ratione isti dentes cetaceorum tanta in copia intra Germaniæ viscera rupiumque durissimarum intervalla penetrent in locis a mari remotissimis; adeo ut vel ipsi Woodwardo facile futurum non sit, cum sua isthæc hypothesi conciliare, cui tamen varia movet dubia Noster. Inque hunc ulterius invehit in Dissertationibus quatuor

sequentibus, negans, eandem ubique esse terræ faciem internam, imprimis quoad magnam illam testaceorum stratis inclusorum copiam, quam in Anglia observavit Antagonista; nec in eo cum hoc consentit, quod perpetua fundi marini tranquillitas sit; quod stratorum ordo juxta gravitatem specificam se non habeat, & quod unicornu fossile, lapis judaicus, entrochus, asteria, bufonites, glossopetra, cornu Ammonis & alia id genus corpora nil aliud sint quam dentes, ossa, aliaque animalium marinarum in diluvio universali cum aliis relictorum partes. Multo minus concipere sibi potest plenariam terræ dissolutionem diluvii tempore factam, & globo terræ aquis operto, omnes lapides, metalla omnia ac fossilia totaliter fuisse dissoluta, & in particulas nullo nexu coherentes divisa, quæ una cum terra & arena, animaliumque & vegetabilium partibus omnibus aquæ fuerint confusa, & in illa sustentata, ut unam communem constituerent massam. Nec credit, in imis terræ visceribus aquarum esse collectionem, vastam sphaeram centalem constituentem, circa quam strata terræ collocari atque expandi incipiunt; hancque aquam per certos meatus communicare cum oceano, esseque commune centrum aquarum centralium & oceani, ita tamen ut superficies illarum sit adeo plana, uti aquarum marinarum, neque harum superficiei parallela; hasque denique aquas per fissuras stratorum incumbentium ascendere ex hydrophy-laceo suo spherico, & fissuras omnes, omnesque poros & interstitia terræ lapidum aliorumque corporum totius globi terrestris ad peripheriam usque implere. Nec admittit causam terræ motuum a *Woodwardo* allegatam, stupendos illos effectus ab igne subterraneo, aquam abyssi valde rarefaciente, in confusos adigente motus, extendentes se in terram abyssis superstratam, eumque concutientes deducere. Universales enim sic futuros terræ motus, credit, si abyssi aquæ ita rarefierent, percuterentque terram; mavult potius ad aquas confugere, haud ita profunde locatas, caloremque superficiei viciniorem, quanquam nec solum calorem, nec semper accusandum existimet. Porro metalla omnia ac mineralia in terra reperiunda in suis locis a diluvio reposita esse, sibi non persuadet, siquidem semper manet

ma.

**μακρῆναι κενόμακρον** dissolutio solidissimorum horum corporum in minutissimas moleculas, sustentatio eorundem in aqua tot vicibus leviorē, ac lenta adeo subsidentia. Petrificationis causam rejicit *Woodwardus* in aquam fluviale[m] rapidius ex fontibus suis fluentem & particulas secum seleniticas, argillaceas, &c. convehentem, quæ depositæ iterum, ubi de fluxu vehementi remittit aqua, incrustant corpora obvia. Regerit autem *Noster*, si nihil aliud requireretur, petrificantes ejusmodi aquas frequentiores esse, quæ tamen in aliquibus regionibus raræ admodum sint; intimiorem sane saxearum, vel si mavis, seleniticarum partium cum aqua unionem, vinculumque arctius requiri, si aptæ esse debeant ad istiusmodi incrustationes; solum rapidiorem ex fonte fluxum non sufficere, nec parem esse solvendis abrasendisque sub subitaneo tali transitu lapidum ramentis; necesse proin esse, aquam talem eas ab ipsa sua scaturigine in sinu suo gestare, non simpliciter natantes, sed solutas quasi, quantum diversos dari gradus speciesque, non dubitet, cum alia corpora parum, alia magis incrustata, alia petrescicata compareant. Exhalare ex terra tum interno, tum externo Solis calore excitata corpuscula mineralia varia, sulphurea, salina, illaque cum seleniticis, aluminosis, aliisque, convehi præcipue ad thermas, statuit *Woodwardus*, & ea quidem copia, ut hæc natura calidæ aquæ acidulas superent non minus materiæ mineralis copia, quam calore. *Noster* vero existimat, parum mineralium & in thermis & in acidulis esse, illas hac prærogativa saturationis plenioris, partium scilicet activarum, destitui; difficile esse conceptu, ipsa mineralia crassa ac graviora corpuscula, uti selenitica, sub halituum specie in aerem elata stalactitas, sturiasque speculares ex cryptarum fornicibus pendentes formare. Ex eadem origine nitri genesis repetit *Woodwardus*, jungens tamen interno terræ calori accessorium, ex animalibus eorundemque recrementis exsurgentem. *Noster* autem pro comperto habet, colligi & asservari fidelius in ficca terra nitrum, quam in ea, quæ perlui frequentiori solent humore. Sulphuris nitrique halitus pro causa tonitruum fulgurumque adducit *Woodwardus*, cui opinioni præter alia hoc opponit dubium *Noster*, quod in regionibus me-

ridionalibus, durantibus etiam pluviis, trementibus cœli fragoribus concutiantur omnia. Iisdem halitibus a calore elevatis pestem febresque malignas adscribit *Woodwardus*, cui regerit Noster, aliam rationem esse febrium epidemicarum, ipsiusque pestis, facile propagandæ, ubi nec arsenici, nec noxii alius mineralis vestigium possit ostendi, imo ipsa febrium symptomata huic sententiæ refragari. Succinum non esse substantiam gummosam vel resinosam Solis vi ex arboribus extractam, in flumina & mare delapsam, ibique coagulata & indurata, quæ antiquorum fuit opinio, sed esse potius fossile nativum, tempore diluviano in terræ, arenæ &c. stratis primitus repositum, dicit *Woodwardus*, quem tamen breviter refutat Noster. Mittimus alias ejus opiniones, circa superficiæ terrestris mutationes, fossilium figuratorum ortum, a Nostro notatas, hoc solum addentes, clarissimum Autorem in Dissertat. XX seu ultima specimen tentaminum simplicissimorum, quibus præcipuas Experimentalis Physicæque studii doctrinas in patria nuper Academia curiosis exhibuit, sistere.

RISPOSTA APOLOGETICA DEI. P. MAESTRO

D. Guido Grandi Camaldolese &c.

Id est,

*P. MAGISTRI GUIDONIS GRANDI Camaldulensis, Regiæ Celsitudinis Hetruriæ Theologi & Mathematici, atque in Pisana Academia Philosophiæ Professoris Ordinarii, Apologetica Responso ad objectiones A. M. in epistola ad Ill. B. T. contra ipsum motas; in qua data occasione Galileus atque Vivianus defenduntur, variaque circa doctrinam Resistentiæ solidorum & circa vim Infiniti illustrantur.*

Lucæ, apud Peregrinum Frodianum, 1712, 4.

Alph. i plag. 13 cum fig. ligno incisus.

**D**UO sunt in secunda editione Tractatus de Quadratura Circuli & Hyperbolæ R. P. Gu. Grandi (de qua in Actis Suppl. T. V p. 260 dictum) quæ Alexandro Marchetto Math. Prof. Pisano displi-

difficuerunt, ut adeo de iis questus fit in epistola ad Illustriss. Bernardum Trevisanum Patritium Venetum typis edita, Primum est locus præfationis, quo Cl. Grandus, qui in Quadratura Hyperbolæ per infinitas Parabolas in idem cum Nicolao Mercatore cogitatum incidere, ostensurus, quam facile & sæpe eveniat atque accidere possit, ut diversi Geometræ circa idem argumentum versati, si non eadem, simillima saltem depromant inventa, inter plurium insignium Mathematicorum exempla quibus simile quid accidisse constat, Collegæ sui Cl. Marchetti exemplum etiam adduxit, quod inventæ momentorum rationis ex ponderum & distantiarum rationibus compositæ honorem sibi adscripserit, nescius, Galileo ipsi qui principio isto am diu usus erat in his dialogis, dein Cavallerio, Torricellio & Antonio Rocce deberi, ut Celeberr. Vivianus (in *Scient. Univerf. Proport.*) idclare ostendit. Item quod Franciscus Blondellus octo annis prius quam Marchettus invenerit sphaera Galilei circa solidum æqualis ubique resistentiæ atque loco solidi parabolici Galilei ellipticum substituerit, in opusculo anno 1661 publici juris facta, in quo totum de resistentia solidorum argumentum eodem fere modo ac Marchettus in suo libro anno 1669 edito, saltem non diverso medio, nec diversis admodum diagrammatum formis, pertractavit.

Alterius suæ querelæ fundamentum desumpsit Marchettus ex Scholio post Prop. VII de Quadratura Circuli & Hyperbolæ in novissima editione P. Grandi, ubi Doctissimus Autor inter alia de Censoris cujusdam jactantia conqueritur, qua majusculum ex Grandi Libro sua opera sublatum atque correctum esse errorem in publicum sparserat; quod Grandus instantiam suam, qua quærebatur, qui fieri possit ut id quod per se est nullum, infinita multiplicatione in aliquid commutari queat, una cum responsione ad hanc instantiam, ad quas delendas aut saltem instantiam opinione Galilei de compositione continui ex punctis eludendam hortatus erat Censor, deleverit Autor ex Manuscripto primæ Editionis, quod non expediens duxerit longum contentio- nis filum cum illo producere; atque in secunda Editione totam facti seriem cum suis circumstantiis recenset, ita tamen ut nus-

quam quis Cenfor ille sit, nec nomine neque ullo alio signo indicet. Marchetto tamen neque hæc neque præcedentes narrationes arriserunt sed utramque honori suo & famæ damnosa fore existimavit, idcirco, ut supra dictum, epistolam septem circiter plagularum eisdem opposuit, quam præsentis scripto Apologetico confutendam sumit Grandus. Quoniam vero hujus responsiones intelligi non possunt quin illius objectiones simul etiam adducerentur & hæc absque multa prolixitate præstari nequeunt, satius duximus curiosos Lectores ad ipsum P. Grandi librum amandare quam brevi nimis recensione alterutrius argumenta debilitare. Non tamen inconueniens erit, si nonnulla ad scientiæ profectum aut ad historiam literariam spectantia ex doctissimi Autoris libro excerpta serimus. De Viviano in eo inter alia refertur, Celeberr. hunc Geometram olim meditatam esse editionem Vitæ & Operum omnium Galilæi pluribus Tomis in folio latine & italice absolvendam, & Galliarum Regi, qui amplis honorariis Viviani merita remuneratus erat variis temporibus, inscribendam, in ea editione mirabilia Magistri sui reperta amplissimis notis illustrare, aduersus malevolos obrectatores vindicare ac denique cunctas ejus doctrinas ampliare volebat. Sed quia doctrina de Resistentia solidorum notabilem ejusdem editionis partem constituere debebat diversis novis suis inventis augenda, nec tamen quæ super hanc rem in schedis suis & aduersariis annotata habebat, in ordinem redigere atque limare potuit prius quam Marchetti Liber eodem de argumento prodiit, ab hoc præventus affectum opus dereliquit magno sane scientiarum ejusmodi damno. Nonnullas enim propositiones falsas notat P. Grandus in Marchetti Libro aliasque minus accurate demonstratas, ut ambiguas expressiones taceamus, quæ omnia evitaturum fuisse Vivianum facile adducuntur ut credant omnes qui alia ejus opera jam evolverunt. Circa solida æqualis resistentiæ elegantia exhibet problemata P. Grandus, eaque generalia in hypothefi Galilei de qua solum agebat Marchettus, corporum scilicet perfecte rigidorum ita ut fibræ eorum non possint extendi quin corpora ipsa fraeantur, horum octo sunt quibus statim solutionem subjungit: eorum præcipua sunt I Data figura hori-

zon-

zontali trabis muro infigendæ, invenire trabis figuram verticalem muroque rectam ad id ut præscindendo a trabis pondere æqualis ubique resistentiæ existat respectu cujusdam ponderis extremitati trabis extra murum appenso. III Similiter data figura horizontali inveniendæ verticalis trabis utrinque fulciendæ, ut respectu ejusdem ponderis ubilibet inter trabis terminos appensi, fiat æqualis resistentiæ. V Si trabi parieti infixæ sit imponendum solidum prismaticum, aut cylindrus, aut paries æqualis crassitiei & altitudinis super ipsam erigendus, infinitas figuras determinare, juxta quas trabs illa in quolibet sui puncto æque resistat oneri superimposito. VI Infinita solida reperire, quæ cum uno sui termino infixa muro horizontaliter fuerint, respectu sui proprii ponderis, æqualis sint resistentiæ. VIII Infinita solida prismatica datæ latitudinis reperire, quæ respectu proprii ponderis, sive in utroque sive in altero duntaxat extremo sustineantur, æqualis sint resistentiæ. Postremum caput Autoris nostri inspenditur correctioni duarum propositionum 14 & 20 ad calcem Libri de Quadratura Circuli & Hyperbolæ, in quibus solvere conatus est problema Bernoullianum de transmutatione curvarum algebraicarum in alias algebraicas diversæ speciei sed ejusdem longitudinis cum propositis, sed loco novarum curvarum prædictæ propositiones tantum suppeditant eandem curvam ad alium tantum aliumque axem relata; quod ipse P. Grandus agnoscit, atque adeo totidem novas prioribus illis substituit, sed quarum una in quadraturis spatiorum fundatæ problema non prius solutum exhibet, quam modus ostensus fuerit areas illas figurarum generaliter quadrandi; altera propositio fundatur in coevolutione Curvarum & principio Catoptrico ab Illustri Leibnitio in Actis Erudit. 1705 breviter & absque schemate tantum indicatis, abs Hermanno vero Cl. Autori nonnihil fufius expositis per literas, ut ipse id diserte fatetur.

**QUINTUS HORATIUS FLACCUS**  
*ad fidem codicum manuscriptorum emendatus.*

Trajecti Batav. apud Guil. van de Water, 1713, 12.

Plag. 10.

**A**Mbulantibus cum primis & iter facientibus accommodatam procuraturus editionem Horatii Cl. Burmannus hanc sibi antiquissimam curam duxit, ut textum quam emendatissimum exhiberet, & quanta fieri posset diligentia ad fidem optimorum codicum restauratum. Qua mente non potuit quin Viri summi Richardi Bentleji vestigia sequeretur, quem veluti salutare Vati nostro sidus apparuisse libens gratusque agnoscit. Enimvero cum eruditissimi Bentleji diligentia non tantum in textu restituendo laboraverit, sed etiam ad ipsam sese demiserit Orthographiam, atque eam ad veterum membranarum auctoritatem revocarit, in utroque & Noster operam sibi ponendam putavit. Expressit igitur scribendi rationem ut ea in Bentlejano Horatio est, nisi ubi secum ipsa minus consentit, quod saepius usu venire Cl. Burmannus exemplis allatis confirmavit, in suaque contra Editione omnia ad eundem tenorem redigere est conatus. Quamquam ipsam illam orthographiam jam ab elegantissimo Heinio adhibitam non probare undiquaque videtur, propterea, quod non rudiores tantum, quorum equidem non adeo habenda ratio esset, sed & doctiores, quo pacto verba sint accipienda, divinare vix possint. Quam in rem affert exempla lib. I Od. XXIX:

*Cum tu coemptos undique nobilis  
Libros Panaesti &c.*

& Od. XXXI:

*Non opimae*

ac Epod. IX, 17: *Sardiniae segetes feracis,  
Ad frementes verterunt bis mille equos  
Galli, canentes Caesarem.*

Ubi Bentleji editio: ad hoc *fremensis* &c. Sed istud exemplum quod etiam Cl. Burmannus agnoscit, pro orthographia ista facit potius, cum receptam sequentes in incerto relinquunt, utrum *frementes* ad equos an ad Gallos sit referendum, quod secundum illam manifeste ad Gallos pertinet. De cetero satis esse nobis videtur, si illa antiquitati conformis est; quod difficultatibus quibusdam suis nonnunquam laborat, id causam, cur reprehendatur, idoneam nullam æquis rerum æstimatoribus suppeditave-

rit



fit. Quod ad textum attinet, Bentlejanis ille correctionibus maxime exsplendescit sed iis fere, quæ non sola conjectura sed insuper librorum veterum autoritate nituntur. Ceteras blandientes & ingeniosas fatetur Cl. Burmannus, sed non eas esse credit, quibus tuto fidere liceat, ut quæ novi & non inspecti adhuc codicis lectioni loco deturbari suo facili negotio possint. Quocirca retinuit Od. I lib. I antiquam lectionem:

*Palmaque nobilis*

*Terrarum Dominos evehit ad Deos.*

quod Doct. Bentlejus malebat: palma nobilis - - evehere ad Deos. Retinuit insuper interpunctionem post vocem *Deos* & infra post vocem *areis*, neque Rutgerfii explicatione neque aliorum adoptata, qui voces *numquam dimoveat* ad præcedentes voces *hunc, illum* trahunt, fortassis quod hæc ipsa pronomina pariter ab verbo *juvare* & *evehere* regi existimat, ut sensus sit *hunc juvat evehitque ad Deos* &c. Qua ratione si quid nimium est in phrasi *evehit ad Deos*, censerî possit, illud mitigari altero verbo *juvat*, quod simul ex superioribus repetendum est. Alio tamen fortassis loco dicet uberius sententiam Vir doctus de locis Horatii, in quibus suum potius iudicium quam Bentlejum sequitur ducem, id quod & promittere quodammodo videtur. Miramur autem Cl. Burmannum nondum adversarium veterem dimittere ex animo potuisse, in quem acerbius ac par est inventum eum hoc loco esse sane nolent, qui neutri addicti famæ utriusque student.

### CAROLI ARNDII P. P. SYSTEMA

*Literarium, idque Historico-Pragmaticum.*

Lipsiæ & Rostochii, apud C. G. Garmannum, 1714, 4.

Alph. I plag. II.

**N**eminem hæctenus, qui scientiam literariam methodo systematica traderet, repertum esse dolet Clarissimus Autor, eoque spartam illam ipse subit, ac tredecim annorum collectionem, quam adornavit, cum Eruditis communicare instituit. Eum in finem in præfamine totum opus delineat, ac tredecim classes constituit, quarum prima ad ipsam scientiam manu-

ductionem

tionem quandam præbebit, secunda catalogum Virorum doctorum texet, tertia historiam religionum enarrabit, quarta disciplinas Philosophicas artesque mechanicas in apricum producet, quinta inventiones tum Philosophicas tum Mechanicas colliget, sexta Societates Literarias, septima Ephemerides, octava Academies, nona Bibliothecas recenset, decima Symbolorum farraginem dabit, undecima numos seliget, duodecima in genealogiam inquirat, & denique decima tertia circa heraldica versabitur. Hac vice tres priores in lucem prodeunt, quarum contenta commemorabimus, & simul ac reliqua successu temporis prodierint, de illis nonnulla superaddemus. In prima igitur classe seu sectione doctissimus Autor ortum scientiæ literariæ ab Adamo repetit, & Patriarchas animi sensa non per literarum commentaria sed per rudimenta hieroglyphica revelasse censet. Progressum hujus scientiæ apud Græcos Romanosque & Patres Ecclesiæ in monumentis tum deperditis tum residuis ostendit, ac defectum in seculis barbaris notat, sed studium istud ope Germanorum rursus effloruisse probat. Modernum statum in studio literario imperfectum pronunciat, cumque cultores facile in errorem incidere queant, facile etiam illis veniam concedendam esse monet, ac totum caput Isagógicum adjecta Nicolai Richteri Gedanensis dissertatone, in qua olim historiam literariam delineatam illustratamque dedit, concludit. In secunda sectione, quam Biographicam vocat, Viros præ ceteris claros ordine chronologico sistit, & quæstionis: num in descriptione vitæ hominis eruditi minima etiam considerari debeant? mentionem facit. *Βιογράφοις*, qui vel ad nationes, provincias & urbes, vel ad doctorum virorum nomina & omnia, vel ad dignitates, vel denique ad quatuor Facultates, Theologicam, Juridicam, Medicam & Philosophicam respexerunt, una cum *ἀντιβιογράφοις* quibusdam recitat, & Jo. Christoph. Winckleri abulam Biographicam, quæ notitiam præstantissimorum virorum armis literisque inclutorum repræsentat, annectit. Tandem in sectione tertia, quæ Religiosa dicitur, de Christianis sermonem instituit, ac Scriptores, qui de indaganda veritate religionis Christianæ solliciti fuerunt, advocat, Ecclesiarumque

tumque tum Orientalium tum Occidentalium, nec non speciatim Lutheranorum, Pontificiorum, Reformatorum, Arminianorum, Socinianorum, Fanaticorum, Naturalistarum, Superstitiosorum, Indifferentistarum, & Syncretistarum historiam suppeditat. Postea de Gentilibus, Judæis & Mohammedanis agit, ac ortum, progressum statumque hodiernum istarum religionum generalioribus, Alex. Rossæ, Jo. Hoornbeckio, Frid. Spankemio, Hier. Kromayero, Andr. Sennerto, Ed. Brerewodo, Gebh. Theod. Meiero, Paul. Heigelio, Jo. Groningio, Gottfr. Zennero & Sever. Lintrupio, Gebh. Theod. Meieri *Exercitationem Theologicam de Religione ejusque differentiis in Academia Julia olim defensam appendicis loco subjungit.*

**GEORG. GUIL. KIRCHMAIERI, P. P. COMMENTATIO DE WITTEBERGÆ SAXONUM, QUOD NOMEN, ORIGINEMQUE, ac eadem omnium Divinum, & ejus Conditorum verum, & reliqua.**

Wittebergæ Sax. apud Christianum Schroeder, 1713, 4.  
Plag. 2.

**Q**Uæ in præfenti Commentatione Clariss. Autor, occasione vacantis anno 1713 Historiarum Professionis in Academia Wittebergenfi, ad disceptandum proposuit, ea sunt, quæ cum ante annos aliquot Pro-Rectoratum deponeret, complexus est oratione. In genere primum de gentibus, quæ migrationis suæ tempore Saxoniam occuparunt oram, prolixius disputat, quas Sec. VI, demigrantibus hinc Vandalis, aboriginibus Saxoniz, fuisse Slavos, & horum speciatim propaginem, Sorabos, ex pagis & oppidis multis, Slavonicis notatis nominibus, evincit. Hos demum, post alia fata, Sec. XII ab Henrico Leone, Saxoniz Duce, & maxime Alberto Urfo, Marchione Brandenburgensi, debellatos, & Albi adjacentes omnes excussos, refert. In quorum locum Flandros & Hollandos, cum in Flandriam suo tempore Carolus M. Saxones, acerbo adversus eos odio adductus, relegasset, revocatos esse, Autori iterum ex vestigiis nominum

E

Flan-

Flandricorum & Hollandicorum, in regionibus nostris passim obviis, patet. Dehinc ad specialem de Witteberga tractationem transit, ejus, ut complurium initia urbium, originem Henrico I Aucupi, Saxoni ac genere Wittekindeo prognato, certe posteris hujus, tribuens. De nominis derivatione variis Autorum sententiis adductis, subjungit suam, qua vocabulum *Witte*, non ab albo colore, sed a sapientia rectius deducit, tanquam originis Gothicæ, linguæ a Sueonum Dalecarlorum sermone in effigie repræsentatæ, ex qua demum in Germanorum, Anglo-Saxonum cumprimis, lingua obsoletarum vocum origines explicandæ sint. Ad terminationem *Burg* ex Schurzleischio refert, eam vocem primum per quemcunque habitationis locum, in formam castrorum aptatum, deinde, ex Francocaroningorum usu temporum, per oppidum in genere explicatum esse. Quod autem mutata sit in *Berg*, simul appellationis Latinæ, Leucoris, cum Wittebergam circa montes veri nominis non dentur, causam existimat fuisse fortuitam, &, cum Jo. Fleccus, Doct. Theol. ipso inaugurationis Academiz die, e suggestu sacro pronunciaverit, fore, ut ex albo hoc monte sapientiz ac vitæ flumina in universum terrarum orbem dimanent, inde occasionem fortasse comminiscendæ, animo non malo, vocis Vitebergæ datam esse.

In reliquis circa facellum seu templum omnium Divum occupatur, quod communiter quoad originem suam Rudolpho II tribuitur. Ipse autem ex Rodolphi, Patris, testificationis solennis & confirmationis instrumento 1333 edito, sanctione Clementis VI Pontificis data Avenione, exemplo literarum Rodolphi II filii, ædem redivis aliis munificentius locupletantium, 1361, ac tandem Epistola publica Ottonis, Præfulis Magdeburgensis, 1343, ubi delictorum gratiam per 40 dies pollicetur iis, qui circumeundo altare solennes fuderint preces, evincit, Rodolphum I rogatu Conjugis, Kunigundis, Regis Cracoviz filiz, ædificasse. Omnis autem error inde est, quod putaverint Autores, Rudolphum II Principem Electorem, contra Anglorum Regem, Eduardum III, Gallorum Regi, Philippo Pulchro, opem tulisse, ac in præmium navatæ fideliter operæ

UNIVERSITATIS

unam e corona Christi spinea spinam dono accepisse, eidemque in honorem facellum hoc condidisse. Nodum hunc explicat Autor. Quod Philippus VI Valesius cum Philippo IV Pulchro fere perpetuo confunditur, quorum ille Sec. XIV, is maxime XIII vixit, idemque hic ab illo trium Regum, Ludov. X, Philippi V & Caroli IV, interventu sejunctus, ac æqualis Eduardi I Angliæ Regis, cum Eduardo III, qui, mortuo demum 1314 Philippo IV, infans tantum biennis fuit, de successione nunquam contendit. Sed acta hæc in Philippi Valesii ætatem manifesto incidunt, qui cum Eduardo III, acerrimo regni competitore, arma contulit, cui Rodolphus I, qui nondum vita excefferat, auxilio venit, cum Rodolphus II 1357 patri successerit, ætatem Philippi Valesii, jam pridem fato functi, assecutus. Hic, occasione, quod Rodolphus ab Autoribus Princeps Elector passim nominetur, obiter de hoc titulo disquisitionem instituit, ac affirmat, Ascanios duces, licet in possessione juris eligendi Cæsaris fuerint, nunquam tamen titulum hunc ipso usurpasse.

Tandem prolixè demonstrat, Templum omnium Divum, licet a nullo Cathedrali, sed a Pontifice ipso immediate semper dependere deprehendatur, Collegiatum tamen, non Cathedrale unquam, fuisse, ubi de differentia nominum istorum, simulque de origine Cathedralium agit, quæ refertur ad Carolum M. cui erant loca, ubi e sella elatiori & honoratiori linguæ & artes, imprimis SS. Oracula, ab idoneis Magistris, Canonicis a Canonis sacri prælectione salutatis, explicarentur, adjunctis Inspectoribus, Decanis & Præpositis. Hæc omnia nervosè proposita, Clariss. Autor promittit aliquando fusius se persecuturum, & insuper Physicam Tractationem de Aere, Aquis, Terra, Plantis, Herbis, Fructibus &c. ingressurum esse. De quo instituto illi gratulamur eo impensius, quod ad ipsa Archiva, quæ Vitebergæ custodiuntur, aditum jam illi factum esse comperimus.

## Barbaffige und gründliche Beschreibung der Nürnbergischen Universitäts-Stadt Aldorff ꝛc.

h. e.

**VERA ET ACCURATA DESCRIPTIO**  
*urbis ac Universitatis Noribergensis Altdorffii; Autore Et.*  
**JOH. JACOBO BAIERO, Professore Medicinæ**  
*Primario.*

Altdorffii & Noribergæ, apud Wolfgang Michahelles, 1714. 4.  
 Plag. 15 Fig. tab. æn. 5.

**J**AM ante sex annos Clarissimus Autor, aliorum hortatu, editionem libri hujus molitus est, ac, licet plagulæ priores jam prelo fuerint liberati, obstacula tamen quædam editionem plenam ad hunc usque annum reservatam voluerunt. Totum Opus XX Capitibus absolvitur, quorum priora IV de origine tenuiori, incrementis, situ æque ac fati, & hodierna tandem Altdorffii facie agunt, ubi præcipue, quibus fati oppidum hoc Noribergensem Republicam dominam agnoverit, præsertim exponitur. Capita sequentia usque ad XIX incrementa Academicæ referunt, quæ in Privilegiis communibus Academicis per Gradus ascendit, & cum jam 1578 fundata fuerit, 1622 primum a Ferdinando II licentiam Licentiatos & Doctores Juris & Medicinæ, ac 1696 demum a Leopoldo potestatem Theologiæ summum Gradum conferendi, accepit. Quos ab initio Academia Rectores & Professores in Facultate quavis aluit, nomine recenset Autor, & solennes actus publicationis privilegiorum aliosque sigillatim describit; de Bibliothecæ vero notabilioribus nihil commemorans, eorum copiam factam fore in prædituro Catalogo accuratiori promittit. Tandem Capite XX ex Templo urbano ac cœmeterio descripta epitaphia variæ agmen claudunt.

REFORMATION OF MANNERS &c.

i. e.

**REFORMATIO MORUM ALIQUOT SPECIMINIBUS**  
*promota, quæ agunt de Correptione, Ebrietate, Concupiscentia,*  
*Juramentis, & die Dominica; Autore SAMUELE*  
**WALKERO, M. A. & Vicario Grostensi in Co-**  
*mitatu Lincolnensi.*

Londini, apud Johannem Knight, 1711, 8.

Alph. 2.

Prof.

**P**rofitetur Rev. Auctor nomen inter eos, qui in Anglia omne studium in corrigendis hominum moribus collocant, quod propositum maxime laudat commendatque, cum ob necessitate, tum ob summam utilitatem, quæ ex hac correctione in Ecclesiam & Rempublicam redundat. Etenim Magistratum tum deum recte suo officio fungi credit, cum severioribus legibus coercet vitia seculi. Cum vero tanta degeneris Christianismi sit corruptio, ut leges Politica corrigendis malis moribus vix sufficere videantur, omnes quidem, quibus sensus inest, de promovenda gloria Dei hominumque salute sollicitos esse debere, curam tamen hanc omnino ad Ministros Ecclesie pertinere, unde Auctor & suarum partium esse putavit, quantum ad sanctum hoc proventus fuerat manus, institutum hæc omnibus promovere viribus. Elegit vero methodum officio suo convenientem, nempe, ut vitia indicet, taxet, serioque homines ad meliorem frugem hortetur, castigationes poenales aliis relinquens; satius enim esse statuit, a vitiis abstinere leges servando, quam supplicium pati, illas transiliendo, majoremque esse virtutem, Deum timere amore conscientie, quam formidine poenæ. Unde sperat, nullum in Anglia fore Magistratum, qui non optet, ut poenæ vitiis indictæ honesta populi vita intercipientur. Totus liber ad Theologiam pertinet Moralem, accurate, ut Angliis fere proprium est, elaboratus. Nos potiora saltem e priori specimine, quod decem constat sectionibus, excerpemus, unde de reliquis judicari facile poterit. Sect. I ostendit, quantum adulatio correptioni adversetur, ipsamque experientiam testari docet, multos viros bonos, imo principes ab adulatoribus esse perditos. Hinc naturam & turpitudinem hujus vitii perspicue exponit, & duobus maxime modis illud nocere asserit. Primo, quod tollat differentiam boni & mali, vitia virtutis specie pallians, virtutem vero vitii nomine deturpans. Deinde nocere quoque adulationem, cum homines quasi fascinet, ut neque de se, neque de actionibus suis recte judicare valeant. Quod Sect. II pluribus it probatum, admonens, adulationem summo odio esse detestandam, cum impediatur, quo minus homo se ipsum noscat; adultores enim laudare culpanda, & culpares laudanda, sicque mentem & oculos

P. I.

- execrari eorum, qui adulatorum obsequantur blanditiis, accedere, quod irrationali superbia animus turgeat, quam primum adulatione infectus sit. Nec dici posse, quam difficilis sit reditus ad sanio rem mentem, cum quis correctionem pati nequeat. Nimis se ro fascinat os hosce miseriam sentire suam, putare enim sese esse valde beatos, cum perditioni & interitui sint proximi. Cum vero non satis sit aliena cernere vitia, nec cuivis competat, alios texare, Sect. III, IV & V requisita quaedam correctori necessaria suppeditat, ut, qui alium corripere velit, serio, non perfunctorie id agat; hinc parum profecturum censet, qui non sigillatim ostendat, ubi, quomodo, & contra quam legem pravaricatus sis, simulque hortetur, ne ulterius pergendo conscientiam laedas. Quod Johannem Baptistam Marc. VI & Paulum Actor. XXIV observasse probat. Sic & autoritatem personae, amicitiam, statum, temperamentum, aliasque circumstantias probe attendendas esse, si correctio optatum obtinere debeat finem, quod vel Nathanis, divino mandato Davidem castigantis, exemplo constet, 1 Sam. XII. Cavendum semper esse, ne correctio in ignominiam cedat, unde magna prudentia opus esse censet. Quae cum probe fuerint observata, Sect. VI & VII. ostendere satagit, correctionem adulatione longe meliorem esse, felicesque praedicat, qui obediens monitoribus praebent aures. Quanta vero temporalia & spiritualia mala ex obstinata correctionis rejectione proveniant, multis testatur exemplis. Sect. VIII & IX, quae ultima sectione de subtractione divinae gratiae, ut & de executione, & induratione finali sequuntur, tribus includit propositionibus, ex quibus sententia Autoris de absoluto, ut vocant, decreto, & reprobatione, intelligi potest, quae a rigidiorum Reformatorem doctrina multum recedit. *Primum* enim, hominem praefracta contumacia posse divina beneficia amittere, credit. Quo in casu considerandam esse monet, tum divinam iustitiam, quae antegressis hominum peccatis provocetur, tum miseram hominis conditionem, quae duritiam hanc cordis sequitur. Amitti vero plerumque gratiam & divina beneficia, cum homo stationi suae non invigilat, viresque a Deo concessas parvi pendit. Tum enim Deum solere hominem permittere

prae



proprie voluntati, gratiamque detrahere suam, quod interdum fieri solet ad tempus, ut pateat in Nebucadnezare, interdum vero perdurat ad vitæ finem, quod Pharaonis probet exemplum. Nulla autem re Deum magis ad iudicium hoc provocari, quam si homo præfracta mentis contumacia omnia media, quibus ad meliorem vitam redigi potest, contemnat, quem in finem adducit, Psalm. LXXXI, 12, 13, Esa. XXIX, 10, 14, Rom. I, 23, 24, 26, 27, Thessal, II, 10, 11, 12, Luc. XIX, 41, 42, Matth. XII, 32, ex quibus locis constare dicit, quam tremendum sequatur iudicium, cum peccator spretis omnibus adhortationibus, correctionibus, mendiisque, quæ ipsum intra extraque ad reversionem vocant, in peccatorum persistat tenebris. Quam doctrinam hominem instigare posse asseverat, ut a peccatis conversus caveat, ne in excœcationem incidat. Quamvis caute hic procedendum esse moneat Autor, ne de hoc excœcationis iudicio temere pronuntiemus, cum gratiæ & patientiæ divini terminus captum nostrum transcendat. *Secunda propositio* iustitiæ divini processum, quem parabola de vinea El. V, 3, 4, & fica infrugifera Luc XIII, 7, illustrat, ita defendit, ut probet, Deum homini omnia ad salutem necessaria & sufficientia exhibere media, quibus repudiatis peccator duritiei cordis, tandemque Satanæ relinquatur potestati, fierique interdum, ut hoc modo induratus vitam longius producat, quo alii iudicium hocce videntes respiciant, caveantque, ne in eandem incurrant pœnam. Quibus bene ponderatis manifestum fore, credit Autor, singulare Pharaonis excœcati exemplum a multis non recte explicari nec intelligi. Non putandum esse, Deum cor Pharaonis antea indurasse, & tot plagas ipsi populoque postea inflixisse, sed Deum pro iustitia sua antecedentia cum ipsius Pharaonis tum antecessorum peccata castigasse. *Tertia propositio* miserrimum hominis excœcati statum graphice proponit, ostendens, talem hominem in hac vita esse mancipium suorum affectuum, intellectum ejus esse corruptum, voluntatem vero refractariam, & conscientiam fauciatam, accedere haud minus malum, quod influxum gratiæ divini spirituumque donorum ipse impediatur, seque ipsum divino lumine spoliatur: longe majora autem esse illa, quæ in futuro mundo erunt perpetienda.

VIN.

p. 80.

p. 82.

VINCENTII PARAVICINI SINGULARIA  
de Viris eruditione claris.

Basileæ, impensis Thurnifiorum fratrum, 1713, 8.

Plag. 14.

ERuditorum, qui nominis celebritatem adepti sunt, mores, virtutes, singulares animi dotes, novos etiam, casus, atque calamitates describere, ac prolixiorum vitæ enarrationem interdum superaddere, totumque opus aliquot centuriis absolvere conabitur perquam Reverendus Autor, verbî divini Minister & Gymnasii Basileensis Con-Rector. Itaque nunc tres priores Centurias communicat, doctosque Viros in illis enumerat, qui vel ob ingenii bonitatem, vel ob memoriæ præstantiam, vel denique ob dicendi gravitatem & copiam præclara quæque moliti sunt. Passim nonnullos *αὐτοδιδάκτες, ἐψευμαθῆς, πολυγράφοις* commemorat, nec omittit, qui partim in componendo unico libro operam per multos annos collocarunt, partim peculiari modo animum ad literas applicuerunt. Ubi ad fata progreditur, nunc oblivionem memorabilem, nunc duram pauperiem, nunc variæ violentiæ mortis genera exemplis illustrat, ac bibliothecas privatorum flammis obnoxias aut alia ratione dispersas fuisse ostendit. Porro de doctis spuris, militibus, *ἀγαμοῖς*, abstemiis, die natali defunctis loquitur, ac eorum mentionem facit, quorum amor in libros cum primis deprædicatur, sententiæque, dicta & facta notari merentur. Speciminis loco unum vel alterum excerpere, ac primo loco repetere juvabit, quod *Picus Mirandulanus* certis characteribus, quos nemo post ejus obitum legere potuit, in colligendis meditationibus usus fuerit. *Pierius Valerianus* oblata beneficia recusavit, sibi que vivere & Musis sacra facere maluit. *Georgius Trapezuntius* in edita quadam commutatione assertum ivit, Joannem Evangelistam debitum naturæ nondum solvisse. De *Erasmo* refertur, quod aliquando cum T. Moro de præsentia corporis Christi in sacra cœna disputaverit dixeritque Morus: *Crede, quod habes, & revera habes corpus Christi.* Abeunti postea Erasmo honoris causa Morus equum suum commodavit, quo veheretur ad littora maris usque: *Erasmus*

p. 10.

15.

43.

71.

usus vero trajecit equum in Hollandiam, & ad Morum, qui cum ipso prolixè exposulaverat, sequentem in modum scripsit:

*Quod mihi dixisti nuper de corpore Christi,*

*Crede, quod habes, & habes:*

*Hoc tibi rescribo tantum de tuo caballo,*

*Crede, quod habes, & habes.*

*Caspar Peucerus* in carcere tempus omne lectione Bibliorum & pangendis versibus consumsit, ubi chartam ei suppeditarunt margines & folia vacua libri Concordiæ, atramentum vero cru- p. 112.  
stæ panis crematæ & cerevisiæ dilutæ, & calamos anserum alæ, quas ad pulverem & aranearum telas tollendas impetraverat.

*Henricus Stephanus* pleraque sua carmina equitans composuit. 142.  
*Primus* Ephemeridum Gallicarum autor *Hedovillius* præ me- 179.  
tore obiit, quod centum millia Joachimicorum ludendo per-  
didisset. Plura non addimus; illud tantum monemus, singu-  
laria, quæ a Nostro proferuntur, pleraque autoritate Scripto-  
rum fide dignorum muniri.

## JOHANNIS MEYERI FUNDAMENTA

*Theologie.*

### *Pars I & II.*

Harderovici, 1713, 8. Alph. 2 plag. 13.

**J**udzorum simul Doctorum subnixus testimoniis Cele-  
berrimus Autor, Theologiam hic adornat non nisi multo  
cum fructu perlegendam. Paucis eloquitur multa, observatio-  
nibus eruditis dives, inaniumque verborum religiosus osor. De  
Religione naturali principio statim erudite agit, & Scripturæ di-  
vinitatis, librorum imprimis Mosaicorum, characteres, quo-  
rum non ultimus hic, quod Moses spectantibus 600 millibus,  
fecus quam cum Ægeria Numa, & cum Gabriele Muham- 15.  
med, sua peregerit, postea urget, Mosaicorumque Scripto- um 17.  
integritatem, passim allatratam, rectissime vindicat. Neque  
multum adeo abfuisse ab Adamo Mosen, commemorat, dum in-  
ter utrumque sex saltim homines, Methusalem, Sem, Jacob, Le- 20, 29.  
vi, Kahat & Amram interfuissent. Quæ dum diligenter exqui-  
rit, Peyrerium, Spinozam, Hobbesium Simonitumque passim  
perstringit, narrationem vero de Mosis morte a Josua additam, 21.

F

unum-

- P. 23. unumque Mosis vaticinium de excidio Judæorum per Romanos & dispersione per orbem, Deut XXIX, 63, 68, (coll. IV, 32) ad probandam Mosaicorum divinitatem omni majus exceptione vocat. Christi ex Virgine quoque nativitatem innotuisse omnino, quod Josepho circumducere meretricem & adulteram alias minime licuisset; uti & Mariam, si pro tali habita fuisset, nec toleraturi, multo minus Christum, ceu spurium, admitturum in templum Pharisei fuissent. Servatoris resurrectio bene probatur: Christus vel a Deo resuscitatus, vel ab hominibus sublatus est; si hoc, vel ab hostibus; hi vero in sepulchro detinere eum volebant; vel ab amicis; sed hi per custodes non poterant. Furari inprimis corpus discipuli, homines inermes, non poterant, quia cum custodibus, uti illi Act. XII, 19, puniti fuissent. Et, si somnus custodes occupasset omnes, quomodo de furto referentibus iis fides poterat haberi? Cainan Luc. III, 36 & forte illi Regis Achasæ 42 anni 2 Par. XXII, 2, coll. cum 2 Reg. IIX, 26, librarium erroribus imputantur. Ebraica lingua, utpote primæva, evahitur, punctorum vero notas & figuras nec Mosen addidisse nec Efram, propterea quod Ebræorum Alphabetum vocalibus 72. נֵיִן jam tum instructum sit; novum itaque esse punctorum inventum & Numerorum caput septimum necdum punctatum. 76. Genus scribendi porro Hellenisticum Scripturæ tribuitur, & Evangelistis ac Apostolicis, ob stylum simplicem, sermonis venustas negatur, simul etiam de variis lectionibus, num integritati codicis obstant, differitur. Pro ratione Sacrorum, quæ proficitur celeberrimus Auctor, sequentia quoque tuetur: solo 108. rationis ductu hominem quemvis Scripturæ mentem & sensum intelligere posse, intellectione literali, grammatica & historica; sensum saltim internum & spirituales κ. τ. λ. illuminationem 133. specialem & regenerationem postulare: Proprietates non communicari: Dei voluntatem decernentem esse omnium rerum 153. causam, omnisque bonitatis & realitatis originem: Christum (Deo omnipresenti opponitur) cælo capi; adorabilitatem 173. Christo esse negandam, neque hanc Servatori homini esse communicatam, cum Mediatori secundum humanam naturam nec 196. omniscientia, nec omnipotentia &c. unquam data fuerit: Prædestinatio

*destinationem decretum quoque de damnandis notare: versare*  
*item eandem circa Angelos: utramque tum Supralapsariorum, tum*  
*Sublapsariorum sententiam orthodoxam, hanc tamen facilio-*  
*rem, tutiorem, & ad tranquillandas conscientias, adversario-*  
*rumque criminationes evitandas commodiorem esse: Fœdus*  
*Dei cum hominibus non esse universale, qua thesi Lutherani no-*  
*minatim castigantur. Sufficere, sublato nationum discrimine,*  
*ad omnes credentes pertinere promissiones fœderales: Sacra-*  
*menta remittere peccata non virtute propria, sed improprie*  
*sub ratione signi: Christum pro solis electis satisfecisse, solosque*  
*hos electos vocari ex proposito salvandi &c. Sed pergendum*  
*est ad alia, observatione digna, quæ numero hic minime pauca*  
*obveniunt. Locutio scripturæ liberior circa res turpes Medi-*  
*corum sermone, quo morbus rectius curetur, assimilatur, Dei,*  
*que inter nomina, erudite explanata ~~per~~ effundendo, ob*  
*cumulum beneficiorum deducitur. Distinctionibus Dei vo-*  
*luntatis in absolutam & conditionatam, efficacem & ineffica-*  
*cem, antecedentem & consequentem ob abusum Autor absti-*  
*nere jubet, Spiritum vero Sanctum sub specie columbæ apparuisse,*  
*mirum non esse, cum Targum Cant. II, 12 vocem turturis*  
*vel illam per Spiritum S. vertat. Christum Judicii extremi diem*  
*ignorasse Marc. XIII, 32 ratione humanæ naturæ, & τὸ θεῶν μορ-*  
*φῆν per naturam Dei exponit divina gloria, Majestate &c. quæ*  
*in oculos incurrat, uti Gen. XVIII Ex. III vestitam. Augustanæ*  
*Confessione addicti in capite de Electione deseruntur, benepla-*  
*citum paulo durius urgetur, nec horribile hoc esse decretum,*  
*stupendum potius, quodque vel ad Angelos quoque pertineat,*  
*denuo docetur. Mundi conditi initium autumnus constituitur,*  
*& per aquas supracælestes nubes Autori veniunt. Mentis sedes*  
*figitur in cerebro, crearique animæ ac infundi corporibus cre-*  
*duntur, posthabita aliorum tamen sententia, qua tres hominis*  
*partes essentielles admittuntur. Esus carniæ ante diluvium*  
*hic dubius est, fatique vocabulo abstinendum, dum Scripturæ*  
*loqui sententiæ magis conveniat.*

Quibus ita disputatis, Pars postea subjicitur altera de Fœ-  
 deribus, Christo Mediatore, salutisque impetratione & acquisi-  
 tione.

- p. 23. unumque Mosis vaticinium de excidio Judæorum per Romanos & dispersione per orbem, Deut XXIX, 63, 68, (coll. IV, 32) ad probandam Mosaicorum divinitatem omni majus exceptione vocat. Christi ex Virgine quoque nativitatem innouisse omnino, quod Josepho circumducere meretricem & adulteram alias minime licuisset; uti & Mariam, si pro tali habita fuisset, nectoleraturi, multo minus Christum, ceu spurium, admiffurū in templum Pharifæi fuiffent. Servatoris refurrectio bene probatur: Christus vel a Deo refuscitatus, vel ab hominibus sublatus est; si hoc, vel ab hostibus; hi vero in fe pulchro detinens eum volebant; vel ab amicis; sed hi per custodes non poterant. Furari in priinis corpus discipuli, homines inerms, non poterant, quia cum custodibus, uti illi Act. XII, 19, puniti fuiffent. Et, si somnus custodes occupasset omnes, quomodo de furto referentibus iis fides poterat haberi? Cainan Luc. III, 36 & forte illi Regis Achafiz 42 anni 2 Par. XXII, 2, coll. cum 2 Reg. IIX, 26, librarium erroribus imputantur. Ebraica lingua, utpote primæva, evehitur, punctorum vero notas & figuras nec Mosen addidisse nec Efram, propterea quod Ebræorum Alphabetum vocalibus **N**jam tum instructum fit; novum itaque esse punctorum inventum & Numerorum caput septimum necdum punctatum. Genus scribendi porro Hellenisticum Scripturæ tribuitur, & Evangelistis ac Apostolicis, ob stylum simplicem, sermonis venustas negatur, simul etiam de variis lectionibus, num integritati codicis obfent, differitur. Pro ratione Sacrorum, quæ profitetur celeberrimus Auctor, fequentia quoque tuetur: solo rationis ductu hominem quemvis Scripturæ mentem & sensum intelligere posse, intellectione literali, grammatica & historica; sensum saltim internum & spiritualementem & illuminationem specialem & regenerationem postulare: Proprietates non communicari: Dei voluntatem decernentem esse omnium rerum causam, omnisque bonitatis & realitatis originem: Christum (Deo omnipresenti opponitur) cælo capi; adorabilitatem Christo esse negandam, neque hanc Servatori homini esse communicatam, cum Mediatori secundum humanam naturam nec omniscientia, nec omnipotentia &c. unquam data fuerit: Prædestinatio
30.  
 33. seq.  
 35.  
 48.  
 67.  
 72.  
 76.  
 91.  
 108.  
 133.  
 153.  
 173.  
 196.  
 375, 376.

*destinationem decretum quoque de damnandis notare: versare*  
*item eandem circa Angelos: utramque tum Supralapsariorum, tum*  
*Sublapsariorum sententiam orthodoxam, hanc tamen facilio-*  
*rem, tutiorem, & ad tranquillandas conscientias, adversario-*  
*rumque criminationes evitandas commodiorem esse: Fœdus*  
*Dei cum hominibus non esse universale, qua thesi Lutherani*  
*nominationem castigantur. Sufficere, sublato nationum discrimine,*  
*ad omnes credentes pertinere promissiones fœderales: Sacra-*  
*menta remittere peccata non virtute propria, sed improprie*  
*sub ratione signi: Christum pro solis electis satisfecisse, solosque*  
*hos electos vocari ex proposito salvandi &c. Sed pergendum*  
*est ad alia, observatione digna, quæ numero hic iniaime pauca*  
*obveniunt. Locutio scripturæ liberior circa res turpes Medi-*  
*corum sermone, quo morbus rectius curetur, assimilatur, Dei,*  
*que inter nomina, erudite explanata ~~in a tero~~ effundendo, ob*  
*cumulum beneficiorum deducitur. Distinctionibus Dei vo-*  
*luntatis in absolutam & conditionatam, efficacem & ineffica-*  
*cem, antecedentem & consequentem ob abusum Autor absti-*  
*nere jubet, Spiritum vero Sanctum sub specie columbæ apparuis-*  
*se, mirum non esse, cum Targum Cant. II, 12 vocem turturis*  
*vel illam per Spiritum S. vertat. Christum Judicii extremi diem*  
*ignorasse Marc. XIII, 32 ratione humanæ naturæ, & ~~τὸ θεῶν~~ ~~μορ-~~*  
*φῆν per naturam Dei exponit divina gloria, Majestate &c. quæ*  
*in oculos incurrat, uti Gen. XVIII Ex. III vestitam. Augustianæ*  
*Confessionis addicti in capite de Electione deseruntur, benepla-*  
*citum paulo durius urgetur, nec horribile hoc esse decretum,*  
*stupendum potius, quodque vel ad Angelos quoque pertineat,*  
*denuo docetur. Mundi conditi initium autumnus constituitur,*  
*& per aquas supracœlestes nubes Autori veniunt. Mentis sedes*  
*figitur in cerebro, crearique animæ ac infundi corporibus cre-*  
*duntur, posthabita aliorum tamen sententia, qua tres hominis*  
*partes essentielles admittuntur. Esus carniæ ante diluvium*  
*hic dubius est, fatique vocabulo abstinendum, dum Scripturæ*  
*loqui sententis magis conveniat.*

Quibus ita disputatis, Pars postea subjicitur altera de Fœ-  
 deribus, Christo Mediatore, salutisque impetratione & acquisi-  
 tione.

7. 534. tione. Fœdus dispescitur in operum ac Gratiæ, legisque natu-  
 539. ralis fundamentum Dei sanctitas constituitur. Nec Symbols  
 & Sacramenta, ut verba fluunt, Fœderi operum negantur. Para-  
 545. disus scilicet & arbor vitæ. Animarum creatio adstruitur pas-  
 175 seq. sim, כו תמשל Gen. IV, 7, non ad peccatum, sed ad Abelem,  
 cui ut primogenitus dominari debuerit Cain, refertur. Pro-  
 604. omnibus spondisse Christum peccatis diserte pronuntiatur, ve-  
 riusque ille pro Fidejussore, quam Expromissore habetur. Quot  
 605 seq. cuilibet Decalogi Tabulæ præcepta debeant assignari, contem-  
 dere Noster vult minime, sufficere ratus, modo præceptorum  
 servetur numerus. Dubiam, quod die demum septimo Deus  
 opus perfecit, Gen. II, 2, & toto tamen illo die feriari iusserit,  
 678. ita solvit: Deum, quamprimum dies advenerit septimus, opus  
 699. suum consummasse. נתנים Levitarum, ut Levitæ sacerdo-  
 tum, ministros fuisse, dum Elæ temporibus Nethinæ, quos Gi-  
 728 seqq. beonitas dixerit Josua, vocati fuerint. Quæ Jura sint moralia,  
 positiva, ceremonialia, datis criteriis, monstratur, oraculum ve-  
 788. ro Gen. XLIX, 10 de magno Judæorum Senatu e medio pedum Ju-  
 840. dæ h. e. terminis regni Judæ, nec auferendo, donec Schilo vene-  
 rit, exponitur. Ne El. VII Immanuel & Prophetæ filius Schearja-  
 947. schub inter se committantur, diligenter cavet; pluresque postea,  
 præter tres vulgo notos, fidei actus, eosque essentielles (notitiam  
 948 seq. ne quidem pro assensus actu essentiali, quin, pro ejus potius re-  
 quilito hebet) admittit, 1 assensum, 2 agnitionem miseræ, sui  
 abnegationem & amorem Christi, 3 famem sitimque Christi,  
 4 fiduciam, 5 actum reflexum ex conscientia & sensu fidei or-  
 tum. Justificatio peccatoris a justificatione justî nervose di-  
 1001. stinguitur, & ad conciliationem Pauli cum Jacobo via commo-  
 1003. da paratur; totaliter vero non excidere electos, omnem, qui  
 1008 seq. habeat fidem, sentire etiam eandem regenerationem in bap-  
 1024. tismo significari, corpus & sanguinem Christi in Cœna esse rem fi-  
 1028. gnificatam, consubstantiationem admittere Lutheranos, &c. no-  
 1031. tandæ potius eruditissimi Autoris sententiæ sunt. Locum 1 Cor.  
 XV, 29 de pollutio propter hominis cadaver, & sic quasi mortuo,  
 postea vero lavato, velutique redivivo atque ad Ecclesiam ite-  
 rum admissio, exposuit, mundique aliquando non annihilatio-  
 nem,



nem, sed immutationem expectat. Pauca sunt, quæ libavimus ex libro segetem amplius exhibente, quemque majori cum voluptate quilibet pervolverit ipse. Sive enim de Scriptura Sacra, velut ex instituto, de nominibus Dei, Trinitate vel Judæis etiam asserta, Decretis ac viis Dei; sive de Anima, Sabbatho, methodo convincendi Judæos, κ. τ. λ. aliquis erudiri velit, inveniet hic sane, quo exsatiare cupiditatem abunde possit.

## RECUEIL DES VERTUS DE LOUIS DE FRANCE

Duc de Bourgogne, & ensuite Dauphin.

h. e.

COLLECTIO ET DESCRIPTIO VIRTU-  
rum LUDOVICI, Burgundiae Ducis, & Galliae postea  
Delphini; Autore R. P. MARTINEAU. Edi-

tio tertia.

Parisius, apud Joannem Mariette, 1713, 8.

Alph. 1 plag. 4

**M**agnum caducitatis humanæ exemplum, luctuosumque acerbissimæ calamitatis spectaculum in Gallia nuper dederunt trium Delphinatorum, Patris, Filii, & Nepotis funera unius anni spatio elata, & ab aula non minus, quam universa Gallia peracerbe defleta. Et tamen calamitas & luctus publicus non impedivit Autorem nostrum, qui Ignatiani Ordinis sacerdos, Delphino filio a confessionibus fuit, quo nūctus in ejus laudem commentarium hunc adornaret, & virtutes ejus describeret. Quem libellum Gallis non solum, sed exteris etiam placuisse, vel inde intelligitur, quod semel iterumque & nunc tertia vice auctior impressus & in Hispanicam, aliasque linguas, ut in præfatione indicatur, translatus fuit. Perplacuisse etiam Magno Hærruriz Duci, apparet ex ejus literis datis ad Autorem nostrum. Qui Principis hujus exemplo ostendi posse confet, omnem *spiritualitatem*, ut loqui amat, h. e. vitam Christi exemplo & regulis exacte conformem monachorum claustris non contineri inclusam, sed inter laicos etiam & seculares eximia interdum, & illustriora inveniri sanctitatis omniumque virtutum exempla, quam in ipsis sacri ordinis viris, Natum esse constat Delphinum hunc

d. 6 Aug. 1682, & solemnī baptismatis ritu initiatum d. 18 Jan. 1687, donatum autem d. 18 Febr. 1712, die sexto a Serenissimæ Conjugis excessu. Peregrinè educatum, & in divīna humanaque sapientia institutum fuisse, Autor noster refert, & prædicat de eo, quod non solum legendis & recitandis martyrum historiis in pueritia sese oblectarit, sed cum fratre etiam utroque conjunctissime vixerit, nec unquam cum iis redierit in gratiam. Quod tamen minus consentire videtur cum eo, quod alibi relatū legimus, \* nostrum nimirum Burgundiz Ducem & fratrem ejus natu minorem perpetuas fere aluisse simultates, multumque studii in eorum animis subinde conciliandis posuisse Ducem Andegavensem, quin & ipsum Regem, cum Burgundiz Dux, primogeniti abusus jure, Duci Berrensi colaphum aliquando impegisset, & hic illatam injuriam stricto gladio ulcisci voluisset. Noster in Duce Burgundiz laudat pietatem publice coram divino cœtu, in templis & processionibus, privatimque declaratam, integritatem conscientiz, frequentiore sacramentorum usum, ardorem in precationibus, attentionem item ad se ipsum, dicitque eum quolibet mense bis, & tot vicibus annis singulis vitæ peractæ rationem reddidisse sacerdoti, quem a confessionibus & cura animæ habuerit. Moderationem ejus, & animum divinæ voluntati subjectissimum nunquam magis apparuisse ait, quam eo tempore, quo conjugem dulcissimam filiumque amisit. Celebrat præterea obedientiam Ecclesiæ & conscientiz directoribus præstitam, obsequium item & honorem Avo & Patri exhibitum, nec satis laudare potest animum ejus purioris doctrinæ tenacem, & a Janseniana hæresi alienum, quem literis etiam, ad Rom. Pontificem exaratis, declaravit. Artes & literas eum amasse, historiam sacram & profanam, ac Francicam imprimis, cum doctrina morum, Jurisprudentia Romana ac Francica, exacte tenuisse, e linguis etiam præter Hispanicam & Italicam ita calluisse refert Latinam, ut integrum *Tacitum* converterit. Quo propiorem se vidit post Patris mortem throno regio, eo major eum occupavit tristitia & tremor, si credimus Autori, qui taciturnitatem Principis probaturus, exem-  
plā

\* V. *Lettres Historiques & Galantes Tom. II. p. 30. 32.*

pli loco allegat pacem cum Sabaudiz Duce clanculum factam; cujus præcipua conditio fuit ejus cum Maria Adelheida matrimonium. Hanc rem ante tres menses scivisse, & scite dissimulasse dicitur, quam suspicio ejus apud aulicos, aut mentio publica fieret. In communi rei numarize difficultate sumptibus, quoad fieri potuit, pepercit, & amplissimos redditus sibi Delphino post patris mortem pendendos, ultro deprecatus est, & modico contentus augmento, reliquum ad usus publicos, & sustinendam belli molem, voluit impendi. De reliquo in ætatis flore febris, quæ finem vitæ attulit, correptus fuit, cujus violentia ægroto meditando ansam suppeditavit de tormentis purgatorii, quod vehementer reformidasse videtur. Contra quem metum hoc ab Autore nostro solatium accepit, posse fortassis hunc febris ardorem, si fortiter & tranquille eum toleraret, summæque dolorem cum doloribus Servatoris conjungeret, ei prodesse, ne igneos purgatorii cruciatus experiretur. Sub libelli finem comparent Romani Pontificis allocutio ad purpuratos, nec non literæ ejus ad Galliz Regem scriptæ, quibus ei mœrorem, ex morte hujus Delphini conceptum, significat, eumque solatur.

**ETHICESCOMPENDIUM IN USUM ACADEMICÆ JUVENUTIS; Autore DANIELE WHITBY, S. T. P.**

Londini, impensis Gul. Innys, 1713, 8.

Plag. 20.

**H**Occe compendio, tertia vice nunc edito, præcepta bene beateque vivendi traditurus Cl. Autor, felicitatem hominis objectivam constituit in Dei Opt. Max. fruitione, qua sola satiari possit hominis appetitus. Extra Deum quippe non restare majus bonum desiderandum. Neque enim vel boni aliquid deesse, vel mali quippiam adesse posse ei, qui Deo *à majoribus* conjugatur, ejusque visione clara & perpetua fruatur. Eadem ratione probat, Deum esse ultimum hominis finem. Libertatem homini in moralibus concedere, in spiritualibus autem eundem denegare, hominum esse putat parum considerate loquen-

P. 3.

10.

14. tium, atque in maximis rebus errantium. Actionem, quæ nec cadat sub præcepto prohibente, nec iubente, indifferentem esse pronuntiat. *Ἡμεῖς ἀπὸν* Matth. XI, 36, de quo ratio reddenda erit in die iudicii, non verbum otiosum, sed falsum & maledicum, sive contumeliosum interpretatur. Neminem enim
5. facile sanctorum & fidelium esse, qui non aliquando otiosa verba quædam proferat, quæ nec dicenti, nec audienti utilitatem aliquam afferunt. Adæquatam conscientiæ regulam dicit voluntatem Dei, lumine sive naturæ, sive Scripturæ revelatam, utpote qua ad omne officii sui munus instruat. Dari naturæ
25. legem, iusti item & iniusti, recti pravique æterna esse principia,
49. nec hominum ingenii excogitata, neque ad eorum arbitrium mutanda, argumentis ad absurdum ducentibus & ex firma omnium consensione, insitaque prænotione deductis, probat. Duos esse generalissimos affectus, amorem & odium, docet. Alex,
76. chartis pictis, aliisque ludis animi recreandi causa institutis, interdum vacare fas esse iudicat. Quæ enim Deus nusquam prohibuit, quæ nihil in se mali continent, ea illicita esse non posse.
- 169.

**BIBLIOTHEGA BULTELLIANA, SEU CATALOGUS**  
*librorum Bibliotheca V. Cl. D. CAROLI BULTEAU, Regi a consiliis & Secretariorum Reginum Decani, digesta & descripta a GABRIELE MARTIN, Bibliopola Parisiensi.*

Parisius, apud P. Giffart & G. Martin, 1711, 8.

Alph. 4 pl 5.

**I**nter selectiores Bibliothecarum Catalogos suo merito Bultellianus iste commendandus est, qui libros exhibet 8819 (volumina vero longe plura) ordine satis concinno dispositos, in quibus cum omnium Facultatum librorum occurrant selectissimi, præcipue tamen Juridicorum ac Historicorum apparatus ingens conspicitur. Eam vero rationem secutus est Martinus in illo concinuaando, ut plerorumque librorum Germanico aut Anglico idiomate conscriptorum titulos Latino sermone exprimeret, additis saltem voculis *Germanice* vel *Anglice*; quas cum non adeo sollicite adderet Autor Gallus Catalogi Historici, nobis A. 1714 p. 488 memoratus, & nihilominus Bultellianam Bibliothecam frequenter sequeretur, non potuit non manum Menckenianam sæpissime provocare. Ceterum publice vendita fuit hæc Bibliotheca, cum Cl. Bultellus, Rothomagi 1627 natus, qui & *ἀνομιμας* scripsit *de la presseance des Rois de France sur les Rois d'Espagne*, & Ruinartomulta communicavit ad Gregorii Tur. editionem, A. 1710 die

28 Maji decessisset.

\* \* \*

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiæ publicantur,*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VI Sect. II.*

*MOERIS ATTICISTA DE VOCIBUS ATTICIS & Hellenicis. GREGORIUS MARTINUS de Græcarum Literarum Pronunciatiōne.*

Oxoniz, e Theatro Sheldoniano, 1712, 8.  
Plag. dimidiat. 13.

**L**ibellos, quos præ manibus habemus, hætenus ineditos debemus induſtriæ Viri Cl. Jo. Hudſoni, qui tamen hic nomen ſuum reticuit, ut in Dionyſio Longino  $\pi\epsilon\iota\sigma\iota\ \delta\psi\sigma\varsigma$  Oxonii A. 1710 in 8 pariter ab ipſo edito. In Epiſtola ad Georgium Harbinium, a quo apographum Mœridis ex Jo. Pricæi ſchedis deſcriptum acceperat, præmiſſa, primo quidem, quid in editione ejus præſtiterit, declarat, ſcribens, quod, cum voces quidem ſingulas juxta Alphabeta elementa collocatas invenerit, minus accuratè tamen iſtis in literis, quæ primam cujuſque vocabuli literam inſequuntur, ordinem paululum mutarit, eaque methodo diſpoſuerit, qua Lectores quærendi labore aliquantulum levaret. Præterea, quod operam dederit, ut vitioſa corrigeret, & luxata ac lacunis hiantia ſuo quæque ordini ac integritati reſtitueret, Codicis tamen MS. verbis fideliter ad imum paginæ ſubjectis, & interpolationibus uncis incluſis. Dein ad ætatem Mœridis perveniens, certius aliquid magiſve definitum non ſuppeditat, quam quod Photium tempore antecceſſerit, &

G

Phry-

Phrynicho fuerit recentior, cum hunc laudet, & ab illo laudetur. De nomine denique observat, quod aliis cum MS. suo Eumœrides (Eumœris, quod addere nobis liceat, audit *Æ. Spanhemio*, qui in not. ad Aristophanem plus vice simplici illum allegat) dicatur, aliis vero Mœris ex Photio. Postremam appellationem se amplexum esse ait, quod pro illa faciat Usserii, Salmasii, Ducangii, & Menagii autoritas. Ut vero Enchiridii mensuram quadantenus impareret Mœris, se addidisse e Cl. Seldeni Museo Gregorium Martinum (de quo vid. Athen. Oxon. Vol. 1 p. 169) de Græcarum literarum pronuntiatione: quem cômum, elegantem, subtilem, & acutum, appellat. Hæc summa Epistolæ Cl. Editoris, qui bene satis de Mœride, quod scribit, præstitit, & præterea etiam, in notis textui eam in rem subjectis, loca quædam Hesychii, & Thomæ Magistri, vel ex Mœride, vel occasione Mœridis, emendavit. Sic p. 1 apud Hesychium pro Ἑριῆς, τὸν Ἑριῆν ὅπῃ πῶσις, ἰδέας ἔλεγον, ex Photii Lex. MS. in Ἑριῆς legendum putat, Ἑριῆς, τὸν Ἑριῆν ὅπῃ πῶσις ἰδέας ἔλεγον. P. 4 pro Ἀμβλώσσειν, ὁμοιοκῆν, Ἀμβλώσκειν, ὁμοιοκῆν. P. 23 pro συνελῶντες in ἰλισπῶντες, συνελῶντες. P. 45 pro Φίψαλος, Φίψαλος. Et p. 5 apud Thomam Magistrum in Ἀμφίστες, pro ἀΦημέρινον, ἀΦημέρινον. P. 49 Φίλαξ pro ψύλλαξ. In ipso Mœride voces Atticæ & Hellenicæ inter se conferuntur. E. c. Ἀποφράδες ἡμέραι, Ἀττικῶς, ἐν αἷς τοῖς κατοικομένοις χοῶς ἐπιφέρειν, ἢ αἰ πρὸς [πράξεις] ἀνεπιτήδησι. ἀπηγορευμένα δὲ πρὸς τὰς πράξεις, Ἑλληνικῶς. In fine Index vocum Hellenicarum, & Autorum a Mœride allegatorum adjectus est.

Quantum ad Gregorii Martini libellum de Græcarum Literarum Pronuntiatione, Autor illum inscripsit Henrico, Comitæ Arundeliæ, & Adolphi Mekerchi libello de recta Græcarum Literarum Pronuntiatione opposuit. Speciminis loco nonnulla inde excerptus. Voluerat Mekerchius, β pronuntiandum esse ut *b* Latinorum, quia, quod in Græco est Ἀλφάβητον, Latine redditur *Alphabetum*, & quod Latine dicitur *Tiberius*, Græce scribitur Τιβέριος. Hanc rationem eo redire observat doctissimus Martinus, ut ostendat, ea, quorum alterum transfertur in alterum, dum voces transmutantur, eodem modo sonare quoque inter

inter pronunciandum. Falsam tamen argumentationem esse, probat exinde, quod *Junius* Græce sit *Ἰώνιος*, *Jesus*, *Ἰησοῦς*, ibique i Latinorum reddatur per *iōna* Græcorum, quod nunquam ut consonans legatur. Sic & *κ* apud Latinos reddi animadvertit per *c*, & e contra, ut *Σκυθαί*, *Scytha*, *Σκιπίων*, *Scipio*, *Σκυτάλη*, *Scythale*, *Cicero*, *Κικέρων*, &c. Existimat autem, plurima in his tribus linguis in se invicem transmutari, non quod eodem modo efferantur, sed quod literæ sibi invicem respondeant in serie elementorum. Dicit e. gr. *bebh*, β. b. Inde homines trium linguarum peritos, cum alteram istarum alienis characteribus exprimere voluerint, eas inter se literas vicissim transulisse, quæ majorem inter se cognationem & loci & dignitatis, & (si hoc quoque ad rem pertineat) etiam figuræ, quasi in sua quæque re publica, obtinerent. Itaque *bebh* Hebræum Latine semper reddi per *b*, sonum autem imitari tum, cum punctulo *daghecb* insigniatur, idque per accidens: nam per se & absque illo puncto in univèrsum vim habere consonantis *v*, etiam apud Hebræos, quibus sua quoque *vau* consonans sit ejusdem prorsus potestatis. Hinc mirum videri non debere, si Græci homines, qui aliter non possint, sonum *v* consonantis in *b* effinxerint. Hos enim, quod Hebræi scribunt *דָּוִד* & Latini *David*, utrique per *v* consonantem, dicere *Δαβιδ* per β. Quod autem non inusitatum sit apud Hebræos *v* consonantem legere, cum *bebh* litera scribitur, probat ex *אֲבְרָהָם*, *Abraham*; *זְבּוּלֹן* *Zevulun*; *סְבַח*, *sevaob*; *בְּבֵרֵב־לֵבֵם* *beverb-lebem*; *סְבָא* *Seva*. Hæc omnia vero Græcos legere per β. Ex istis vero aliisque dictis infert, nondum sibi ineptum aut depravatum videri, aut contra morem antiquitatis, ut ea litera, vel Græca vel Hebræica, per quam redditur *b* Latinorum, & e contra, pronuncietur nihilominus ut *v* consonans. Illud vero in β Græcorum apud majorem partem doctissimorum Virorum semper obtinuisse, vel illud argumento ipsi est, quod *Valerius* Græce scribatur *Βαλέριος*, & *valere*, *βαλῆρος* apud Zosimum, & *Severus*, *Σεβῆρος* apud Herodianum. Ut alia jam taceamus. De η contenderat Mekerchius cum aliis, quod pronunciari debeat per *e* longum, isto inter alia argumento utens, quod Christus in cruce exclamaverit *Ἡ'λ*, *H'λ* per *e* longum. Inde enim adstantes dixisse,

xisse, *Heliam vocat iste*. Sed respondet Noſter, hæc dici, quaſi Chriſtus Hebræa locutus fuerit Græcis characteribus. Exclamaffe quidem illum Ἠλ, Ἠλ, *Eli, Eli*, ſed hoc nihil facere ad ſonum vocalis η, cum Hebræa locutus ſit. Argumentationem interim Mekerchii eo tendere obſervat, quod, cum Hebræi legant Ἠλ per e longum, idcirco Ἠλ Græcorum ſimiliter proferendum eſſe; ejusque generis & eſſe Ἀμὴν, Ἰησὺς, Ἐμμανὴλ, quæ in Hebræo ſcribantur per e longum. Sed ad hæc reponit, magnam eſſe apud Hebræos affinitatem inter *Chirek magnam* & *tzere*, ſive i longum & e longum. Inde & cognata puncta appellari, & in conjugatione Hiphil viciffim commutari. Ex eo factum, ut Græci, qui e longum non habeant præfertim vocalem, eas Hebræorum ſyllabas, quæ ſcribuntur per *Tzere*, in η ſeu i longum cognatam vocalem tranſmutaverint. Nec tamen hanc rationem tranſferendi pronunciationem arguere. Nam & *Chirek parvum* Græce reddi per e, ut Ἠνὶμου, Ἐμμανὴλ, Matth. I, καὶ Ἰησὺς αὐτῶν, Pfalm. LXXII, ſono tamen non convenire. Cumque Mekerchius vel unum Autorem ex omnium ætatum memoria ſibi opponi juſſiſſet, qui iſtum tam attenuatum ſonum vocalis, in η Græcorum probet, hæc ex Euſtathio affert Martinus: Ἰησὺς vocativus & Ἠλ nominativus ἐν διαφόροις γράφῃ τὸν αὐτὸν ἦχον ἔχουσι. id eſt, *cum diſſimiliter ſcribantur, ſimilem ſonum habent*. Addit, eundem auctorem eſſe, apud præſcos Grammaticos ortam eſſe contentionem de ἰνὴμαι & ἰόμαι, aliis affirmantibus ab ἰω deduci, aliis vero ab ἦω ejusdem ſignificationis. Propter ſimilitudinem nimirum pronunciationis Suidam quoque η cum ε, υ, ω conſociante, quod ſono cognata iſta ſint, & conjuncta. Sed hæc ſpeciminis loco ex doctiſſimi Martini libro ſufficiant.

LES PLAINTES DES PROTESTANS CRUELLEMENT opprimez dans le Roiaume de France,

hoc eſt,

QUERIMONIA PROTESTANTIUM IN Gallia oppreſſorum; autore CLAUDIO.

*Editio nova.*

Colo-



Coloniz , apud Petrum Marteau , 1713, 8.

Plag. 18 $\frac{1}{2}$ .

**J**O. Claudius , celeberrimi nominis Theologus Reformatus ,  
 cujus Opera posthuma , quinque Tomis comprehensa , *A. 1688*  
 & *1689* diligenter recensuimus , huncce libellum , ut ex Præfatio-  
 ne *p. 13* & ex ipso libro *p. 62 & 103* discimus , sub initium anni 1686  
 ediderat , haud dubie ἀνωνύμως . Eum nunc longissima adorna-  
 tum Præfatione ( liber enim paginas 126 implet , præfatio 166 )  
 alius Anonymus denuo publicat , adductus , ut videtur , novo Regis  
 Galliz edicto , *A. 1713* promulgato d. 18 Septembris , cuius & exem-  
 plum annectitur in fine libri hujus *p. 123-126* . Nimirum postquam  
*Cap. I Præfationis* graviter questus est , Reformatæ religionis  
 persecutionem in Gallia inde ab abrogatione edicti Nannetensis  
 ad præsens usque tempus durasse , adeoque ejus truculentiam per-  
 secutionibus ethnicorum , quæ brevi durarint tempore , longe  
 superiorem esse , *Cap. II* ostendere conatur injustitiam edicti no-  
 vi modo memorati , quo Rex tum Reformatis , tum novis Catho-  
 licis , imperio suo subjectis , interdixit regno suo exire sedesque  
 alias petere : simulque ministros suos jussit meminere eorum , qui  
 olim ex Gallia se alias receperunt in regiones , imo nec horum  
 liberos , exteris licet in regionibus natos , in regnum suum admit-  
 tere . Hinc memoriam factæ persecutionis refricans , *Cap. IV*  
 contendit , morem illum , quo Clerus Gallicanus Reformatos coe-  
 git sumere sacramentum Eucharistiæ , non solum adversari ho-  
 nori huic sacramento debito , sed ipsis legibus Inquisitionis Roma-  
 næ , immo & Conciliorum decretis . *Cap. V* docet , ex perfe-  
 cutione illa multum damni redundasse in remp. Gallicam , quippe  
 tanto hominum numero orbatam , qui artes fructuosissimas in  
 alias regiones detulerint . *Cap. VI & VII* pugnat , prætextus vio-  
 lenter convertentium esse falsos , veramque causam esse ambitio-  
 nem , quam regnum affectat in religione , ut nec ferre possit dissen-  
 tientes : idque confici ex violento convertendi modo , qui plane  
 contrarius sit illi , quo Christus usus & Apostoli . Simul ostendit ,  
 quam exiguos habuerit successus violenta illa conversio , cum  
 plerique omnes facti sint hypocritæ , & quam religionem externe  
 profi-

profiteri cogantur, in animo abominentur. Hinc *Cap. VIII* deducit, Reformatorum Gallorum constantiam in religione probare ejus veritatem, itemque sinceritatem & innocentiam Doctorum, quos quondam habuerint. *Cap. IX* instituit parallelismum persecutionis olim ab Imp. Constante factæ & ab Athenasio descriptæ, cum persecutione recentissima. *Cap. X* & quatuor subsequentibus *παράλληλων* inter se contendit veterem Ecclesiam Africanam & Reformatam hodiernam, ostendens, utramque idem sensisse de auctoritate Episcopi Romani, de justificatione & gratia, de Eucharistia, item utramque rejecisse cultum hostiæ sacræ, angelorum, sanctorum demortuorum, reliquiarumque. Hac occasione ostendit, Bullam Clementis *XI P. M.* Anti-Quesnellianam doctrinis ecclésiæ Africanæ, maxime Augustini, quas & Reformati sequantur, aperte refragari. *Cap. XV* ex Victore Vitenfi historiam texit persecutionis Ecclesiæ Africanæ, factæ sub principibus Vandalis: additque, eosdem, qui nuper in Gallia, ibi adhibitos esse dolos artesque. *Cap. XVI* & *XVII* rursus disserit de illa Pontificis Constitutione, qua Quesnelli Novum Testamentum notis moralibus illustratum condemnavit, contendens, si Galliæ clerus eam recipiat, quod quidem facturus videatur ob libertatem suam oppressis Reformatis valde imminutam, eum refragari & Augustino & Cælestino Papæ, item statuto A. 1682 facto, quo omnis Clerus Galliæ declaravit, judicium Papæ etiam in rebus fidei posse emendari. *Cap. XVIII* & quod postremum est, *XIX* Reformatos adhortatur, ut in sua religione, antiquæ quippe ecclésiæ conformi, constanter perseverent, religionisque accuratam sectentur scientiam, ut eo magis incitentur ad eam & defendendam & suam in solatium convertendam.

Jam liber ipse sequitur duas divisus in partes, quarum prior historia persecutionis proxime in Gallia factæ secundum capita enarratur, posteriore aliquot super ea judicia proponuntur. Prius idcirco se facere scribit Autor, ut Gallici Cleri dolo obviam cat, qui exteris persuadere conetur, nullam in Reformatos expromptam fuisse crudelitatem, sed lenissimas adhibitas esse rationes. Præmittit autem causam, quæ ad suscipiendam hanc persecutionem Regem impulerit, eamque tribuit fidelitati a Reformatis

matís Regi præstita in bello civili, sub initium imperii ejus orto. Scilicet illi Reip. salutem suis opibus restituerant: quæ res cum amore Regis erga Reformatos accendere debuisset videatur, e contrario metum ei, Nostro iudice, injecit & odium. Malevoli namque Regi repræsentabant vires Reformatorum maximas, quas uti tunc converterint in præsidium Regis, ita alio tempore diversaque occasione adhibere possint in regni exitum. Unde concludebant, eos occupandos esse opprimendosque. Hinc statim progreditur ad enarrationem modorum, quibus Reformati oppressi sunt.

*Primo* nimirum in foro civili Reformatis denegabatur justitia, semperque pronuntiabatur secundum ipsorum adversarios, qui ita excitabantur ad illos proterve accusandos & honore opibusque spoliandos. *Deinde* iidem suis privabantur dignitatibus, imo & spes munerum publicorum ipsis adimebatur, adeoque & modi honeste se sustentandi: exuebantur etiam jure exercendi artes & opificia, atque ita ad mendicitatem redigebantur. *Tertio* variis modis Edictum Nannetense violabatur specie interpretationis: *cujus rei varia exempla afferuntur.* *Quarto* novæ ferebantur leges in fraudem Reformatæ religionis, e. g. ne Reformati doctores haberent inter se Colloquia, ne Reformati psalmos canerent in domibus privatis, ne possent esse tutores pupillarum, ne ipsorum doctores auditoribus suis dissuaderent amplexationem religionis pontificiæ. *Quinto* variis modis illudebantur Reformati, ut suspicio in iis minueretur de consilio eos funditus excindendi. E. g. Rex pluribus edictis diserte affirmabat, sese Reformatorum privilegia conservaturum esse: & eodem tamen tempore gravissime ii vexabantur. Immo in ipso illo Edicto, quo Nannetense antiquabatur, Rex declarabat, se velle, ut, qui mutare religionem nollent, suam servarent libertatem juxta ac sua bona, nec iis ulla inferretur ob religionem molestia. *Sexto* denique plebs omni studio imbuebatur odio Reformatorum, non solum dispersis libellis famosis, sed etiam eruditissimis libris hunc in finem editis, qualis est Flecherii Historia Theodosii M. ex Maimburgii Historia Calvinismi. His præmissis aperta vis inferebatur Reformatis, ac dimachæ iis immittebantur, a quibus qui Catholici fieri nollent, acerbissime vexabantur, ac non solum gravis-

gravissimis afficiebantur cruciatibus, verum etiam opibus privabantur, ut nihil omnino crudelitatis omitteretur. Tandem  
 P. 55 A. 1685 d. 18 Octobris Edictum illud solenne publicabatur, quo  
 abolebatur edictum Nannetense. Illius summa capita recenset  
 Autor, &, quam acerbe facta sit ejus edicti executio, subjicit.  
 58 Ipse quidem Claudius noster, qui senior tum erat sacerdotum  
 Ecclesie Charentonensis, jubebatur viginti quatuor hora-  
 rum spatio excedere Lutetia, & sine mora exire regno: quem in  
 finem ei aliquis jussu regio adjungebatur, non recessurus ab ipso,  
 donec finibus regni excessisset. Et meminimus, hoc a nobis jam  
 A. 1687 p. 662 relatum esse, cum describeremus vitam Claudii,  
 Amstelodami illo anno editam.

Finita sic historia Gallicæ persecutionis, quatuor super ea  
 meditationes exponit Autor. *Primo* contendit, Regiam majesta-  
 tem esse violatam, dum Rex edictum perpetuum, ab Henrico M.  
 promulgatum pro se ac posteris suis abrogavit, & iis quidem mo-  
 dis, qui Rege non satis digni sint. *Secundo* persuadere conatur, utili-  
 tatem regni imminutam esse hac persecutione, commerciis quip-  
 pe turbatis, magna hominum multitudine regno ejecta, &c. *Ter-  
 tio* existimat, omnes Europæ Principes in posterum fidem Galli-  
 cam habituros esse suspectam. Nam, inquit, post violatam a Re-  
 ge fidem publicam, tot modis antea confirmatam, quis exterorum  
 Principum, maxime Protestantium, ei fidem habebit? *Quarto*  
 ipsi Papæ & toti Ecclesie Catholicæ fraudi esse hanc persecutio-  
 nem statuit. Ex ea enim cognosci animum Papæorum erga di-  
 versum sentientes implacabiliter crudelem. Ubi & ostendere  
 conatur, hanc persecutionem omnibus cæteris religionis causa  
 factis persecutionibus, quæ unquam acciderint, sæviorem fuisse.  
 Ceterum cum Galli maculam hac re contractam variis artibus  
 eluere studeant, obviam & his ivit Autor noster. Ac primo, qui  
 illius persecutionis violentiam negare ausint, eos demonstrat con-  
 tra Solem loqui. Qui vero violentas hæreticorum conversiones  
 defensum eunt, ex verbis Christi: *compellite intrare*, ex epistola  
 Augustini ad Vincentium, & ex persecutione orthodoxorum con-  
 tra Donatistas, eorum sententiam breviter, & docte tamen refel-  
 lit: id quod, ut annotatio p. 112 addita monet, majori longe cum  
 appa-

apparatu doctrinaeque copia factum est a *Baliq in Commentario philosophico*, quem in Actis Anni 1714 p. 55 sqq. recensuimus. Tandem Claudius hujus calamitatis socios consolatus, libello finem imponit.

A VINDICATION OF THE CHURCH  
of England &c.

i. e.

*VINDICATIO ECCLESIAE ANGLICANAE A calumniis nuperi libelli, sub titulo: Fraus Sacerdotalis perfecta, editi, in qua controversam Clausulam Articuli XX Ecclesiae Anglicanae de autoritate Ecclesiae ejusdem cum reliquis articulis esse autoritatis, ostenditur, ac impostura in accusatores retorquetur, ab Ecclesia Anglicana Presbytero.*

Londini, apud, R. Wilkins, 1711, 8.  
Plagg. 19.

**J**Am olim tempore Caroli I Guilielmo Laudo Archi-Episcopo Cantuariensi a Burtono mota fuit hæc controversia, quam nunc Autor hujus Operis a convitiatore centiori nuper sub titulo; *Priest-Craft in perfection* renovatam sub examen revocat. Verba quippe initialia Articuli inter eos, quos Ecclesia Anglicana habet, XX in quibus asseritur, *habere Ecclesiam de ritibus sive ceremoniis statuendi jus, & in fidei controversis autoritatem*, Burtonus quidem A. 1628 demum Roma recens accepta articulo huic ab Episcopis dolo malo fuisse inserta criminatus fuerat, nuperus vero accusator inter eos saltem articulos, qui Anno 1562 & 1575 in Synodo publicis Subscriptionibus fuerant munita, desiderata fuisse, indubie ex residuis inter Matthæi Parkeri Cantuariensis Præsulis MSpta, Collegio Corporis Christi Cantabrigiensi legata, utriusque collectionis Articulorum authenticis exemplaribus evincere se posse jactaverat, idque pro specimine fraudum, quibus Clerus ad amplificandam autoritatem callide abutatur, venditaverat. Nonster itaque vindicias Ecclesiae suscepturus, ante omnia ipsa verba

H  
vindi-

vindicat, in iis, five sint spuria, five genuina, nihil contineri vel Scripturæ, vel Ecclesiarum aliarum omnium iuribus, vel ipsius Ecclesiæ Anglicanæ, idem implicite, non minus tamen manifeste articulo VI & XX docentis, fidei contrarium, prolixè ostendens, quo supposito cadere omnem imposturæ tam atrocis necessitatem, omnem collusionis cum Papisimo suspicionem, demonstrat. Inde ipsius Laudi defensio adversus Burtonum coram Primatibus Regni speciatim in hanc rem inquirere iusis repetitur, quem ex propria Bibliotheca quatuor Editiones ante annum 1628 publicatas & his quidem verbis non destitutas produxisse, & quod magis, ex chartophylacio Archi-Episcopatus Cantuariensis, (postea incendio Londinensi anno 1666 absumpto,) apographum authenticum, quod ibi tum asservabatur, exempli, Notarii publici fide confirmatum, exhibuisse, in quo memorata verba evidenter comparuerint, ostendit. Frustra vero hic a recentiori cavillatore objici ait, quod Laudus saltem non addat, hæc verba a Parlamento ratihabita fuisse, siquidem certum sit, ipsos articulos nentiquam stricte posse dici a Parlamento ratihabitos fuisse, quibus ab hac Curia non nisi legalis ad subscriptionem obligatio accesserit; neque quenquam esse, qui cum ratione possit sibi persuadere, Laudum ad authenticum monumentum in publico chartophylacio, ad quod nemini non facile aditus patere poterat, voluisse provocare, si vel id plane ibi non exstitisset, vel verba illa non habuisset, in medio inimicorum, quibus erat cinctus, facile de fraude convincendum, de qua tamen isto tempore altum inter omnes silentium. Erimvero cum adversarius MSptorum Parkerianorum, quæ Cantabrigiæ inter Synodalia pluribus voluminibus compacta servantur, auctoritatem potissimum urgeat, ea quoque præcipue considerantur. Prius eorum continet Articulus 39 cum avtographis subscriptionibus plerorumq; Episcoporum & reliquorum ex inferiori Synodi Curia datis d. 29 Januarii 1562, alterum eisdem articulos, sed ab Archi-Episcopo Cantuariensi & decem ejusdem Provinciæ Episcopis tantum A. 1571 subscriptos. - In utroque exemplari verba desiderari concedit Noster, sed, quo minus utrumque pro authentico habeatur, & ad excludendam Clausulam hanc adhibeatur, multa observat. Antè omnia nec membranæ

bramis, ut solent ejusmodi monumenta, inscripta, nec regia autoritate munita esse, ac quod magis, non in publico, ut decebat, Archivo asservata, sed inter privatos Parkeri libros legata Collegio fuisse docet, quæ quidem omnia authenticis monumentis haud convenient. Speciatim in MSpto Anni 1562 avthenticis monumentis non omnia subscriptorum nomina comparere, minio nonnulla adscripta, obelo transfixa, & alterata esse, subscriptionem ipsam diserte ad aliud avtographum nos remittere, in altero de Anno 1571 ne superioris quidem Curia nomina omnia esse subscripta, imo in numerandis articulis errorem commissum, quæ omnia monumenta avthentica hæc esse non patiantur. Cum vero difficile admodum videatur, rationem reddere MSptorum!, Noster quidem existimat, MSptum antiquius haud dubie esse exemplar articularum A. 1562 d. 29 Januarii Convocationi, ut subscriptione munitur, exhibiturum, quo die, cum per dissidia id non posset fieri, factis altera sessione mutationibus quibusdam, extemplo, ne mora disputationes iterum pareret, huic exemplo subscriptum fuerit a Synodo, donec instar aliorum monumentorum membranae pure inscripta iterum rati haberentur, inter quod tempus cum alia, tum hæc quoque verba, etsi in isto MSpto non obvia, Synodi tamen illius autoritate absque dolo malo potuisse addi, eaque æque ac reliqua publice fuisse confirmata suspicatur, & tamen eundem diem utriusque subscriptioni assignatum, cum d. 5 Februarii, quo die datae sunt subscriptiones MSpti, saltim res omnis fuerit præter paucas alterationes decisa. Recentiori MSpto ne quidem tantum autoritatis tribui posse manifestum esse judicat, cum statim cessaverint subscriptiones. Post MSpta ad Libros quoque editos provocaverat Adversarius, circa quod argumentum Noster magna fiducia provocat ad Editionem Latinam articularum haud dubie primam, anno 1563 apud Renaldum Wolfium editam, (cujus exemplar in Bodlejana inter libros Seldenianos habetur, avtographis inferioris curia Synodi A. 1571 subscriptionibus firmatum,) cujus autoritate ipse Seldenus, Ecclesiae Anglicanae ceteroquin parum æquus, clausulam hanc genuinam esse asseruit,

ruit, ipsumque Laudum, in cujus documenta circa hanc rem a Parlamento jussus fuerat inquirere, non tantum non accusavit, sed & defendit. Provocatur deinde ad tres Latinas, unam Anglicam, Articulorum Editiones A. 1571 publicatas, quæ hæc verba habeant, aliasque his magno numero succedentes, quanquam non negatur, eo ipso anno ac forte jam antea editos fuisse articulos sine hac clausula, fraude, ut demonstrare nititur, indubia Puritanorum, in quos invidiam imposturæ Episcopis conflatam Laudi exemplo, & eventuum ejus temporis collatione facta, acerbe retorquet. Sed de his quidem fatis.

## A CLEAR ACCOUNT OF THE ANCIENT Episcopacy.

i. e.

*EPISCOPATUS IN ECCLESIA PRIMITIVA  
obtinens clara expositio, qua docetur, Parochialem  
illum fuisse, ac propterea cum moderno Diocesani Episcopa-  
tus schemate neutiquam consistentem, & simul nonnulla  
pro moderni Episcopatus Jure divino argumenta peni-  
tius examinantur.*

Londini, ap. Johannem Laurentium, 1712, 8.

Alph. 1 pl. 5.

**A**D funesta & post tot annorum decursum nondum deferve-  
scentia certamina de Hierarchia Ecclesiastica, quæ  
Anglicanam Ecclesiam exercent, spectantem librum novum pro-  
ducimus, cujus Autori, a modestia cum primis laudando, id potis-  
simum propositum est, ut demonstret, Episcopos, quos Ecclesia  
primitiva agnovit, neutiquam tales fuisse, quales posteriora tem-  
pora sibi finxere, vastis Diocesibus solitario jure imperantes, &  
longe diversis ab aliis Ecclesiæ Pastoribus gaudentes privilegiis,  
sed Pastores Ecclesiæ unius vel urbanæ vel in pago existentis, quam  
nostra tempora Parochiam consueverunt vocare, ac cum *Recto-  
ribus*, quos in Anglia appellant, *Parochiarum* omnino conven-  
nien-



nientes, & a Presbyteris eadem ratione distinctos, qua nunc in Anglia Curati ab ipso Rectore Parochiæ differunt. Id agens, primo ipsos Angliæ Reformatores non alios nisi duos Ministrorum Ecclesiæ ordines Presbyterorum & Diaconorum, nec ullam divino jure inter Episcopos & Presbyteros obtinentem distinctionem agnovisse, pluribus testimoniis probat. Deinde antiquos Patres Ecclesiæ vel idem divinum differentia jus negasse prorsus, vel saltim, quæ apud ipsos de Episcopis memorantur, potius Parochialibus Pastoribus, quam Diocesanis, quales nunc videmus, Episcopis competere, satis diserte docet. Ita, quæ Clemens Romanus in Epistola ad Corinthios de Ecclesiæ Ministris habet, omnia tantum abesse dicit ut quicquam moderno Episcopatu simile innuant, ut evidens sit, eo tempore Ecclesiæ isti ne quidem Parochialem Episcopum, sed Presbyteros plures præfuisse. Quæ magno ambitu ex Ignatii Epistolis jactantur pro regimine Episcopali, ea quidem, si Diocesanos Episcopos innuant, absurditate non carere, sed Pastoribus Ecclesiarum singularium in urbe quacunq; uno altari unaque congregatione utentium optime convenire, Justin Martyris τὸν πρεσβύτερον, Tertulliani Seniores præsidentes, non alios nisi Parochiales Episcopos loqui, ostendit. Ita pariter, quæ in Constitutionibus & Canonibus Apostolicis Episcopo tribuuntur munia, talia esse, qualia in integra Diocesi obire homini uni nullo modo sit possibile, cum vel in una Parochia satis in iis sit laboris, cui vix homo sufficiat, Cyprianum etiam, quanquam is mirifice videatur Episcoporum præ Presbyteris eminentiam evehere, ubique tamen in scriptis suis non aliam nisi quæ Parochialis Ecclesiæ Pastori incumbit, curam præ se ferre, & quæ de sua Ecclesia referat, non amplo per vastam Diocesim disperso, sed unicam urbem habitanti cœtui competere, denique eam in omnibus ministerii actibus Presbyterorum rationem manifeste habere, quæ cum eo, qui hodie jactatur, prærogativæ gradu nullo modo conveniat. In universum, ut alios Patres ab Autore adductos taceam, & cum primis Hieronymum, nullas Ecclesias Episcopales, nisi quæ una congregatione terminarentur, usque ad Seculum quartum notas fuisse docet, cujus initio, crescente in talibus Ecclesiis credentium

numero, Sacella peculiaria fuerint constituta, quæ Romæ *Tiuli*, Alexandriæ *Laura*, alibi *Parochia* appellabantur, Eucharistia tamen administratione ad unum Episcopi altare restricta, quod primum agnoscit Diœcesani vel Provincialis. Episcopatus fundamentum. Unde clarum esse docet, in tota hac de Hierarchia Ecclesiastica decertatione neutiquam de jure ipso, sed de juris extensione esse controversiam, quam ad jus ipsum quicquam facere nemo asserere valeat. Quibus suppositis, asserit, excommunicationis, confirmationis, ordinationis jura neque olim in primitiva Ecclesia ita sibi vindicasse Episcopos, ut Presbyteros, h. e. Curatos illis assistentes inde excludere jure quodam divino sustinuerint, neque talibus Episcopis, quales nunc integras Diœceses administrant, unice posse competere, quibus tam immensi coetus cognitio non competat, qualis ad hæc jura rite administranda omnino requiritur. Ubi injecta Chorepiscoporum mentione, nequaquam illos ad Seculum quartum demum referendos esse, sed apud Clementem Romanum, qui Apostolos *καὶ ἀχρόους καὶ πρεσβυτέρους* Seniores constituisse doceat, & in Concilio Antiocheno A. 270 eorum manifesta inveniri vestigia defendit. Consideratur deinde prætextus, quo vulgo Apostolorum proprie dicti Successores esse feruntur, quales cum in extraordinariis *χαρίσμασι* nullos habuerint, in ordinariis docendi & Sacramenta administrandi vicibus omnes Pastores sibi succedentes habere docet. Neque Reformatas Ecclesias cismarinas necessitate solum, sed voluntarie prorsus Episcopis destitui, & qui in Dania & Svecia eo nomine supersint, non intemeratæ per Episcoporum ordinationem successioni, sed Presbyterorum ordinationi deberi probat, & severissima Dodwelli, Lesleji, ac Hicckesil judicia, ipso Ecclesiarum nomine indignas eas habentium, & extraordinario Dei vel gratiæ vel judicio committentium, abominatur. Succedit aliorum argumentorum consideratio, desumptorum a distinctione inter Sacerdotalia Ecclesiæ Judaicæ mœnena, ex quibus negat Christianæ Ecclesiæ ordines debere repeti, ad Synagogam Judaicam potius expressos, tum ab Episcopatu, quem Jacobus Hierosolymis, Timotheus Ephesi, Titus in Creta gessisse creditur, quæ & parum tuto niti fundamento, & parum

moderno Episcopatu favere afferit, eaque occasione adversus Pearsonium, prioris ad Timotheum Epistolæ scriptæ tempus iter Pauli Hierosolymitarum, in quo Mileti Presbyteris Ephesiniis valedixit, antevertere, posteriorem non in postremis, sed prioribus Pauli vinculis exaratam esse, contendit. Denique Angeli Ecclesiarum in Apocalypsi memorati considerantur, quos non singulos Episcopos, sed Collegium universum ministrorum in singulis civitatibus docentium innuere supponit. Accedit Appendix brevissima adversus Guil. Whistonum, qua mira Constitutionum Pseudo-Apostolicarum a genuina Clementis Epistola dissentio in monstrose jactandis Episcopi prærogativis præ ipsi Regibus Whistono non inepte objicitur, & quam sibi finxerat, inter utrumque opus Clementis convenientia prorsus repudiatur.

DISSERTATIONS CURIEUSES DE L' AU-  
 theur inconnu.

h. e.

DISSERTATIONES CURIOSÆ 'AUTORIS  
 incogniti.

Londini, impensis Autoris, 1713, 12

Plag. 8.

**P**Ræmisit Autor Dissertationibus hisce Dedicacionem ad modernum Galliarum Regem, in qua testatus primum, se vitam pro Rege profundere paratum, mox graviter conqueritur de persecutione Reformatorum in Gallia, summoque Regi eam rem acerbius exprobrat: quæ causa fuit haud dubie, quod nomen suum celandum utique duxerit. Ipse libellus *quinque* constat Dissertationibus. *Prima* agit de Scriptura Sacra. *Alter*a Divinitatem, sive Deum esse probat. *Tertia* peccatum originis explicat. *Quarta* in Ecclesiæ tractatione occupatur. *Quinta* peculiare dogma non tractat, sed repetit, quæ prioribus fuere exposita. Cum vero Autor materiæ ubertatem concisiori argumentandi modo includere fategerit, singularum dissertationum

tra-

tractationem recensendo non explanabimus, sed ex prima saltem potiora, quo de Autoris methodo constet, dabimus, ita tamen, ut scopum etiam Autoris & dissertationum connexionem indicemus. Quandoquidem homo, ante omnia, de salute sua mediisque illam obtinendi certus esse debeat, primo loco de Scriptura S. agendum esse putavit, quia alibi via ad Deum inveniri nequeat. Porro, cum Deus sit Autor Scripturæ, credendum sine dubio esse, quæ de Deo, ejus essentia, realibus distinctionibus (personas in divina intelligit essentia) ut & sanctissimo Trinitatis & incarnationis mysterio in illa nobis revelantur. Cum vero filium Dei in mundum venisse certum sit, ut lapsio per peccatum homini succurreret, aque morte æterna liberaret, hinc de peccato originis differit, tandemque de Ecclesia, ad quam salvandi vocantur, agit. Ut vero ad primam redeamus, scopus Autoris est probare, Scripturam S. solum Deum habere autorem, utque veritatis hujus omnino convincamur, non sufficere, ait, testimonia eorum, qui in eadem nobiscum vivunt Ecclesia, sed quemvis salutis suæ cupidum oportere omni studio & opera verbum Dei legere, & meditari, quo ipse intelligat vera principia, quæ animum de salute certum reddere possint. Næc satis esse, deprehendere in Scriptura doctrinæ & miraculorum veritatem, morumque sanctitatem, per hæc enim nondum veritatis convinci nos posse, nisi animus noster per indubitatos alios characteres ante certior factus sit, verbum hoc esse a Deo. Cum enim homo semper fluctuet inter persuasionem & dubitationem, fieri posse, ut incertus sit, an doctrina hæc a Spiritu humano, an vero divino, sit profecta. Sic quoque accidere, quando miracula quis considerat, ut de veritate illorum dubitet, quia præsens non viderit. Et hoc impellere nos debere, ut alia, & ad nosmet convincendum idonea, quæramus media: posse vero illa impetrari, si recte meditemur & investigemus Scripturam, tum enim quinque characteres se nobis aperire, admirandos plane & efficacissimos, quibus perceptis omnes nostræ cogitationes captivæ quasi fidei & obedientiæ Dei tradantur. *Primum* characterem manifestari ex mirabili concentu sive harmonia V. & N. T. ut merito veteres dixerint, Vetus in Novo patere, Novum vero in Veteri

p. 2.

p. 4.

Veteri latere. *Secundum* deprehendi in aperta illa Dei protectione, ut qui conservationi fœderum horum ita invigilaverint, ut nulla vis tyrannica, nullaque persecutio illa vel destruere, vel corrumpere potuerit. Accedit *tertium*; quod innumerabilis hominum multitudo verbo huic divino adhæserit, totque Martyres sanguine suo veritatem ejus confirmaverint. *Quartum*, patere ex implacabili isto odio, quo mali homines eos semper sunt persecuti, qui verbum hoc divinum receperint, & secundum præcepta in illo contenta vitam instituerint suam, idque vel inde probari maxime posse, quod, cum sub quatuor a Daniele depictis Monarchiis omnis generis cultus sit toleratus, una tamen eaque vera Religio nunquam non acerrimis persecutionibus fuerit exposita. *Quintum* denique characterem cognosci ex illis Scripturæ libris, qui Prophetici appellantur: per oracula enim, sive illa veteri sive novo contineantur fœdere, Deum omnipotentem se ita manifestare, ut ex vaticiniis eorumque complemento indubitate quis colligere possit, Scripturam hanc a Deo esse profectam, quod variis e Prophetis adductis probat exemplis, primoque collocat loco notum illud, multisque Interpretum sententiis celebre vaticinium Daniel. II, 31-45 de statua Nebucadnezari per somnium repræsentata, qua uti communem sequens sententiam, quatuor Monarchias, Assyriacam, Persicam, Græcam, & Romanam, significari affirmat, ita divisionem ultimæ Monarchiæ per decem cornua Cap. VII, 7 Danielis prædici credit; per cornu vero quod inter reliqua decem succrescere viderat Propheta, non Muhammedem, ut Lutherus, aliique, sed Pontificem Romanum intelligit, idque inde constare putat, quod omnia, quæ Daniel de ortu & progressu cornu hujus viderit, si conferantur cum aliis Scripturæ locis, in Papa Romano impleri videamus. Refutat hic errorem statuentium, Antichristum unam esse tantum personam, absurdamque esse hanc opinionem, inde probari posse, quod Propheta, singulare hoc seu undecimum cornu ita describat, ut cum reliquis crescere, & cum iisdem finem, quamvis diversa ratione, habere debeat. Quæ ad Daniel. II, 44 observat, satis curiosa videntur. Asserit vero, a

P. 8

p. 13.

nullo Interprete & Critico notatum esse hactenus errorem versionis Latinae sive vulgatae. Unde factum, ut non satis textu originali examinato versionem illam sequentes, vers. 44 reddiderint: *In diebus autem Regum istorum suscitabit DEVS scelerum, regnum, quod in Secula non destruesur.* Cum Chaldaicum 𐤍𐤏𐤔 hoc loco plane non significet *suscitabit* sed *resuscitabit*, quod Graecum *ἀναστήσει*, quo LXX Interpretes uti fuere, confirmet; respicere enim hoc vaticinium Reformationem Evangelii, quod Vulgatus tunc non observans, de initio regni Christi, seu de Ecclesia Apostolica exposuerit, contra sensum & intentionem Prophetæ, qui prædicere voluerit, quod Deus Ecclesiam, ante reformationem sub idololatria & traditionibus humanis sepultam, & quasi mortuam, sit resuscitaturus, perinde, ut templum Hierosolym, post captivitatem Babylonicam per Nehemiam & Esdram restauraverit. Sed uti Auctoris industriam in explicandis quibusdam vaticiniis dictisque improbare non possumus, ita valde dubitamus, an curiositatem suam omnibus sit probaturus: certe non e Lutheranorum modo, sed & Reformationis Theologis paucos habebit, qui explanationibus ejus calculum sint apposituri. Et si enim concedent forte, Danielelem, Paulum & Iohannem in Apocalypsi Antichristum, sive Papam Romanum vivis quasi coloribus nobis ob oculos ponere voluisse, restant tamen alia a Propheta de statua Danielis, item de excisso e monte lapide, adeoque toto illo novo regno in secula duraturo, & alia regna destructuro, prædicta, quæ Autor explanare, & ad hypothesin suam applicare debuisset. Sic, quando notat Matth. XXIV, 23-26, Christum superstitionem Pontificiorum, homines modo Romam, mox Parisios, aut Madritum, ad querendum Christum ablegantium, taxare voluisse, simul eodem dicto præsentiam carnis Christi in S. Coena retundi, affirmat. Sensus quoque Marci X, 19, de centupla bonorum amissorum restitutione, nisi de mystico Ecclesie corpore locus intelligatur, obtineri non posse, asseverat. Denique doctrinam Dæmonum i Timoth. IV, 1 non de malignis spiritibus, sed de cultu genii & separatarum a corpore animarum interpretatur, observans, quarto demum seculo vocem Dæmonis de Diabolo acceptam fuisse. De-

mon-

p. 18

p. 21

p. 29.

monstrata Scripturæ S. certitudine & veritate, quid respondendum sit illis, qui de difficultate & obscuritate ejus queruntur, expedit, putatque, facile illa posse superari, si modo considerata Textuum differentia, quos in tres dividit classes, Historicam scilicet, Dogmaticam, & Propheticam, certæ observentur regulæ, quas *Maximas* vocat, exemplisque aliquot explicat. Sed cum regulæ tales Hermenevticæ melius ex B. Franzio, Pfeiffero, Gulichio, Netheno, Surenhusio, aliisque hauriri possint, recensendis illis superfedemus, satis ex hisce, quid de curiositate reliquarum Dissertationum judicandum sit, constare persuasi. Illud saltem, antequam Autorem nostrum linquamus, monendum videtur, ipsum rigidorum, ut vocantur, Reformatorum numero esse accensendum: cum enim in Gallia doctrina de gratia universali alias non fuerit insolens, in Anglia vero, ubi nunc vivere videtur, a multis asseratur, ubique tamen illam impugnat; sed magis mirari quis possit, Episcopalem in Anglia autoritatem adeo invisam ipsi esse, ut intolerabile imo Anti-Christianum quid in Reformatis Episcopis esse affirmet, qui presbyteros aliosque a se non ordinatos rejiciant.

P. 34

P. 147.

### THREE PHYSICO-THEOLOGICAL Discourses &c.

h. e.

**DISCURSUS TRES PHYSICO-THEOLOGICI**  
1. De Chaos primitivo & creatione mundi, 2. de diludio universali, ejus causis atque effectibus, 3. de dissolutione mundi & futura conflagratione; Autore JOHANNE RATO, quondam Societatis Regiæ Socio. Editio tertia, figuris æneis illustrata & passim ex Autoris M.S.C. aucta.

Londini, apud Wilhelmum Innys, 1713, 8.

Alph. 1. pl. 6  $\frac{1}{2}$  tab. zn. 4.

**D**E Chaos primitivo & creatione mundi auctus Autor, sub Disc. I. c. i.  
initium testimonia veterum autorum, *Hesiodi, Ovidii, Aristophan-*

I 2

stopha-

- c. 2 *Stoebanæ, Lucani, Euripidis* adducit, qui mundi ex chao originem defendunt: hancque sententiam Scripturæ quinime contrariam esse probat, quia *Moses* ab initio terram inanem fuisse pronunciat, nec in instanti omnia producta esse testatur. Creationem mundi distinctius explicaturus Autor, separationem aquæ a terra continente expendit, cuius *Moses* mentionem injicit, quam ignibus & flatibus subterraneis deberi suspicatur; montium vero originem ad terræ motus ab iis excitatos refert. Improbat eorum opinionem, quibus præsens tellurij status ob montes, valles, colles & promontoria passim obvia instar ædis collapsæ apparet: ipse nimirum objectum pulchrum ad spectumque jucundum arbitratur, cum non unus sit montium usus. Ventos enim frigidos avertunt, radios solares reflectunt, terram habitabilem reddunt, fructuum maturationem promovent, herbas & gramina protrudunt, terram animantium variorum commodis aptant (alia enim loca amant frigida, alia calida, alia humida, alia sicca &c. porro) in ipsis generantur metalla & mineralia aliaque fossilia, in ipsis fontes exoriuntur.
- c. 4 Progreditur Autor ad animalium creationem: ubi illorum hypothesi calculum suum adjicit, qui affirmant, omnia animantia futura in ovulis majorum contineri, propterea quod foemellæ a primâ nativitate ovaria habent. Quod si objicias, credibile non videri, quod in ovario adeo parvo tantus animalculorum numerus contineatur, quantus successu temporis per generationem prodit; visu non veram magnitudinem sed tantum rationem magnitudinum percipi regerit, provocans præterea ad insecta admodum exigua & ad materiæ divisibilitatem. Hypothesin *Leuwenboekianam* de generatione animalium ex animalculis a se confutatam esse ait in synopsi methodica animalium quadrupedum p. 37. Ratio ejus præcipua est, quia animalculorum myriades in uno coitu in uterum illabantur, adeoque necessario maxima eorum pars pereat. Sed hinc dubio jam satisfecit *Hugenius* in *Dioptrica* p. 228. Idem nimirum etiam in plantis, frugibus atque arboribus contingere, quotidie observamus.

## Disc. II.

Similiter in discursu secundo primum testimonia veterum gentilium & numos quosdam veteres ex *Kircheri* de arca *Noæ* libro



libro adducit, quibus veritas diluvii universalis Noachici comprobatur. Provocat ad *Berosum & Nicolaum Damascenum* apud *Josephum*, ad *Melonem & Abydenum* apud *Eusebium*, ad *Alexandrum* Polyhistorum apud *Cyrillum* &c. Ex numero causarum hujus diluvii miraculosam aeris in aquam transmutationem excludit, a *Kirebero* in libro supra citato defensam. Non alias admittit, quam quas Divinus Scriptor *Moses* recenset, nempe rupturam fontium abyssi magni & apertionem cataractarum cœli. Per causam posteriorem intelligit vaporum per totam atmosphæram dispersorum in pluviam resolutionem: per priorem autem aperturas ingentes in terra ad aquas subterraneas emittendum factas. Hac data occasione de fontium origine prolixè disquirit. Rejeda hypothese eorum, qui aquas per fluvios sufficientes reverti asserunt, sed, Nostro judice, non sufficienter probant, ad aquas pluviales eandem refert & multis observationibus confirmat, aquam pluvialem ad profunditatem decem, viginti, quadraginta, immo centum pedum per poros terræ destillare. Ad hanc theoriam stabilendam inter argumenta alia adducit fontium æstate sicca deficientium exempla. Ita annis 1654, 1655 & 1658 plerisque in Anglia fontibus, quos perennes vocare solent, ex ea causa defecisse aquas notat. Theoriam vero *Halleji* a vaporibus condensatis & nocturno tempore in juga montium præcipitatis fontium scaturigines deducentis in Zona torrida tantum valere largitur, quamvis nec ibi pluviam excludi debere censeat. Adducit epistolam ab amico *Tancredo Robinsono* ad ipsum exaratam, in qua eadem sententia corroboratur. De effectibus diluvii breviter agit, referens huc potissimum mutationem superficiæ terræ continentis, quam tamen cum *Kirebero* in libro de Arca Noæ p. 192 specialius describere non audet, nisi quod inter effectus diluvii speciales referat lapides figuratos ex montibus a mari valde remotis effodi solitos & figuram marinorum referentes. Etsi autem de hac hypothese a multis viris doctis hodiè exulta passim jam dictum sit in his Actis, breviter tamen recensere libet argumenta, quibus post alios ad eam stabilendam utitur Autor. Sapientia igitur Dei 1 contrariam censet productionem lapidum figuratorum, sine ullo fine (quod *Hogskii* argumentum esse monet): 2 quod

c. 2

c. 3

c. 4

lapides figurati figuram marinorum exacte exprimant debitamq; partium proportionem ac determinatam molem habeant: 3 quod quaedam fossilia dentes & ossa piscium marinorum non modo ex figura, sed etiam inde agnoscantur, quia calore ignis ante in carbonibus mutantur, quam in calcem aut cineres abeunt: 4 quod, si natura laderet, nulla appareret ratio, cur non æque ludat in producendis cornubus, dentibus & ossibus animalium terrestrium aut fructibus & seminibus plantarum, quale tamen fosile in nullo Musæo viderit *Eduardus Lbwyd*, in his fossilibus colligendis ac contemplandis admodum curiosus, (dari tamen istiusmodi fossilia, etfi rariora, Musæum *Büttnerianum* loquitur, ut ex his etiam Actis A. 1711 p. 224 apparet: ) 5 quod Autores, qui negant, lapides istos aliquando fuisse conchas & piscium ossa, eorum productionem rationabiliter explicare nequeant. Commendat de his fossilibus laudati modo *Lbwydii Lithophilacium Britannicum*, cujus & epistolam de origine fossilium marinorum ipsius nomini inscriptam integram exhibet. Mutationibus Telluris in diluvio universalis factis subjungit alias, quæ postea successu temporis eidem acciderunt. Huc pertinent submersiones regionum integralium in Oceano, separationes regionum ante continuarum, ortus novarum regionum, præsertim insularum, everfiones montium, agri per alluvium, aliarq; mutationes a terræ motibus, montibus ignivomis, inundationibus particularibus, procellis, imbribus, aquis subterraneis profectæ. Singulæ exemplis specialibus illustrantur, quæ hic recenseri non possunt. Probat e. gr. Britanniam olim Galliar, Siciliam Italiæ; insulam Ceilonensem Indiæ &c. continerant, sed fluctuum furore disjunctas, Bataviam totam, immo Egyptum, Chinam &c. aquis obductam fuisse.

c. 5.

Disc. III.

c. 1.

c. 2.

c. 3.

Discursui tertio de conflagratione mundi fundamenti loco substernit dictum *Petri* i *Petri* III, 11, & *Hammondi* interpretationem rejicit, qui desolationem Hierosolymanarum & politiarum Judæar in eo describi contendit. Adducit adeo testimonia ex omni Scriptura, quibus dissolutio universi confirmatur, nempe i *Petr.* III, 11, *Matth.* 24, *Marc.* 13, *Luc.* 21, 27 & seqq. 2 *Thess.* I, 7, 8 &c. quæ ab *Hammondo* ad vastationem Hierosolymanarum applicantur.

Testi-

Testimonijs Scripturæ subjungit testimonia Patrum, *Justini Martyris, Irenæi, Lactantiæ, Augustini, Hieronymi, Eusebii, Cyrilli*; iis vero subjicit testimonia Scriptorum gentilium, *Epicuræorum & Stoicorum*, certas inundationum & conflagrationum periodos statuentium. His præmissis ad quæstiones septem respondet. Primo nimirum quæritur: utrum detur in rerum natura aliqua causa nec ne, a qua futura dissolutio universi probabiliter proficisci valeat? Responsio affirmativa est: in numerum enim harum causarum refert Auctor 1 inundationes telluris, 2 extinctionem Solis, 3 eruptionem ignis centralis, 4 inflammabilitatem & ariditatem Zonæ torridæ unâ cum concurrentibus eruptionibus *Vulcanorum*; inter spurias rejicit, quod mundus senescat & ad interitum properet. Quæritur porro 2: num destructio universi profectura sit a causis naturalibus, an a præternaturalibus? Respondet Noster, causam instrumentalem fore naturalem, nempe ignem. Sed subitam & æqualem ignis hujus per universum diffusionem potentia Dei extraordinariæ ac miraculosæ adscribendam esse. 3 Num dissolutio hæc futura sit successiva, an instantanea? Respondet Noster, eam fore subitam, quia dies Domini instar furis ventura dicitur in Sacris. 4 An signa quædam destructionem universi sint præcessura? Respondet Noster, fore signa arbitraria, qualia ab optimo Servatore Matth. 24 prædicuntur. 5 Quo tempore adventurus sit mundi interitus? Respondet Noster, tempus absolute incertum esse Matth. XXIV, 36, Act. I, 17. 6 Quo usque extendenda sit hæc conflagratio? Respondet Noster, non modo terram, verum etiam corpora cœlestia conflagratura esse. 7 An mundus sit annihilandus, an vero alterandus? Respondet Noster, posterius probabilius esse, utpote Scripturæ, rationi & antiquitati convenientius. Citat eum in finem dicta Scripturæ Act. 17, 11, Matth. 19, 28, 29, Psalm. 102, 26, Hebr. 1, 12, 1 Cor. 7, 13, Jes. 65, 17, 2 Petr. 3, 13, Rom. 8, 21, testimonia Patrum & gentilium. Rationem hanc reddit, quod ignis corpora non annihilat, sed tantum eorum partes dissolvat, & quia necessario locus aliquis requiritur, qui sit sedes beatorum, itemq; alius, qui sit sedes damnatorum. Sub finem ad argumenta respondet, quæ pro annihilatione mundi in medium afferri solent.

c. 4

c. 5

c. 6

c. 7

c. 8

c. 9

c. 10

c. 12

HI-

HISTOIRE SECRETE DES INTRIGUES  
de la France en diverses Cours de  
l' Europe.

i. c.

*HISTORIA ARCANA OCCULTORUM CON-  
siliarum, quæ Galli in plurimis aulis Principum  
Europa sunt moliti.*

Tomus III.

Londini, 1714, 8.

Pl. 19.

Cum de prioribus hujus operis Tomis dictum sit in Supplem.  
T. VI Sect. I, nunc tertium quoque, qui nuper admodum  
prodiit, perlustrabimus.

p. 8

Carolus II æris semper egens, cum 1500000 libras  
Sterlingenses absque Parlamenti consensu colligere vellet, clam  
suis edixerat, se ei, qui consilio sibi subvenire posset, Magni The-  
saurarii munus collaturum. Hujus rei conscius Ashlejus Clif-  
fordio aliquando paucis indicaverat, non deesse quidem, unde  
Rex tantum pecuniæ cogere posset; esse tamen rem periculi  
plenam, ex qua odium inter Regem & Parlamentum concitari  
posset maximum. Cliffordius Romanorum sacris imbutus & a  
Gallorum aura pendens Regem ex hujusmodi disidiis & Gallis  
& Catholicis addictiorem reddere sperans, non ante destitit, do-  
nec istius arcani compotem Ashlejus bene potus ipsum fecisset;  
id nimirum fore, si quando Rex Cameram Redituum publico-  
rum (*Exchequer*) clauderet. Hoc vix comperto Cliffordius  
ad Regem properans rem totam ipsi significavit, & præmium,  
funestis equidem universæ Angliæ consilii, tulit. Jusjurandum,  
quo Suprematui Pontificis Angli renunciare tenentur, qui Con-  
ventibus publicis (*Parlement*) interesse cupiunt, Comes Bristo-  
liensis, licet Catholicorum dogmata amplecteretur, maxima  
contentione defendit, Romanæ quidem Ecclesiæ membrum,  
non vero aulæ Romanæ mancipium se palam professus. Vesa-  
nam Laudi ambitionem ipsi fuisse exitio, Carolus I suo testimonio  
com-

15.

21

comprobavit, cui persuadere serio intendit, ut Principes Europa Protestantes Regis autoritate permoti illum Summum Protestantium Metropolitanum nuncuparent; quibus consiliis risu fere explosis, Regem, ut bellum ipsis inferret, sollicitare ausus est. Gallos in compensationem sumtuum a Jacobo II, Hiberniam sibi fuisse depectos, eademque consilia ab ipsis regnante adhuc Carolo II fuisse agitata, fide diplomatum demonstrat. Electorem Bavariz ut sub ipso fere regiminis auspicio in Gallos esset propensior, annuo 800000 thalerorum stipendio inductum fuisse ostendit, quod deinde foedus matrimonio Delfini cum ipsius sorore magis corroboratum est; idem tamen spe successionis Hispanicæ, ex morte Delinæ haud absque veneni suspitione defunctæ, aliquandiu fuit interruptum. Aurelianensis filiam, Carolo II Hispaniarum Regi junctam, a Gallis, quo propior ipsis aditus ad Hispaniæ regna occupanda pateret, sterilem fuisse factam, ipsa haud una vice testata est. Artes quibus Galli ad Turcas, Hungaros, aliosque in Cæsarem incitandos, & Polonos ab ipso alienandos usi sint, fusius exponit, quæ consulto hic prætermittimus. Metim ab Henrico II Galliz Rège Imperio nostro fraude fuisse ereptam, nemo forsân est qui ignoret; rei tamen gestæ seriem secus ac plerique occasione data enarrat. Etenim Montmorancius Gallorum dux, ut transitum sibi, Germanorum libertatem vindicaturum, concederent, Metenses rogaverat, cui plebs novarum rerum cupida facile assensit. At Montmorancius urbem vix ingressus, & subito morbo se correptum simulans primores civitatis ad se convocari curat, ipsos si forsitan mori se contingeret, supremæ voluntatis testes esse cupiens. Interea præfecti ejus portas urbis, quod mandatum ipsis fuerat, vi occupant, ille autem rem peractam præfagiens, subito de lecto surrexit, & Consulem urbis ipsum pugione confodit, reliqui a custodibus corporis trucidati sunt. Galliz Reginam Ludovico XIV junctam ignorantia Medicorum decessisse refert. Tumorem enim, quo laborabat, leniter in pus fuisse solutum, ut de vita nil pæne extimescendum videretur; sed cum Medici, frustra contradicente Fagonio, venam ipsi incidissent, tota vi morbi pectus adeo gravatum est, ut Regina brevi suffocaretur. Denique singulare sponsionis genus

P. 171.

213.

216.

218.

224.

264.

278.

303.

K

ex

vetusto MSCto Saxonico notat, quo civis, si intra tempus præstitutum Ciceſtria ab hoſtibus non fuiſſet in poteſtatem redacta, ſe vicino duos teſticulos daturum promiſerat; verum iſte, re detecta, velut hoſtis patriæ, morte mulctatus eſt.

ARCANA GALLICA, OR THE SECRET HISTORY of France for the laſt Century, by the Author of the Secret History of Europe.

i. c.

*HISTORIA ARCANA GALLIÆ SECULI ULTIMI, ab Autore Hiſtoria arcana Europa conſcripta.*

Londini, apud A. Bell, 1714, 8.  
Alph. 1 pl. 11.

**Q**uibus mediis Gallorum libertas fuerit everſa, & Reformationum ſacra penitus extirpata, qui motus duorum Regum pubertatem agitaverint, evidentiffime ob oculos ponere Noſter induxit in animum, licet in præſenti libello haud ultra Ludovici XIII Gallorum Regis & Richelii fata progrediatur. Uſus eſt Autor, qui a Gallo illo, quem modo recensuimus proſus diſcrepat, fide ſcriptorum, quorum perpauca Anglis innotuerunt, & quorum pars maxima veritatis ſtudio extra Gallia limites lucem publicam aſpexit. Nos exinde quædam notatu digniora pro more noſtro commemorabimus. Henricus IV ſub ultimæ vitæ tempus plerorumque teſtimonio magis magisque alienus a Proteſtantibus viſus eſt, quod tum maxime apparuit, cum Mauri Grænatenſes tumultu adverſus Hiſpanos excitato ipſius ſeſe fidei commiſſuros pollicerentur. Miſerat enim eo Paniffantium Vaſconenſem Proteſtantibus addictum, veſte quidem Franciſcani indutum, haud irrito, ut videbatur, eventu. Cum vero Rex Catholicorum ſuaſu, ne hæreſis ad Mauroſ etiam ſerperet, revocato illo hominem Pontificium in locum ejus ſubſtituiſſet, in caſſum omnis labor cecidit. Ancræum Regina viduæ gratia florentem, non omni vitiorum labe, ut Galli vulgo volunt, fuiſſe inquinatum, ſed patriam maxime, cum gente eſſet Italus, ipſi fuiſſe exitio, Autor tradit; artes autem Luyneſi, quibus Regi perſuaſerat, ut ſiſe ſalvum

pp. 107

87

106

rum esse vellet, Ancrezum interfici juberet, inculsat. Commen-  
 tiorum, quos Galli *Memoires* vocant, fidem Noster valde su- p. 90.  
 gillat, eosdemque Romanensibus sæpe fabulis haud dissimiles esse  
 existimat. Ludovicum Cardinalem Guisium Carolam Effartiam,  
 Henrici IV amoribus celebrem, clandestino sibi matrimonio  
 junxisse refert, unde plures liberi fuere prognati, quos vide in An- 94.  
 selmū *Palais de l'honneur l. 3 & observations sur l'histoire des*  
*amours du grand Alcandre, edit. 1693 p. 299*, imo horum nomi-  
 ne Carolum post mortem Domicellæ Guisiz ad hereditatem as-  
 spirasse narrat Autor *des Amours de Henry IV p. 302 seq.* licet  
 illos legitimis accenseri nunquam passi fuerint Lotharingi, vid.  
*Memoires du Marquis de Beauvau l. 2 p. m. 70.* Richelius si-  
 mulandi artifex allato clam nuntio de Cardinalitia dignitate sibi  
 collata tanto gaudio exultavit, ut vix sibi ipsi temperare potue- 192.  
 rit, cum vero haud ita multo post Regina Vidua illum ad se voca-  
 tum eadem de re certiore faceret, vultu ad modestiam compo-  
 sito, quasi mundana parum curaret, omnes fere sefellit. Rex ta-  
 men nihilo secius astutiam Richelii & superbiam præfagiens, Re-  
 ginæ Matri summa animi contentione aliquandiu restitit, ne Con- 195.  
 silio secretiori admoveretur, donec illa suo tandem malo variis  
 artibus id perficeret, licet Richelius vires corporis morborum vi  
 debilitatas simulans munus delatum quodammodo recusaret.  
 Regis autem gratiam Richelio conciliavit suspicio de Fra- 198.  
 tre Aurelianensi concepta, quem consilia de ipso Regno spoliando 204.  
 & monasterio includendo & Regina uxore, ista forsitan haud ab-  
 nuente, ducenda agitare credebat; Rege gravissimo morbo de- 265.  
 cumbenre, cum spes suas magis nudare cœpissent, plurimum ad-  
 aucta. Sub initium administrationis suæ Richelius Protestan- 204.  
 tibus Germanis maxime favit, ut & Cardinalis Rupellani nomi-  
 ne vulgo designaretur, & Pontificis Nuncius indignabundus, il-  
 lum merum esse Lutheranum, palam criminaretur, quamvis  
 Richelius auxilio illorum adjutus ad labefactandas Austriacorum  
 vires occulto tenderet. Isto adhuc tempore Parliamentum Pa- 217.  
 risinum summa pollebat autoritate, qua de causâ ipse Rex, cum  
 Edicta de exigenda a civibus pecunia confirmare vellet, eo se  
 contulerat; Servientius autem vir consummatæ ætatis & pru-  
 den-

vetusto MSCto Saxónico notat, quo civis, si intra tempus præstitutum Ciceſtria ab hoſtibus non fuiſſet in poteſtatem redacta, ſe vicino duos teſticulos daturum promiſerat; verum iſte, re detecta, velut hoſtis patriæ, morte mulctatus eſt.

ARCANA GALLICA, OR THE SECRET HISTORY of France for the laſt Century, by the Author of the Secret History of Europe.

i. e.

*HISTORIA ARCANÆ GALLIÆ SECVLI ULTIMI, ab Autore Hiſtoria arcana Europa conſcripta.*

Londini, apud A. Bell, 1714, 8-  
Alph. r pl. 11.

Quibus mediis Gallorum libertas fuerit everſa, & Reformato-  
 106 rum ſacra penitus extirpata, qui motus duorum Regum  
 pubertatem agitaverint, evidentiffime ob oculos ponere No-  
 ſter induxit in animum, licet in præſenti libello haud ultra Ludo-  
 vici XIII Gallorum Regis & Richelii fata progrediatur. Uſus eſt  
 Autor, qui a Gallo illo, quem modo recenſuimus proſuſ diſcre-  
 pat, fidè ſcriptorum, quorum perpauca Angliſ innotuerunt, &  
 quorum pars maxima veritatis ſtudio extra Galliæ limites lucem  
 publicam aſpexit. Nos exinde quædam notatu digniora pro-  
 more noſtro commemorabimus. Henricus IV ſub ultimum  
 vitæ tempus plerorumque teſtimonio magis magisque alicuius a  
 107 Protestantibus viſus eſt, quod tum maxime apparuit, cum Mauri  
 Granatenſes tumultu adverſus Hiſpanos excitato ipſius ſeſe fidei  
 commiſſuros pollicerentur. Miſerat enim eo Paniffantium Va-  
 ſconenſem Protestantibus addictum, veſte quidem Franciſcani in-  
 dutum, haud irritò, ut videbatur, eventum. Cum vero Rex Catho-  
 licorum ſuaſu, ne hæreſis ad Mauros etiam ſerperet, revocato illo  
 hominem Pontificium in locum ejus ſubſtituiſſet, incaſſum omnis  
 108 labor cecidit. Ancræum Reginæ viduæ gratia florentem, non om-  
 ni vitiorum labe, ut Galli vulgo volunt, fuiſſe inquinatum, ſed  
 patriam maxime, cum gente eſſet Italus, ipſi fuiſſe exitio, Autor  
 tradit; artes autem Luynæi, quibus Regi perſuaſerat, ut ſi ſe ſal-  
 vum.



rum esse vellet, Ancrezum interfici juberet, inculsat. Commen-  
 tiorum, quos Galli *Memoires* vocant, fidem Noster valde su- p. 90.  
 gillat, eosdemque Romanensibus sæpe fabulis haud dissimiles esse  
 existimat. Ludovicum Cardinalem Guisium Carolam Essartiam,  
 Henrici IV amoribus celebrem, clandestino sibi matrimonio 94.  
 junxisse refert, unde plures liberi fuere prognati, quos vide in An-  
 selmū *Palais de l'honneur l. 3 & observations sur l'histoire des*  
*amours du grand Alexandre, edit. 1693 p. 299*, imo horum nomi-  
 ne Carolum post mortem Domicellæ Guisæ ad hereditatem as-  
 spirasse narrat Autor *des Amours de Henry IV p. 302 seq.* licet  
 illos legitimis accenseri nunquam passi fuerint Lotharingi, vid.  
*Memoires du Marquis de Beauvau l. 2 p. m. 70.* Richelius si-  
 mulandi artifex allato clari nuntio de Cardinalitia dignitate sibi  
 collata tanto gaudio exultavit, ut vix sibi ipsi temperare potue- 192.  
 rit, cum vero haud ita multo post Regina Vidua illum ad se voca-  
 tum eadem de re certiore faceret, vultu ad modestiam compo-  
 sito, quasi mundana parum curaret, omnes fere sefellit. Rex ta-  
 men nihilo secius astutiam Richelii & superbiam prælagiens, Re-  
 ginæ Matræ summa animi contentione aliquandiu restitit, ne Con- 195.  
 silio secretiori admoveretur, donec illa suo tandem malo variis  
 artibus id perficeret, licet Richelius vires corporis morborum vi  
 debilitatas simulans munus delatum quodammodo recusaret.  
 Regis autem gratiam Richelio conciliavit suspicio de Fra- 198.  
 tre Aurelianensi concepta, quem consilia de ipso Regno spoliando 204.  
 & monasterio includendo & Regina uxore, ista forsitan haud ab-  
 nuente, ducenda agitare credebat; Rege gravissimo morbo de- 205.  
 cumbenre, cum spes suas magis nudare cœpissent, plurimum ad-  
 aucta. Sub initium administrationis suæ Richelius Protestan- 204.  
 tibus Germanis maxime favit, ut & Cardinalis Rupellani nomi-  
 ne vulgo designaretur, & Pontificis Nuncius indignabundus, il-  
 lum merum esse Lutheranum, palam criminaretur, quavis  
 Richelius auxilio illorum adjutus ad labefactandas Austriacorum  
 vires occulto tenderet. Isto adhuc tempore Parliamentum Pa- 217.  
 risinum summa pollebat autoritate, qua de causâ ipse Rex, cum  
 Edicta de exigenda a civibus pecunia confirmare vellet, eo se  
 contulerat; Servientius autem vir consummatæ ætatis & pruden-  
 tia

- dentia orationem libertatis plenam exorsus, ut Regis animum defleceret, spiritu vehementius commoto subito cum ipsa velut libertate expiravit. Odium inter Richelium & Buckinghamium inde ortum existimat, quod Richelius cunctos ubivis superare omni ratione niteretur, ast Buckinghamius, cum splendore & sumptu excelso instructus in publicum prodiret, & a foeminis adamarī diceretur, nec Richelii favorem, cui haud inferiorem se credebat, sollicitè ambiret, Richelium adeo offendit, ut iram vix occultare posset. Interea quam levi momento summā rerum sepissime constet, exemplo esse poterunt diversa Gallorum studia circa annum 1630 trium Astrologorum prælagis innixa. Namque Fabroni Italus Reginae matri prædixerat, Regem paucis abhinc mensibus moriturum, quapropter ipsa Aurelianensi persuadere conabatur, ut uxorem e Medicæis oriundam duceret, ne ipsa penitus a rebus gerendis excluderetur. Richelius Campanellæ Italico confusus, Aurelianensem nunquam regnaturum certissime credebat, qua de causa eundem parvi pendebat. Vallengis (*Duquall*) autem Aurelianensi denunciaverat, Regem, antequam Sol signum Cancrī fuisset ingressus, decessurum. Sed Ludovicus XIII gravi morbo tunc decumbens, cum sanitati fuisset restitutus, Vallengem re detecta ad triremes condemnavit. Wallensteinii, qui ad Regnum Bohemiæ occupandum ope Gallorum atque Suecorum grassabatur, consilia ex literis Ludovici XIII confirmantur. Richelius secunda fortuna elatus & opibus potens, quod adhuc sibi deesse existimabat, ad supremam potestatem aspirare ausus est, tres Lotharingiæ Episcopatus, vicinas Abbatias, Ducatum Bollionensem, partem Lotharingici Ducatus, & Suecorum ope Alsatiam sibi vindicare conatus, cum res ista successu mox destitueretur, alia via rem aggredi statuit, & Coadjutorem sedis Spirensis, commendatione Trevirensis, quilibet Episcopatu tum præerat, eligi semet curavit, cui tamen Imperatore contradicente, Pontifex assensum denegavit. Illi etiam affinitate gentem suam insigniorem reddere annisus est Richelius, neptem suam Combaletam Comiti Suesionensi, deinde Duci Saxo-Vinariensi, imo ipsi tandem Regi, ut matrimonio illam sibi jungerent, persuadere serio conatus, quæ tamen omnia effectū caruerunt.

C. A.

p. 247, 301  
409.

C. A. H. SPECIMEN EMENDATIONUM CRITICARUM in operibus Ovidii tentatarum.

Nuper indicatum est hîc in Actis A 1714 p 439, Burmannum, virum doctrinæ elegantia clarissimum, in eo esse, ut novam litteratis exhibeat Ovidii operum editionem. Nec dubitare fas est, quin & sinceriora & luculentiora edere ea paret: spemque cruditi non levem concipiunt ex ejus Petronio ac Phædro. Visum igitur mihi est, ex pluribus, quæ adhuc depravata exstant in Ovidio, decerpta quædam publico nunc examini, adeoque ipsius Burmanni judicio, subjicere. Quod si hæc suffragio suo digna existimaverint Critici, alio tempore plura proferemus. Hoc quidem loco decem mendas eluere animus est.

I. *Tristium lib. I eleg. 1 v. 55. & 56* ita sunt editi:

*Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,  
Sit satis. ingenio sic fuga parva meo.*

Equidem sic rescribo pentametrum:

*Sit satis, ingenio nec fuga parva meo.*

Scilicet veretur Poeta in præcedentibus versibus, ne forte lectoribus hæc carmina non videantur ab ipso esse profecta, quippe ingenio ejus satis cognito minora. Hos igitur monet, ut statum Poetæ considerent, qui vel ipsum debilitet ingenium. Addit, se nec famam istis carminibus querere. Jam pergit: Sit satis, inquit, si nunc carmina studiumque poeticum, quod exilii mihi causa est, non prorsus odi, nec ingenium quoque meum exilio quasi quodam damnatum est. Sit, inquit, satis, me scribere versus qualescunque potius, quam nullos. Trajectio verborum, nec Ovidio nec cæteris infrequens Poetis, corruptioni locum fecit. Ceterum isthuc referri debent, quæ idem scribit *Trist.* III, 4, 43 sqq.

*Nil non mortale tenemus,*

*Pectoris exceptis ingenique bonis.*

*En ego cum patria caream vobisque demoque,*

*Raptaque sint, adimi qua potuere mihi,*

*Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:*

*Caesar in hoc potuit juris habere nihil.*

K 3

II. *Trist.*

II. *Trist. I, 2, 85 & 86:*

*Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,  
Exilem facio per mea vota viam.*

V. 83 dixerat, se vota diis facere, iisque se obstringere, ut feliciter ac cito ipsum deducant in locum exilii, quem jam petat. Hinc legi oportere auguror hunc in modum:

*Exigo jam facilem per mea vota viam.*

*Exigo*, id est, ardentem oro flagitoque. Tale sane verbum hoc loco requirit orationis series pariter ac scopus. Ex *exigo* facile factum est *exilem facio*. Jam inferui exigente metro, & conveniente orationis scopo. Sic Ovidius *Heroid. XVIII v. 52*:

*Ut tibi des faciles utilis aura vias.*

III. *Trist. I, 2, 102:*

*Si satis Augusti publica jussa mihi.*

Scripsisse ita crediderim Poetam:

*Siquæ rata Augusti publica jussa mihi.*

Profecto non alia est Poetæ sententia. Si, inquit, nunquam questus sum de Augusti imperio, sed, quod boni civis est, semper acquievi latis ab eo legibus. Nec repugnat Nostri genus dicendi. Nam ejusdem libri *eleg. I v. 33* inquit:

*Quaque voles, rata sint.*

IV. *Trist. I, 3, 75:*

*Sic Priamus doluit tunc, cum in contraria versus  
Ultores habuit proditionis equos.*

Nic. Heinsius totum hoc distichon expungere audent, tanquam ab aliena insertum manu. Sed nolumus secare, ubi sanationi locus est. Lege sis mecum ita:

*Sic primus doluit, tunc, qui in contraria versus  
Ultores habuit proditionis equos.*

Respicit enim Naso exemplum Metii, jussu regis Tulli Hostilii ab equis in *diversum iter concitatis*, uti loquitur Livius *lib. I cap. 28*, distracti. Totam historiam enarrat ille *cap. 27 & 28*, ita concludens: PRIMUM (en quid velit sibi *primus* ille apud Ovidium!) *ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse penas.* Etiam Gelli-

Gellius *Noct. lib. XX Cap. 1* extremo eandem referens historiam *novum* vocat supplicium. Porro Ovidius dicit: *Sic primus doluit, qui, pro ille, qui: tunc pro olim.* Sed hæc levia sunt.

V. *Trist. II, 331:*

*Forsitan & dubitem, numeris levioribus aptus*

*Sim satis, in parvos sufficiamque modos.*

Non dubito aliam, quam nonnulli codices habent, præferre lectionem, sed additis parentheseos signis:

*Forsan (& hoc dubitem,) numeris, cætera.*

Nimirum parenthesis modestiæ causa inserta est. Forsan, inquit, (sed etiam ea de re dubitare possum,) aptus satis sum ad leviora carmina.

VI. *Trist. II, 449:*

*Fallere custodem demum docuisse fatetur.*

Tò demum alienum est hoc loco ac videtur natum esse ex postrema syllaba vocis proxime præcedentis *custodem*. Judicent Critici, an hæc lectio sit vera:

*Fallere custodem se condocuisse fatetur.*

VII. *Trist. III, 6, 15 & 16:*

*Sed mea me in penam nimirum fata traherant:*

*Omne bonæ claudunt utilitatis iter.*

Alter versus mirum quantum claudicat. Unde Heinſius rursus cultrum stringit, scilicet recidens vulnus immedicabile. Sed partem trahit sinceram, cum totum eliminat distichon. Priori quippe versu elegantius nihil est, nihil concinnius. Conabimur proinde & hic pristinæ integritati restituere pentametrum, ita eum reſingentes:

*Omne ò ne claudant [scil. fata mihi] utilitatis iter!*

h.e. utinam calamitas mea non sit perpetua, nec nisi morte finienda! Sic & alio loco dixit *iter claudere*, *Heroid. XVIII, 140.*

VIII. *Heroid. epist. XI v. 19:*

*Num minus infestum, funebria munera, ferrum*

*Feminea teneo, non mea tela, manu?*

Canace, cujus nomine hanc scripsit epistolam Ovidius, *v. 13 sqq.* queritur, patrem suum, tot imperantem hominibus, suæ imperare

perare iræ non posse. Porro *v. 17* meminit, se stirpe Jovis editam esse. Sed quid, inquit, hoc me juvat, cum nimis infestum ferrum cogor in mea ipsius viscera immittere? En veram lectionem:

*Cum nimis infestum, funebria munera, ferrum  
Feminea teneo, non mea tela, manu,*

IX. *Heroid. epist. XIII v. 104:*

*Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.*

Inspida hæc sunt quidem certe, aut ego nil sapio. Relegamus, quæ præcedunt, viam ut aperiamus veris ac sinceris Pœtæ verbis. Jusserat Laodamea maritum Troiam petentem exire nave postremum, scilicet quia oraculum prædixerat, periturum, qui primus Græcorum Troianam terram sit tacturus. E contrario vult eadem, ut maritus in reditu celeritatem adhibeat summam. *Cum venies*, inquit, id est, cum redibis domum, *remoque move veloque carinam, inque tuo* (hoc est, Græco) *celerem littore siste gradum. Sive latet Phæbus*, (ita pergit,) *sem terris altior exstat*, hoc est, sive nox sit sive dies,

*Tu mihi luce celer, tu mihi nocte veni,*

hoc est, celer & sine mora ad me veni, sive noctu veneris sive die.

X. *Heroid. epist. XIV v. 82:*

*Et queritur, factum sanguinis esse parum.*

Quid, quæso, dubitamus sic rescribere:

*Et queritur, fustum sanguinis esse parum.*

Sed hæc nunc sufficiant.

**MATTHÆI BROVERII DE NIEDECK, JCTI,**  
*de Populorum Veterum ac Recentiorum Adorationibus Dissertatio.*

.Amstelod, excudit Johann. Oosterwick, 1713, 8.

Alph. 1 pl. 2.

CUM de Deorum apud Gentiles cultu autores plures egerint, Saubertus nimirum, Merula, Outramus, Gyraldus, Stuckius, Casalius, eos tamen de precibus Veterum, quæ potissima illius pars est, perfunctorie nimis egisse deprehendit Cl. Autor,  
eoque

eoque hanc potissimum spartam probe exornandam sibi delegit. Ut omittamus, quæ Capite I ad etymologiam & synonymiam vocis adoratio doctè notat, ad Cap. II statim convertimur, quo & Briffonium de Formulis supplet, & formulas adorationum vulgatiores apud Latinos, Græcos & Hebræos affert. Hic dum inter Græcas refert formulam *σάω*, observat, veteres eandem in sternutationibus adhibuisse, clamantes *ἕὸ σῶσον*, Jupiter serva, eaque occasione Sigonium refellit, quippe qui L. I Hist. de Regno Ital. originem hujus ritus a pestilentia Gregoriana temporis deducit, cum tamen Apulejus, qui Gregorium trecentis annis ætate superat, illius mentionem injiciat, & Petronius ita disertè loquatur: *Giron collectione spiritus plenus, ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret, ad quem motum Eumolpus conversus, Salvete Gitona jubet.* Dum Cap. III varia Deorum Dearumque cognomina enarrat, inter alia notat, quod solus Jupiter in solenni precatione sit vocatus *Optimus Maximus*, ita quidem, ut *Optimi* nomen *Maximo* semper præponeretur, quia, teste Cicerone, *majus gratiusque est prodesse omnibus quam opes magnas habere.* Cap. IV ad ipsam adorationem ejusque varios ordines procedit. Antiquissimum divini cultus genus fuit celebratio Numinis sub Jove in montibus ac sylvis. Perfæ imprimis quia Diis omnia patere censebant, templa nulla habebant, ut testantur Herodotus L. I & Strabo L. 15, qua in re hodiernum eos sequuntur incolæ Guinæ. Cap. V de publica imprimis & privata adoratione in templis agit, Sacerdotumque officia exponit, qui certis diebus in magna confluentis populi celebritate verba facere & reliquos quodammodo precibus prodire consueverunt. In Cap. VI Cl. Autor quinque potissimum adorationis species constituendas putat, Salutationem scilicet, Laudationem, Preces Petitorias ac Votivas & Gratiarum actiones; & originem Salutationis ex antiqua salutandi Patronos apud Romanos consuetudine derivat. Capite VII Deos ostendit ab invocantibus ad benevolentiam quasi captationem egregiis laudibus fuisse mactatos. Invocationem vero docet vel verbosiores, uti apud Indos, Romanos Græcosque, vel breviores & tribus vicibus repetitam in usu fuisse.

L

Præ-

- Præterea nominibus multis Deos invocare confueville gentiles, ne unico nomine & forte parum grato iratos illos sibi redderent.
90. Capite VIII preces vel fuisse clara voce vel murmure quodam, ut apud Græcos, prolatas testatur, & clara quidem voce sæpius
91. adorasse veteres ad ostentationem singularis sanctimoniz, quæ
92. verò minus honesta videbantur, ea subobscurius fuisse prolata,
93. quo refert & illud Pythagoricum: *μὲν Ἰωνῆς εὐχῆσσι*. Tempus, ut Cap. IX docet, adorationi maxime idoneum matutinum, nocturna vero Sacra apud plerosque haud æque pura existimabantur.
102. Omnibus porro diebus sacris a labore consueto apud Athenienses & Romanos abstinendum & silendum fuisse in templis ex vocula *εὐφροσύνη* apud Callimachum aliisque locis idoneis
105. Cap. X demonstrat. Indeque Cap. XI impuros omnes, quos
107. inter & qui pollutiones nocturnas passi erant numerabantur, a templis fuisse prohibitos, & castitatem imprimis adoraturis fuisse necessariam, eoque vel aqua fluviali olim, vel fontana vel marina ante templorum introitum corpus conspersisse Gentiles, eleganter Autor probat. Cum itaque purificati hoc modo fuissent
241. precaturi tum, ut Noster Cap. XIII, velamine abscondebant caput,
144. si cultum Saturni, Opis & Herculis excipias, unde & pietas ipsa
145. obvelato vultu picta fuit. Hinc Cap. XIV purpurea atque candida veste indutos Deos adire veteres confueville, prolixè probat, quod color imprimis albus lætitiæ maxime convenire crederetur, faustus quippe ac felix & Diis immortalibus in primis gratus.
150. Cap. XV præceptum Pythagoræ: *Nudis pedibus rem divinam facito, & adorato*, quod Jamblichus in ejus Vita cap. 23 refert, illustrare conatur, ejusque observati vestigia apud Hebræos reperiri arbitratur, Nudi-pedalia tamen proprium Judæorum festum fuisse, contra Leonem, Juvenalem, Dempsterum & Braunium negat, etsi discalceatos incessisse in magno expiationis die facile largiatur. Ceterum eundem morem hodie Turcas servare publice constat. Cap. XVI de superstitione veterum in adeundis templis agit. Alii nimirum id curabant, ut dextro pede Deorum templa ingrederentur, quia sinistro pede incedere sinistrum omen erat; alii oculos demittebant, adeuntes templa, in certissimum verecundiæ signum; alii manus fronti Genio conse-



consecrata imponebant, quia frontem pudoris templum crede-  
 bant; alii denique resolutis crinibus precabantur, iustus signum  
 edituri, teste Gregorio Turonensi L. 3 c. 29. Cap. XVII variam P. 175  
 Corporis inflexionem ex Scriptoribus probatissimis producit, &  
*Genusflexionem* quidem apud omnes Gentes usitatissimam sem- 180.  
 per fuisse asserit. Cap. XIX, cum erecti animi fortisque speci- 184 19  
 em præbere stantes crederent veteres, factum inde arbitratur, ut  
 plerique, Judæi imprimis & Christiani, erecto olim corpore in  
 communionibus sacris steterint. Sed Cap. XIX sedisse etiam vete-  
 res, ostendit, præsertim quicumque in funebri solennitate Sacris  
 operabantur. Qua occasione Pythagoræ præceptum de hoc ritu  
 affert; *Adoraturi sedenso*, & accurate cum Gyrardo exponit.  
 Cap. XX morem considerat ubique fere versus Solem orientem 195.  
 adorantium, & verosimile quidem putat ab antiquis Solis cultoribus,  
 Persis scilicet, hunc morem profuxisse, atq; ita antiquiorem  
 eum Christianismo contra Mercerum evincit, & rationem dupli-  
 cem addit, quare Christiani veteres ritum hunc secuti sint, partim  
 ut elevent mentem ad Creatorem Lucis, teste August L. 2 de Orat. 200.  
 partim ut quædam Scripturæ S. loca de Messia prolata, v. g. Mal.  
 IV, 2, Luc. I, 78, hac observatione exprimerent. Cap. XXI. Quia, 208.  
 docente Quintiliano, sine manibus trunca est oratio, hinc  
 etiam manus in adoratione maxime requirebant, iisque tanta  
 vis inerat apud Gentiles, ut ipsam per junctas manus adoratio-  
 nem significarent. Dextra imprimis fidei signum erat & a Persis 210.  
 quidem sanctissimum fidei pignus censebatur. Cap. XXII. Deinde 212.  
 hoc quoque requirebatur, monente Autore, ut aram apprehen-  
 derent, qui Deos precabantur. Cumque in jurejurando Deos 214.  
 testes invocarent, altaria quoque tangebant non Christiani tan-  
 tum in Eccl. Romana, sed ipsi quoque Græcorum veteres. In 215.  
 templi vero ædisque consecratione postem amplectebantur, num- 216.  
 men implorantes, qui templum ædesque dedicaturi erant. Sup- 218.  
 plices quoque apud Græcos palmites manibus plerique gestabant  
 ut benevolentiam Numinis, cui supplicabant, sibi conciliarent.  
 Cap. XXIII. Precibus addere lacrymas solebant veteres, hinc ad 221.  
 aram Misericordiæ solis lacrymis litabant, docente Statio Theb. L.  
 12, quæ lacrymæ copiosius profluentes rivo pasum, flumini, ni- 226. 27.  
 vibus-

- vibusque solutis comparantur. Cap. XXIV refert Auctor, quod inter publicas preces corpus circumegerint veteres, quod vel ex Pythagoræ symbolo pateat: προσκυνῆ περιφερόμενος, quod cum hac Judæorum hypothesi convenit: scilicet circuitionem ad dextram fieri debere in Sacris. Inde autem ortum esse ritum hunc putat, quod Persæ juxta Plutarchum crederent coeli circulum Deum, quia in se omnia complectitur, unde etiam Hermes Deum dixit circulum, cujus punctum ubique, circumferentia nusquam. Cap. XXV de osculo religioso agit, quod non minimum venerationis genus existimabant Gentiles. Dabatur vero illud vel ad *os* p. 231, vel ad *manus* p. 223, vel ad *pedes* p. 235, vel ad *genu* p. 236. Interdum *Postibus* oscula figebantur p. 237. Ingressi aliquam regionem vel in patriam reversi *terram* veluti matrem charissimam osculabantur. Hinc sapius in Hebræorum phrasi deosculatio idem est ac adoratio. Cap. XXVI de instrumentis Musicis, quæ ad Sacrificia adhibebantur, agit, eaque in Sacris introducta putat propter falsam Gentilium opinionem, quod hisce iratos Deos suos possent placare. Hinc nulla fere olim apud Græcos iuxta & Barbaros Deorum Sacra sine Musica celebrata fuisse, præclare ex Strabonis L. X<sup>o</sup> p. 467 probat. Imo apud Plut. in L. de Anima legimus antiquos Theologos seu Philosophos instrumenta musica in Deorum manibus reposuisse; quia nullum Deo opus convenientius judicabant, quam Harmoniam & Symphoniam. Judæi & Christiani veteres ad inflammandos pietate atque devotione animos in vero Dei cultu Musicam retinebant, Paral. XIII, 8 & V. Hunc ritum medii ævi Ecclesia Christiana sequebatur, & hodierna tenet. Cap. XXVII de religiosa Saltatione agit. Ut de Saliis, Martis Sacerdotibus nihil dicamus, tanti certe momenti saltationem habitam fuisse veteribus, Noster ostendit, ut non veriti sint Deos ipsos saltatores facere. Tandem Cap. XXVIII ad Coronarum usum in cultu divino transit Cl. Auctor, probatque Deos olim coronis, sertis, floribus ornatos fuisse, aliaque non injucunda addit.

HENRI-

**HENRICI NEWTON, SIVE, DE NOVA VIL-  
la, Societatis Regiæ Londini, Arcadia Romana, Academia  
Florentina, & ejus, quæ vulgo vocatur della Crusca, So-  
cii, Epistolæ, Orationes & Carmina.**

Luca, typis Dominici Ciuffetti, 1710, 4.

Alph. 2.

**P**Ræclarum inter eruditos nomen jam pridem consecutus est  
illustrius Newtonus, Serenissimæ Britanniarum Regiæ ad Ma-  
gnam Hetruriæ Ducem Legatus, cujus summam ingenii felicita-  
tem cum insigni prudentia conjunctam cum omnes admirantur,  
tum Itali præcipue singulari numo celebrarunt, huic volumini præ-  
fixo. Conspiciendam is ex una parte præbet laudati Viri imaginem,  
ex altera vero Palladis, quæ ingenii, & alius foeminæ, quæ prudenti-  
tæ speciem præ se fert, una cum adjectis verbis: ALTERIUS AL-  
TERA POSCIT OPEM. Quæ vero hac in parte excogitavit  
artifex, ea Josephus Averanius sequenti disticho inclusit:

*Alterâ poscit opem alterius, conjungit usramque  
Ingenio Newton consilioque potens.*

Iidem Itali volumen hoc Epistolarum viri summi procurarunt,  
in quibus nativam Romani sermonis indolem; variamque simul  
eruditionem deprehendes. Nos pro more nostro specimina quæ-  
dam proferemus. Præcipue offendimus illum magnopere com-  
moda eruditorum curasse, & quæ in Italia reperiri poterant, sub-  
sidia litteraria ipsis pro viribus subministrasse. Exemplo est ce-  
leb. Clericus, qui, ut notum est, editionem Anthologiæ huc usque  
meditatur. Ejus rei causa illustrem Newtonum adiit, qui dici non  
potest, quanto studio rem suam egerit, omniaque conquiverit,  
quæ ad persuadendos eruditos, ut Clerico gratificarentur, aliquid  
facere videbantur. Epist. 7 ad Benedictum Averanum, Profes- p. 24.  
sorem Eloquentiæ Pisanum scripta id agit, ut primo quidem se fi-  
dem interposuisse dicat, quæ apud orbem eruditum liberanda sit:  
demum vero magnæ Averanio gloriæ cessurum profitetur, si no-  
men ipsius cum Obsopceo, Stephano, Huetio, Clerico, & ipso deni-  
que Grotio conjunctum legatur. Idem agit epist. 9 ad Salvinum

L 3

data,

27.

- data, in qua inter alia hæc addit: *Me, & meministi, olim sponsorem dedi, te fines Imperii literarum hac in parte promoturum; cave, precor, ne vir bonus adhuc, mala læsaque fidei posthac infirmuler.* Tum operis præstantiam celebrat, quippe in quo *totam hominum, & rerum, artiumque quasi historiam a Platone, & supra, usque ad Justinianum per mille annos, & ultra, hoc est, quasi ab initio literarum ad finem usque, ea Mundi ætate, qua maxime valuerunt artes & ingenia, contineantur.* Ipso vero Clerico epist. 20 nuntiat, se Salvini emendationes & correctiones in primum Anthologiæ librum, item in epigrammata quædam inedita, & ab Holstenio in Stephanum laudata, Amstelodamum transmisisse. Laudes porro ejusdem Salvini addit, quippe qui non inter Criticos solum, sed & inter Poetas recensendus, & antiquis jure suo æquiparandus veniat. Narrat præterea, se Francisci Mariæ Duccii, Laurentianæ Bibliothecæ Ex-Præfecti literas misisse, cum aliquot versibus Orosiani Codicis ad formam MS. Laurentiani delineatis. Nam, ut ex aliquo Bibliothecæ Selectæ loco constat, idem Clericus editionem Pauli Orosii parat, ejusque rei causa Newtonus noster ad jam laudatum Duccium dederat litteras. Amplissimo Cuperio epist. 33 narrat, Fittonum Florentiæ confecisse Catalogum numismatum, quæ in Serenissimi Hetrurix Ducis cimeliarchio adservantur. Quum vero is Latini sermonis quam Græci peritior sit, aliam eumque longe pleniorum a Sebastiano Bianchio, rei antiquariæ peritissimo, elaborari docet, publico etiam, ubi absolutus est, exhibendum. Ex eadem epistola cognoscimus, Cuperum in illustrando clypeo Woodwardiano (cujus nuper Expositionem Dodwellianam in Actis 1715 M. Jan. p. 13 dedimus) versari, quem orbi erudito jam exhibuerunt Sponius in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis, & nuper doctiss. Hearne in editione Livii Oxoniensi. Epist. 39 ad anonymum quendam data est, in qua statuit, Elegiam Maronis quartam minus commode vel de Pollione, vel Pollionis filio, vel ipso etiam Augusto explicari posse, multo rectius autem de Christo Servatore nostro. Nam ad Sibyllam provocat Virgilius, quæ, perinde ac alii quondam inter gentiles, clare admodum de Servatore nostro ediderunt vaticinia, qui eo, hoc est, Augusti tempore nasciturus erat. Tum verba ipsius optime cum
- Esaia

Esaia propheta conveniunt, qui eodem, quo Virgilius, modo Messianorum temporum felicitatem descripsit. Denique Virgilius puerulum suum infelicem aliquando futurum canit, spernendum, & ab omnibus, Deo quoque ipso, rejiciendum, quæ omnia in Christum quam optime quadrare sibi persuadet. Epist. 53. Cuperò jam laudato eam partem annotationum Christophori Waffii in Gratii Cynegeticon transmittit, quæ de Formidine ac Venatu Siciliensi agit. Editæ sunt illæ Anglica lingua, earumque Auctor, quippe Newtoni quondam Præceptor, propter insignem in arte critica & omnis generis litteratura peritiam commendatur. De eodem agitur epist. 69, ubi labores ejus in Terentium memorantur, quem ille cum plurimis manuscriptis diligenter contulerat, & plenioribus commentariis illustraverat. Sed nescio quò casu opus illud intercidit, ne vestigio quidem inter ejus schedas relicto. De ejusdem fortuna monetur, quod meliore quidem dignissimus, nec tamen omnino infima fuerit usus, quippe cujus manus cura Architypographi celeberrimæ Academiæ Oxoniensis dignitate conjunctum erat, quo ante ipsum gavissus erat V. C. Samuel Clericus. Ad Jo. Clericum porro epist. 64. prolixus est, in describenda illius instituti utilitate, quo Henr. Brenkmannus Florentinas Pandectas de novo contulit atque exinde ingens Romano juri lumen accendere instituit.

P. 148.

280.

168.

Orationes hic apparent non nisi duæ, quarum prior ad Magnum Hetruriæ Ducem die ejus natali A. 1705, altera ad eundem, quem eodem anno ex Ambrogiano secessu rediret, habita est: his adduntur libelli duo supplices eidem oblati. Carmina partim ab ipso Newtono de variis materiis sunt confecta: partim ab Italis in ipsius honorem elaborata, in quibus ille magnis, ut par est, laudibus extollitur.

**DOCTORIS THEOLOGI EPISTOLICA DISQVÆ-  
SITIO DE LICITO CONCUBINATU.**

Froystadii, apud G. Gatsroy, 1714, 4.

Pl. 13.

**J**etus celeberrimus, Christianus Thomæus, edidit anno superiori dissertationem publicam de concubinato, in qua hunc neque

que stuprum censendum neque jure naturali aut Sacris Literis prohibutum esse existimat. Dissertationi huic multi, inprimis Theologici ordinis, se opposuerunt, eamque refutarunt. Inter scripta hac de re edita non postremum locum meretur epistola, quam hic recensemus. Principio Autor ab usum juris naturalis perstringit, ostenditque, quanta sit debilitas luminis naturalis, & quæ in moralibus incertitudo regnet, si a verbo Dei recedamus. Laudat tempora acta, & deplorat novissima, in quæ a triginta circiter annis incidimus, optans, ut superiores licentiæ novaturientium præfens remedium afferant. Quod ad controversiam ipsam attinet, sedulo inprimis inculcat axioma illud, in omni quæstione Theologica de matrimonio semper esse respiciendum ad primævam Dei institutionem factam in Paradiso. Cetera esse aut nugæ aut incertissima. Neque missa authentica legis expositione Theologum a neotericis cogi posse, ut cum illis descendat in arenam juris naturalis. Si quis igitur phaleratis dictis aut ex pharetra Naturalistarum depromptis sagittis venenatis impetierit veteranum Theologum, huic sufficere unum illud dictum Servatoris, quo evincat, non fuisse sic sub statu integritatis, nec sub veteri nec sub novo testamento sic esse debuisse. Urget deinde verba Scripturæ: *erunt bi duo una caro*, asseritque, polygamum (multa enim de polygamia inspergit) cum pluribus uxoribus non posse esse unam carnem, sed esse divisam cum pluribus. Et concubinarium æque ac scortatorem, quamvis cum muliere coeunte una caro fieri velit, revera tamen unam carnem non esse, quamdiu animus deserendi penes ipsum residet. 1 Cor. VI, 16. Præcipuum vero argumentum hoc est, quod Christus atque Apostoli divortium improbant & repudiatam ducere vetantes necessario quoque concubinatum, quatenus hujus solubilis est copula, improbarint. Ad casum celebrem, quo Philippo Magnanimo Landgravio Hassiæ Lutheri & Melanchthonis suffragio bigamia fuit permessa, respondet Noster, esse id exemplum anomalum ex quo non formanda sit regula, suffragium quoque illud fortassis esse supposititium. Debuisse Principem hoc casu jejunio, precibus & continentiæ litare: at quod maluerit incontinentiam fovere & hanc plenis cyathis in concubinam effundere, eam vero esse petulantiam minime probandam neque

que regulariter indulgentiam. Sunt & alia complura, quibus Theologus noster sententiam suam confirmat & adversam confutat: sed ea fere omnia jam constant ex libris aliorum, qui de eodem argumento scripserunt.

**HENRICI MEIBOMII CHRONICON BERGENSE, ad Reverendiss. Abbatis Simonis Friderici Wolffhardti Abbatiam continuatum a SIMONE FRIDERICO HAHNIO, J. U. C.**

Francos. ad Mœnum, apud Christianum Genschium, 1708, f. Alph. 1 pl. 6.

**C**Hronicon hoc cœnobii Bergensis, inde a medio Seculo IX usque ad initium Seculi XVII, ab Henrico Meibomio avo conscriptum, & ab ejusdem Nepote ulterius productum, hic ad annum usque 1708 pertexit Clarissimus Hahnus. Nos ex *Abbatum*, quos Chronicon in univ. numerat LV, *Historia* pancissima memorabimus. Richarii ævo Otto II Imper. Archiepiscopum Magdeburg, anno 968 condidisse notatur. Hildeboldus in cœnobium introduxisse dicitur reformationem Cluniacensem, cui ultra LXX monasteriatum temporis se addixisse, Trithemius notat. Bodonis ætate maxima turbatus fuit status Reip. Magdeb. Sec. XIV, per Burchardum Antiantistitem. Tempore Henrici VI cœnobium propter obsessum Magdeburgum, ne damni aliquid urbi exinde eveniret, dirutum a civibus legitur. Maximam vero sibi cœnobioque comparavit famam P. Ulnerus. Is enim anno MDLXV cœnobium a Papalibus purgavit tenebris, scholam optime instituit, collegiumque bibliotheca ornavit Theologica. Concinnatores etiam F. C. A. MDLXXV, hospitio aliquoties exceptos, humanissime tractavit. Idem in *epitomen* redegit *Explicationem Evangeliorum Dominicorum Jo. Feri*, monachi Dominicani disertissimi, quæ Guelpherbiti primo, deinde Colonizæ prodit. A Gœbelio Hahnus incipit. Is Dresdensis fuit, atque præstantissimi

M morum

morum Theologorum, ut Wittebergæ Calovii; Lipsiæ Hulfemanni, Geieri, Kromaieri, Carpvovii, Sluteri, doctrina imbutus fuit, Abbatisque honorem consecutus est A. MDCLX. Inter præcipua, quæ cœnobio addidit ornamenta, elegantissima bibliotheca habetur, variis referta libris. Varia ab eo quoque confecta litterarum monumenta referuntur, sed quæ non facta sunt publici juris, ut *Methodologia homiletica, de pactis divinis universalibus & particularibus tractatus, Cornelii Becberi Psalterium ad leges metricas Germanicas conscriptum, de fide viva & non solitaria libellus*, postillis Kochii præfixus, quædam etiam e Chrysofomo excerpta, *Enucleatio item Catechismi B. Lutheri*, in gratiam juventutis cœnobiî composita. Excipit hunc Joh. Conr. Ladeyus. Hic, licet nulla post se reliquerit scripta, propter itinera tamen per totam facta Germaniam, atque ex hac in Galliam, Angliam, Italiam, Helvetiam, Bataviamque, maximam & eruditionis & prudentiæ consequutus est laudem. Huic successit Sim. Fr. Wolffhardtus, Abbatum quinquagesimus quintus. Is ab ipsa juventute forte usus pertenui, in summorum virorum, Calovii, Quenstedii, Jo. Meisneri, Deuttschmanni, Mich. Walteri, Schurtzfleischii porro, Dassovii aliorumque schola adolevit. Nec nullo in pretio sunt quæ edidit, *de scientia Dei circa futura conditionata, de minimo Reip. de jure rationis, de idea boni secundum Philosophiam præscam, de potestate sacerdotali in Ecclesia, de persuasione juris circa meum & tuum*. Sed laudes Viri accumulare noluit Cl. Autor, quod tum adhuc in vivis esset, cum hæc scriberet. Decesit vero anno 1709 die 13 Apr. & successorem habuit celeberrimum Halensium Theologum Joachimum Justum Breithaupt. Alteram quasi partem Chronici constituunt Acta F. C. quibus subjicitur demum oratio Halmii, de ortu, incrementis & fatibus Cœnobiî.

**DIPLOMA FUNDATIONIS BERGENSIS AD  
Abim Cœnobiî; recensuit & adnotationibus historicis,  
res ævi præsertim antiquioris complectentibus, illustravit  
SIMON**



**SIMON FRIDERICUS HAHNIUS, BERGENSIS**  
*Magdeb. Adjecta est ejusdem Præfatio de Artis*  
*Diplomaticæ instauratoribus.*

Magdeb. & Lipsiæ, apud Christoph. Seidelium, 1710, 4.

Plag. 9.

**I**dem Autor, qui Meibomii Chronicon Bergense continuatum edidit, post Torquatum, Meibomium, Leuberum & Sagittarium, sistit diploma Ottonis II, hoc loco minime præmittendum. Et primum quidem Præfationem quod concernit, in ea primos qui in arte diplomatica aliquid tentarunt nominat, Fr. Petrarham, Joh. Cuspinianum, & Laur. Vallam. Eos inter, qui plenius in eam incubuere, L. Allatium refert in Animadversionibus in Antiquit. Etrusc. Fragmenta; Leuberum in tractatu suo, quem vocat *gründlicher Discurs über einigen alten der Stadt Magdeburg gerühmten Privilegiis*, & in altero, quem *Disquisitionem de Stapula Saxonica* dicit; Daniele Heiderum in Deductione sua contra diploma Ludovicianum aliquod, quo Lindaviæ Cœnobium dominari urbi contendit; Conringium porro in peculiari diplomatis Ludoviciani Censura; Tentzelium, itemque & Thomam Weltzium, qui collatis symbolis Vindicias historicas pro dicta Conringii Censura contra Anonymi cujusdam Defensionem diplomatis Ludoviciani ediderunt, hac in materia maxime commendabiles. In eorum vero, qui ad summum fastigium artem excellentissimam evexerunt, numero jure meritoque præcellentes ingenio Viros habet, Daniele Papebrochium, & in primis Joannem Mabillonium, Mabillonio sese opposuit Bartholomæus Germonius, defendit Fontaninus, de qua disceptatione uberius in Suppl. Tom. IV Sect. VIII & passim diximus. Sequitur hinc ipsum diploma, quod Noster secundum scribendi morem, qui Seculo X obtinuit, examinat, cumque historicis confert Ottoni vicinis

*In nomine sanctæ & individue Trinitatis. Otto divina clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri, presentes scilicet ac futuri, qualiter nos ob amorem Dei omniumque sanctorum in loco Magdeburg nominato, Ecclesiam construere studuimus,*

M 2

Sancti

*Sancti Petri Principis Apostolorum, Sanctorumque martyrum, Mauriti, Innocentii, sociorumque eorum patrociniis interesse, illorumque obsequia, quantum suppetit humanitas, inibi ut agantur cupientes. Ad eosdem vero sanctos, & ad usum nutrimentumque congregationis; illic eis servientis, ob memoriam patris nostri, & pro remedio anima ipsius, venerandaque matris nostrae, nostrique & coniugis nostrae, omniumque debitorum nostrorum, nec non & Rudolphi Regis, qui nobis sanctum transmissit Innocentium, consilianibus nobis Episcopis, qui tunc in praesenti erant, Friderico videlicet & Adaldago, Archiepiscopis, Baldarico, Thietbaro, Ebergiso, Amabrico, Burchardo, Bernbaro & Amalungo Episcopis res nostra proprietatis, qua subnotantur, in proprium damus. In pago Northuringia in comitatu Thietmari in Magdeburg cartem nostram, cum adificio, & territorium illuc pertinens, cum omnibus locis, ex occidentali parte, Albia fluminis, ad eandem civitatem pertinentibus vel servientibus, cujuscunque sint beneficia, hoc est, Fridumarsleba, Prethalize, Buchavi, Frose, Rodardesdorp, Hartharesdorp, Thetmundesdorp, Ottersleba, Offerwartiga, Suldorp, Nucrowattiga, Istaresdorp, Dudalou, Watenesuneg, Mantesleba, Witerichsdorp, Unundiscunburg, Bizanici, Zieboldesdorp, Trumpfice, quatuor bobas in Valedorp, & quidquid ad praedictum locum pertinens habuimus, ex aquilonari parte, Horaba fluminis, in locis ita nominatis Mosau, Pelnuzi, Unzoborg, Welbachi, Zelici, & in comitatu Geronis in Bigera, tres familias lisonum, & in comitatu Christiani, in Grimeresleba, quindecim familias Slevorum, & omnis census, & venundationis, acquisitionisque decimam in Mofani, Ligrice & Heveldun praefata congregationi concedimus, & liceat, ut ligna & herba in usu sint, & porci saginentur; omnes praefatorum locorum familias, cum cunctis ad haec jure pertinentibus, mancipiis, adificiis, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, quaestis & inquirendis jure perenni in proprium damus. Et condonamus eidem congregationi, ut familia eorum coram nullo, nisi Advocato eorum justitiam secularem cogantur agere, & nulli nisi eidem congregationi serviat,*

serviat, & illa nisi Deo & sanctis ejus, nisi singulis annis, tantum Regi unum caballum, scutumque, lanceas, vel duas cruasinas dent, ut sciant in mundiburdio Regis se esse; Electionem ejus concessimus Abbatem inter se eligendi, & Advocatum, quemcunque velint, Abbatem tamen dignum. Et ut hac nostra traditionis auctoritas plena vigeat firmitate, jussimus hoc praeceptum conscribi, per quod sancimus, ut nullus successorum, vel heredum, temere illud praesumat infringere. Et si ullus homo in eisdem rebus aliquid injuria facere praesumpserit, summa judicis vindicta subiaceat, iramque praenominatorum martyrum incurrat. Et ut hoc a fidelibus nostris verius credatur, manu nostra subitus illud firmavimus, & annulo nostro signari praecipimus. Data XI. Kal. Octobris Anno Dominicae incarnationis 937 Indiæ. XI. Anno vero Ottonis piissimi Regis secundo. Actum in Magdeburgh civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Signum Domini  
simi



Ottonis invictis-  
Regis.


Poppo Cancellarius ad vicem  
Friderici Archi-Capellani recognovi.

Nos ante omnia criteria genuini diplomatæ observaturi, eorum praesertimprehendimus in hoc tria. Primum in verbis: *In nomine sanctæ & individuae Trinitatis*, quam communem atque solemnem fuisse formulam, dicit, qua privilegia sua pro more antiquiorum Germ. Regum ac Imperatorum Otto condecorasse Nostro dicitur. Neque extare credit alias sinceræ Ottonis tabulas, quæ præfixam eam non habeant, exceptis ingrossaturis, ut ajunt, & diplomatibus ab Ottonis diplomatum collectoribus in compendium redactis. *Otto*. Hic præter historiam, quam passim admiscet, alterum criterion contra falsarios diplomatum Imp. hujus observat, qui *Nos Otto*, suis plerumque affingant, scribendi genere eo tempore minime usitato. *Divina clementia*. Jam ter-

Sancti Petri Principis Apostolorum, Sanctorumque martyrum, Mauriti, Innocentii, sociorumque eorum patrocinii interesse, illorumque obsequia, quantum suppetit humanitas, inibi ut agantur cupientes. Ad eosdem vero sanctos, & ad usum nutrimentumque congregationis; illic eis servientis, ob memoriam patris nostri, & pro remedio anima ipsius, venerandaque matris nostre, nostrique & coniugis nostre, omniumque debitorum nostrorum, nec non & Rudolphi Regis, qui nobis sanctum transmisit Innocentium, consiliantibus nobis Episcopis, qui tunc in presenti erant, Friderico videlicet & Adalago, Archiepiscopis, Baldarico, Thiethardo, Ebergiso, Amatrigo, Burchardo, Bernbaro & Amalungo Episcopis res nostre proprietatis, qua subnotantur, in proprium damus. In pago Northuringia in comitatu Thietmari in Magdeburg curtem nostram, cum adificio, & territorium illuc pertinens, cum omnibus locis, ex occidentali parte, Albiae fluminis, ad eandem civitatem pertinentibus vel servientibus, cujuscunque sint beneficia, hoc est, Fridamarsleba, Prezalize, Buchavi, Frose, Rodarodesdorp, Hartharesdorp, Thetmandesdorp, Ortersleba, Osterwartiga, Suldorp, Nucrowastinga, Estaresdorp, Dudalou, Watenesuneg, Mantlesleba, Wiserichsdorp, Unundiscunburg, Bizunici, Zieboltesdorp, Trumpfice, quatuor hobas in Valedorp, & quidquid ad predictum locum pertinens habuimus, ex aquilonari parte, Horaba fluminis, in locis ista nominatis Mosau, Pelnuzi, Unzoborg, Welbuchi, Zelici, & in comitatu Geronis in Bigera, tres familias lisorum, & in comitatu Christiani, in Grimeresleba, quindecim familias Slavorum, & omnis census, & venundationis, acquisitionisque decimam in Mofsani, Ligrice & Heveldun prefata congregationi concedimus, & liceat, ut ligna & herba in usu sint, & porci saginentur; omnes prefatorum locorum familias, cum cunctis ad hac jure pertinentibus, mancipiis, adificiis, agris, pratis, pascuis, sylvis, aquis, ugarumque decursibus, molendinis, piscationibus, exitibus & redditibus, quasitis & inquirendis jure gerenni in proprium damus. Et condonamus eidem congregationi, ut familia eorum coram nullo, nisi Advocato eorum justitiam secularem cogantur agere, & nulli nisi eidem congregationi serviat,

*serviat, & illa nisi Deo & sanctis ejus, nisi singulis annis, tantum Regi unum caballum, scutumque, lanceas, vel duas cruifinas dent, ut sciant in mundiburdio Regis se esse; Electionem ejus concessimus Abbatem inter se eligendi, & Advocatum, quemcunque velint, Abbatem tamen dignum. Et ut hac nostra traditionis auctoritas plena vigeat firmitate, jussimus hoc praeceptum conscribi, per quod sancimus, ut nullus successorum, vel heredum, temere illud praesumat infringere. Et si ullus homo in eisdem rebus aliquid injuria facere praesumpserit, summa judicis vindicta subjaceat, iramque prae nominatorum martyrum incurrat. Et ut hoc a fidelibus nostris verius credatur, manu nostra subitus illud firmavimus, & annulo nostro signari praecipimus. Data XI. Kal. Octobris Anno Dominicae incarnationis 937 Indiæ. XI. Anno vero Ottonis piissimi Regis secundo. Actum in Magdeburgh civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

*Signum Domini  
simi*



*Ottonis invictis  
Regis.*

*Poppo Cancellarius ad vicem  
Friderici Archiepiscopi Capellani recognovit.*

Nos ante omnia criteria genuini diplomatis observaturi, eorum praesertimprehendimus in hoc tria. Primum in verbis: *In nomine sanctae & individuae Trinitatis*, quam communem atque solemnem fuisse formulam, dicit, qua privilegia sua pro more antiquiorum Germ. Regum ac Imperatorum Otto condecorasse Nostro dicitur. Neque extare credit alias sinceræ Ottonis tabulas, quæ præfixam eam non habeant, exceptis ingrossaturis, ut ajunt, & diplomatibus ab Ottonis diplomatum collectoribus in compendium redactis. *Otto*. Hic præter historiam, quam passim admiscet, alterum criterion contra falsarios diplomatum Imp. hujus observat, qui *Nos Otto*, suis plerumque affingant, scribendi genere eo tempore minime usitato. *Divina clemencia*. Jam ter-

10.

12.

- tium damus, sic enim pleraque Imp. præ se ferre documenta docet. *Omniumque sanctorum.* Hic Autor tenebras sec. Ottoniani depingit, Sanctos scilicet & eorum reliquias tanti olim miseros fecisse homines, ut earum & possessione summi Principes, & invocatione cives, solos se cœlestium bonorum fieri posse participes existimarent. *Pro remedio animæ.* Quam formulam jam ante Dagoberti I tempora obtinuisse, præter celeb. Fontaninum, ex aliis imprimis monumentorum collectoribus, Pistorio, Goldasto &
19. 24. 26. 31. 33. 43. 48. 51.
- Leibnitzio probat. *Patris nostri venerandaque matris nostræ.* Hic Noster non nisi animi characteres parentum Imp. exponit. *Es conjugis nostræ.* Hanc Editham, Eduardi sive potius Ethmundi, Regis Anglorum, fuisse filiam dicit, cui multum imprimis Magdeburgum & cœnobium debeant. *Cujus & prædictus locus dos fuit.* Explicat hac occasione, & prolixius quidem, locum Taciti de M. G. dotem scilicet non uxorem marito, sed maritum uxori attulisse, quidque discriminis fuerit olim inter Morgengabam, dotem, & Faderium, ostendit. *Friderico videlicet:* per quem Moguntinensium istum Archi-præsulem innuit, perfidum hominem, & qui plures turbas isto tempore excitaverit. *Coram nullo nisi Advocato.* Hos Mundiburdos etiam, nonnunquam Vice-dominos, Protectores, Rectores, Defensores, sæpissime Advocatos nominatos observat; quorum inter officia refert, ut concredita ipsis claustra defenderent. Hujus vero cœnobii quis eodem tempore fuerit Advocatus, non constare quidem, Ducibus tamen Brunsvic. Sec. XVI curam ipsius commissam fuisse ab Imp. docet. *Et illa nemini,* &c. *Regis se esse.* Duplicis hic generis in Imperio olim cœnobia fuisse probat; immediate alia Imperio, alia mediantibus Ducibus, sive Comitibus, paruisse. Illa iterum fuisse duplicia: alia summo tantum Episcopo in rebus ecclesiasticis, nullo mediante Episcopo alio, paruisse: alia, Episcopo quidem, vel Archiepiscopo, in secularibus autem nulli, vel Duci, vel Comiti, vel judiciariæ potestati, solo Cæs. excepto. Ejusmodi ergo cœnobia in Regis mundiburdio sita vult dici, quod fuerint *Kaysersliche freye Stifter.* Quo loco vocem etiam Mundiburdi ex *Mund & Bürde* exponit: *Weil ein solcher Tutor und Protector die Mühe und Bürde hatte / vor seine Pupillen zu reden*

Den

den und gleichsam desselben Mund zu seyn. Hinc monasteriū ejusmodi criteria dat duo : dona offerenda Imp. quotannis, & liberam electionem, & reliqua. *Anno Dom. incarn. DCCCXXXVII.* Circa hæc diversas scriptorum, qui de anno foundationis Cœnobii haud consentire videntur, sententias conciliat. *In civit. Magd.* quam sub hoc Imp. imprimis claruisse probat.

**JOACHIMI MEIERI DE BOIORUM MIGRATIONIBUS & ORIGINE, nec non de claris Böhmeris, Dissertationes Epistolica bina.**

Göttingæ, sumtibus Jo. Christoph. Königii, 1709, 4.  
Plag. 14.

**U**Traque dissertatio, quam Meierus exhibet, de migrationibus & de origine Boiorum, in gratiam viri celeberr. Phil. Ludov. Böhmeri, Superintendentis apud Gottingenses Generalis, exarata videtur : qua de munere scilicet ipsi, deque migratione sua ad Gottingenses gratulatur. Böhmeros enim cum ex Boiis exortos credat, per breves easque elegantes de Boiis dissertationes præmittit. In alterius vero quasi præfamine de modernorum Bohemorum, quos ipso Czecho ductore ex Dalmatia saltus Hercyniæ aggressos primum, Bohemiam tandem occupasse dicit origine, deque præcipuis rerum Bohemicarum scriptoribus agit. In ipsa dissertatione de Boiorum tradit origine. Boios scilicet Galliarum Celtiæ fuisse gentes, appellatosque a Boio, gentis quodam vel Duce, vel Rege. Eos vero in Bohemiam tandem duxisse Sigovesium. Cui alios ex clarissimis scriptoribus, Polybio, Livio, Cæsare & Cluvero, reges Ducesque adjungit. His gentis addit migrationes, quarum numerat VI. Primam suscepisse Sigovesium ait ex Gallia in Germaniæ saltus Hercyniæ : alteram in Norici & Vindeliciæ partes : tertiam factam in Italiam fuisse, e qua etiam agrum Boicum derivat : quartam vult eam, qua post expulsionem ex Italia, in Illyricum Pannoniamque concessere : quintam, qua Asiam, Gallatiamque cum Gallis atque Germanis fuerunt aggressi : sextam, qua Vindeliciam sibi subjecere. Varias tandem urbes, atque loca subnectit, quæ Boiis suas deberent appellationes, in Italia,

lia, Gallia atque Vindelicia. Et hæc de migrationibus gentis Boiorum in prima parte dissertationis. Quam in parte altera clarorum Böhmerorum catalogus sequitur. Dissertatione secunda primum de fabulosa Boiorum, quam quidam afferunt, origine tractat, deinde de iis, qui secundum Boios dicti fuere Boii vel Boionii, tum pauca de eorum cultu, tandem de fabulosis etiam fictisque gentis migrationibus. Ultimo loco insignia Boiorum explicat. His clar. Böhmerorum auctiorem addit catalogum, cui nonnulla de comitibus Böhmeneburgensibus in Saxonia, deque Ephoris generalibus Ducatus Calenbergæ, & Wunstorpiensibus inserit.

*FLAVII JUNII, ANDRIENSIS, CENTUM VENERES,  
sive Lepores, ad Illustr. D. Franc. Tufum, Marii filium, per MICHAELEM RICHEUM,*

Hamburgi, apud viduam Benj. Schilleri, 1714, 8.

Plag. 4.

**C**L. Richeus, in Historia literaria literisque ad humanitatem spectantibus versatissimus, hæc Epigrammata in Germania curavit divulganda, dedicavitque Viro Consultissimo, Joan. Scultop, affini suo conjunctissimo, quippe cujus beneficio ex quadam Etruriæ Bibliotheca se accepisse, lubens meritoque fatetur. Flavium Junium vero, natione Italum, & arte salutari, & oratoria, & poesi, quam maxime floruisse, inter omnes constat. Hæc Epigrammata primum Florentiæ A. 1603. in forma quarta, deinde Fogiæ, prelo Laurent. Valerii cura laboreque Car. Ciccarelli, artis medicæ Doctoris, A. 1645 in forma octava prodierunt. Videntur vero & ipsi Ranutio Chero, vel qui sub hoc nomine latet, Jano Grutero, Directori quondam Bibliothecæ Palatinæ celeberrimo, & antiquitatum peritissimo, hæc Veneres nunquam visæ, alias principem locum suis in Delitiis obtinuissent. Certe ingenii acumine plenæ, perfectum epigrammatis exemplum sistere, seque ob suavitatem pariter & puritatem videntur commendare. Accedit ingeniosa inventio & nervosa rerum adductarum, vivisque coloribus depictarum, expressio, quæ unicuique legenti non possunt non arridere.





# ACTORUM ERUDITORUM,

*Que Lipsia publicantur,*  
SUPPLEMENTA,

Tom. VI Sect. III.

JOACHIMI LANGII, S. THEOL. IN REGIA  
Fridericana Prof. Ord. Exegetis Epistolarum S. Johannis,  
qua supervacuis amissis, præter ostensam singulorum mem-  
brorum συντάξιν & ἀνάλωσιν, cujuslibet loci vocisque ac lo-  
cutionis genuinus sensus, nec non emphasis ac Parallelismus  
secundum fontem Græcum solide ac perspicue eruuntur ac  
proponuntur, omniaque ad Christianismi Praxim, cum ube-  
riori sapientiæ ac prudentiæ studio conjungendam, sin-  
cere applicantur; cum indice rerum ac ver-  
borum emphasiologico.

Halsæ Saxonum, literis & impensis Orphanotrophi, 1753, 4

Alph. 5.

**S**millimus hic Summe Rev. Autoris factus est illi, cujus  
in his Actis A. M DCC XII M. Septembri p. 391 seqq.  
mentionem fecimus, qui (ut id obiter moneamus,)  
non duo, quod typographi errore positum, sed quatuor  
complet alphabeta. Nam, ut cetera, quæ tum prolixius com-  
mendavimus, prætermittamus, singularum Epistolarum  
Analysis generalis, unde in prima singulorum capitum, in *hinc*  
*posterioribus* conmatum quorumlibet analysis petenda, & hic  
præmittitur. Deinde post appositam certam Græci sermonis  
particulam, juculenta versione redditam, 1) singulorum mem-  
brorum connexio demonstratur, 2) ἀνάλωσις, unumquodque  
textus membrum in minora distinctum succincta tabella exhi-  
bens,

bens, additur: hanc 3) Exegeseos, philologiam ac parallelismum accuratum complexa, tum singularium vocum *deivocum* tum verborum ac rerum divinitus conspirantem harmoniam & sacra, imprimis in exegeseos studio utilissimam, Synonymiam observationem declarans, excipit: 4) Porismata ad genuini Christianismi Praxin tendentia numero ordine sequuntur. Secundæ ac tertiz Epistolæ *ἀναλυσις* partium numero ac ordine epistolis recepto traditur; in prima res paulo impeditior Autori videtur. Ordinem enim hujus epistolæ nec nullum omnino agnoscit, nec talem, qui accuratorem Analysin admittat, quique in plerisque reliquorum Apostolorum Epistolis inveniatur. Quare uti hanc Epistolam nequaquam arguit confusionis; sic nec connexionis rationem in ea semper secundum vulgares regulas requirendam esse existimat; quippe quæ necessaria quidem fuerit in aphoristico tractandi genere, utpote in quo sufficiat singula, saltem plurima, latentiore nexu, qui in ipsarum rerum cognatione est, coherere, sive ad didascaliam sive ad prædicationem pertineant, aut hæc illi mista fuerit. *Duodecim* igitur aphorismos Autor ponit, ad eosque reliqua omnia primæ hujus Epistolæ refert: quos, quia rerum summam continent, paucis hic excerptos legere operæ pretium fuerit. *Primus* igitur de Christi persona istis verbis exprimitur: Salvator noster est *θεῶν υἱὸς* & verus Deus & verus homo, de quo prioribus 4 capitibus primi commatibus. *Secundus*, de natura Dei per Christum patefacta: Deus est inera lux per Christum *θεῶν υἱὸν* mundo in tenebris posito ad communionem sui illucescens c. I v. 5 ad 9. *Tertius*, de officio Christi sacerdotali: Christus est paracletus & propitiatio pro peccatis totius mundi c. II a v. 1 ad 6. *Quartus*, de Johannez doctrinæ qualitate: doctrina Johannis diverso respectu vetus est & nova, a v. 7 ad 16. *Quintus*, de doctrinæ Apostolicæ corruptoribus Anti-Christis: Ultima hac mundi hora multi jam Anti-Christi orti sunt, a v. 18 ad 29. *Sextus*, de filiorum Dei dignitate: Summa est filiorum Dei seu sincerorum Christianorum dignitas in regno gratiæ atque gloriæ; de quo tractatur c. III a v. 11 ad 24. *Septimus*, de probatione Spirituum: Spiritus sine credulitate probandi sunt c. IV a v. 1 ad 6

ad 4. *Octavus*, de dilectione fratrum: Inter Christianos vigere debet *Φιλὰδελφία*, 2 v. 7. ad 21. *Nonus*, de regeneratione & ejus criteriis: Regeniti diversis agnoscuntur criteriis c. V. a v. 1 ad 6. *Decimus*, de testibus in cœlis & terra: Sunt tres testes in terris tres in cœlo a v. 6. ad 13. *Undecimus*, de parrhesia in precibus: Christianorum parrhesia erga Deum se in precibus exierit v. 14. ad 16. *Duodecimus*, de beneficio regenerationis: Regenerationis beneficium memori mente servandum est cum fuga peccatorum diaboli & mundi, v. 2 ad 21. Ad hos XII aphorismos omnia primæ Johannis epistolæ momenta refert: de quibus nunc pauca delibabimus. In limine quidem ipso primoque primi capituli commate dogma *περὶ λόγου ὑποστάσεως* pleniore deductione pertractatum, indeque eruta porisinata 41 ad rem ipsam textusque viscera pertinentia non sine tanti admiratione mysterii videas. Exhibetur ibi mysterii hujus *ἀνεξήγητόν τε καὶ ἀνεξίχνιάζον* fundamentum quoddam in anima nostra analogicum: multaque e sacris literis ad illam adumbrationem declarandam momenta afferuntur, ita tamen ut, quia cum infinito hic finitum comparatur, æternum cum eo quod in tempore cœpit, defectus simul aliquot insignes recenseantur in illa comparatione occurrentes, ideoque quam caute in hujus mysterii adumbratione versandum sit, lectores moneantur. Origo compellationis *τῷ λόγῳ* biblica e creationis historia atque imprimis e sæpius ibi repetito *ἮΝ ἦ* deducitur, accurataque demonstrationis serie argumento a priori ac posteriori luculenter prorsus confirmatur Synonymia denique sacra vocis *λόγος* in compellatione *ὁὖτος τῷ Θεῷ* non solum ratione essentia, sed etiam ratione characteris hypostatici, qui in æterna Patris generatione æternaque Filii nativitate consistit, latens explanatur, simulque quomodo e voce *λόγος* Spiritus S. atque Patris in SS. Trinitate natura involvatur, illaque cognita & imagine animæ nostræ aliquo modo declarata, hujus etiam distinctiori cognitioni lux aliqua accedat, cum Socinianis tamen non ultra fines debitos extendenda & extollenda, ostenditur, totque luculentis porisimatibus ad varios usus salutariter applicatur. Sic c. II v. 3 emphasis *Φράσεων* Johannearum: *γινώσκον τὸν Χριστὸν & τηροῦν*

*τὰς ἐπιτολάς αὐτῶν* data opera expenditur, omnisque ambitus & gravissima earum significatio pluribus exponitur. Generatim quidem de verbo *γνώσκων* notatur: illud cum synonymis verbalibus & nominalibus suis non tantum de intellectu sed etiam de voluntate dici, ejusmodique intellectus habitum, qui omnino cum voluntatis habitu conjunctus sit, significare. Fundamentum hujus emphaseos tum e *subjecto* seu homine cognoscente, tum ex *objecto* seu rebus cognoscendis adstruitur: cum *ille* in & cum facultatibus suis ita se habeat, ut illas non possit solum, sed debeat etiam ac soleat simul exferere, *hæc* vero non unam aliquam facultatem, sed plures & conjunctim afficiant, & divina quidem imprimis objecta, quando homini proponuntur, ita in intellectu agant, ut simul & voluntatem moveant nec ordinarie in adultis voluntatem movere possint, nisi præeunte intellectus prædagogia & conjuncta ejusdem operatione: quæ conjunctio non in cognitionis modo initio, sed & in *ejus* progressu incrementoque perduret, adeo ut quemadmodum in naturalibus rebus percipiendis & v. g. cibo ac potu accurate cognoscendis, visus, odoratus & præcipuus qui in gustu & concoctione sensus est, necessario conjungi debet, ita res divinæ ad Christianismi interiora praxinque pertinentes, & in sacris sub tibi, potus ac alimentis spiritualis nomine commendatæ, omnino sub spirituales gustum seu experientiam cadant, soloque intellectu seorsim agente recte ac solide cognosci & dijudicari non possint. E perpetuo emphaseos hujus in voce *γνώσκων* (ubi scil. de genuina probandaque Christianis cognitione sermo fit) usu jam dudum axioma illud hermeneuticum omniumque exegetarum calculo comprobata, scil. *verba notitia, memoria ac sensuum in sacris in genuino sensu sumpta intelligenda esse cum affectu immo & cum effectu*, originem habuisse, inque hæc emphasi cum Græco codice egregie Hebræum convenire, aliquot exemplis declaratur, hancque regulam de emphasi verborum, videndi, cognoscendi & synonymorum in exegesi tantæ necessitatis, tantique præcipue in lectione Prophetarum usus esse, ut reliqua habilitas hermeneutica omnis sine ea quasi claudicat, observatur, eque N. etiam T. e Joh. III, ubi Christus *ἔργα*

*civ. videre regnum Dei*, quæ v. 3 occurrit, ipse v. 4 explicat per  
 vò ingredi regnum celorum, & contra de æterno exitio loquens  
 c. IIX v. 51, *Quidam videre mortem* v. 52 interpretatur per *gusta-*  
*re mortem*, illustratur. Si quis quærat, ecquid præter genera-  
 lem hanc verbi emphasin hoc præcipue loco speciatim illud sit,  
 quod præter intellectum in voluntate eo connotetur? respon-  
 det Autor, esse *fidem*, atque ita *Christum cognoscere, esse in Chri-*  
*stum credere*, Christum fide suam facere sibi que applicare, idque  
 cum e contextu tum e parallelismo biblico & re ipsa ac librorum  
 nostrorum symbolicorum testimonio p. 68 confirmat. Pari  
 ratione *Quidam* Johanni usitatissima *ταῖς ἐπιτολαῖς τῆ χριστῆ τη-*  
*γαῖν* p. 137 seqq. explicatur: ubi quidem per *præcepta Christi*  
 intelligi ait & conciones Christi publicas, admonitiones priva-  
 tas officiorum Christianismi singulorum complexum in amore  
 erga Deum & homines situm & cum nostri abnegatione Chri-  
 stique imitatione junctum commendantes; quæ quidem  
 præcepta nequaquam a *præceptis Moysi* diversa, sed tantum a  
 Christo, non novo legislatore, sed legis jam latæ at per *ἰουδα-*  
*ισμῶν* variam variis depravatæ interprete ac explanatore sa-  
 pientissimo, ut e concione montana Matth. V, VI, VII liquet,  
 purgata sint ac vindicata, hoc tamen notabili discrimine distin-  
 guenda, quod *Mosis* citra virium suppeditationem præcepto-  
 rum servationem urget perfectam, & hinc tanquam causâ cui-  
 dam mediæ vitæ æternam tribuit, eosque, qui eam suis viribus  
 præstare nequeunt, cogit, terret, ac damnat; cum Christus con-  
 tra Evangelio suo fidem accendat, vires spirituales suppeditet,  
 proque harum mensura exigat obedientiam non ad salutem ul-  
 lo modo promerendam, sed in salutis gratis donatæ atque porro  
 donandæ ordine: quanquam *præcepta Moysi* ratione *νομιθε-*  
*σίας* etiam *νοτ' ἐξουῖν* vocari *Christi præcepta* posse, e legis latæ  
 historia attentaque locorum Exod. XX, 1, 19, 20, Deut. IV, 12,  
 V, 4 cum Act. VII, 30, 38, collatione abunde constat. Hæc igitur  
 Christi præcepta quando Christiani dicauntur *τηγαῖν*, ea phrasî  
 generatim quidem vigilantem ac sollicitam curam operamque  
 in præstanda obedientia a lege seu legislatore requisita notari  
 Autor perhibet, speciatim vero in hujus verbi usu notando ad

diversum Dei *sædus legale* & *Evangelicum* respiciendum esse observat; cum secundum *sædus legale* Deus summam & absolutam hominis perfectionem in sanctumonia requirat, & cum in homine post lapsum nihil minus deprehendat, summæ eundem *ἀδυναμίας* atque *ἀνομίας* arguat & condemnet: unde hujus legalis postulati respectu *τὰς ἐντολάς τηρεῖν* proprie sit ea ita exsequi, ut obedientiæ nostræ plane nihil desit, nullaque pars nec ullus gradus desideretur: secundum *sædus Evangelicum* contra Deus homini, quem propter Christum in gratiam recepit, simul vires largiatur spirituales, ut & velit & possit præcepta Dei servare; quam obedientiam sinceram omnino, licet admodum imperfectam Deus ex misericordia sua in Christo fundata ratam habeat, eamque intuitu fidei perfectissimam Christi justitiam apprehendentis merito Christi tectam pro perfecta accipiet. Ut adeo *sæderis Evangelici* respectu *τὰς ἐντολάς τηρεῖν* sit veram & sinceram Deoque gratam, etsi imperfectam, legi divinæ obedientiam præstare: quo sensu ea frequentissime a Johanne in Evangelio & hac epistola adhibeatur, semperque fidem in ipso etiam primo decalogi præcepto, ubi Deum habere pro nostro Deo jubemur, requisitam supponat, & in quibusdam etiam locis directe ad fidem respiciat, cum v. g. hoc dicitur *præceptum Dei, ut credamus nomini Filii ejus Jesu Christi, & nos mutuo diligamus*, 1 Joh. III, 23. Quibus ita expositis Autor etiam synonymiam hujus *Φράσεως* sacram in vocibus *πληρώω, πληρώμα, πεπληρωμένοι* &c. e Rom. XIII, 10, Gal. VI, 2, Rom. VIII, 4, Phil. I, 11, Col. IV, 12, & *perfectionis* notione regenitis in sacra Scriptura quam sæpissime tributa (ubi supposita perfectione & partium & graduum summa a lege per se requisita partium perfectio e viribus gratiæ præstanda & propter Christum grata intelligitur) subjungit, tandemque de usu hujus *Φράσεως* ecclesiastico monet: etsi in sensu biblico proprie intellecto *implere & servare Dei præcepta* sit unum idemque; tamen in sermone de impletione legis inchoata ordinarie adhiberi solere phrasin *servare mandata* præcipue germanicam, *Gottes Wort oder Gottes Geboth halten und bewahren* / (*τηρεῖν καὶ φυλάσσειν*) tuam quia in sacro codice est frequentissima & altera *de impletione*

tionē rarior, tum quia nostris Germanorum auribus est mollior ipsique rei convenientior. Denique omnis hæc doctrinæ de genuina Dei cognitione deque ingenua præceptorum Christi observatione plurimis porismatibus ad varios usus accommodatur, de quibus hic vigesimum ad v. 3. excerptisse sufficiat: Tria præcipue sunt momenta, quæ doctrinam de servanda lege in integritate sua omni erroris experte conservant: 1) *Fons*, non naturæ sed gratiæ vires: 2) *modus*, sincerus quidem & genuinus sed imperfectus tamen: 3) *finis*, non meriti ullius, sed purus divinæ gloriæ ex debito nostro in constituto salutis ordine amplificandæ respectus: quippe quæ tria momenta lateant vel pateant potius in conditione subjecti sc. hominis præcepta Dei servantis, si hic fide sit præditus ac justificatus, cum supposita fide 1) ponantur vires ipsa fidei accensione & corroboratione concessæ: 2) facile intelligatur finis sinceritas, si quidem homo gratis justificatus salutem suam nullo opere mereri potest: qui vero nihil mereri potest, & fidei corroboratione eget quotidiana adversus peccatum luctante, is 3) non possit præcepta Dei perfecte servare.

Non minus commemorari merentur, quæ Autor ad Joh. II, 15, 16, 17 de κοσμοφιλίᾳ fugienda observat: ubi non solum emphasis ac parallelismus verborum ac φράσεων ubertim traditur, sed etiam quatenus tum ipse mundus φυσικῶς & secundum substantiam consideratur, tum τὰ ἐν τῷ κόσμῳ five res in mundo vel necessaria, vel utiles, vel superflua, vel plane noxia, non amandæ sint, item quam late prohibiti hujus amoris subjectum & objectum ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν καὶ ἡ ἀλαζονεία τῆ βίης pateat, quod ejus causa in perversa lapsu hominum φιλαυτία ponenda sit, quod in summa sui inconstantia æternam tamen τοῖς κοσμοφίλοις miseriam sola viva fide in præceptorum Christi observandorum ordine statuque evitandam pariat, luculenter ostenditur, imprimisque in sæcundissima Porismatum ex hac materia deductione discrimen inter mundi amorem ordinatum ac moderatum ita inculcatur, ut doceatur moderate mundum amare esse amorem mundi vitiosum & majori vitio seu ab extantiore ἀσωτίας temperare; sed ordinate

amare

*amare* esse vitio ab amore sejuncto soli Deo adherere & hoc a-  
mandi ordine omnia quæ in mundo non per se vana seu mala  
sed a Deo & bona sunt, genuino usu ad solum Deum referre:  
unde omnem mundi amorem bene ordinatum simul esse mo-  
deratum, sed non omnem amorem moderatum esse bene ordi-  
natum deducitur, & practica hæc materia 128 consecrariis ad  
Christianismi varios usus accommodatur.

Porro locus 1 Joh. II, 27 de Theodidascalia e Spiritus S.  
unctione proveniente, quæ per *ψευδοπροφητείαν* vulgo vel ad pu-  
blici ministerii, quod Deus in Ecclesia ordinavit, contemptum &  
neglectum trahitur, vel a profanis hominibus susque deque ha-  
betur, ex professo ab utriusque generis abusu ita vindicatur, ut  
ex una parte *ministerii Ecclesiastici* *oforibus Fanaticis* eam ne-  
quaquam patrocinari, ex altera vero genuinum veritatis ac pie-  
tatis studium excitare ac insigniter promovere demonstretur,  
verbaque illa, quæ potissimum in perversum sensum detor-  
quentur, *καὶ ἔχειτε ἰνά τις διδάσκη ὑμᾶς*, pluribus evi-  
dentissimis argumentis & *συναφείας* scopique Apostolici potif-  
simum ratione hunc in modum explicentur: ut **QUISQUAM**  
nimirum Antichristorum istorum, qui vobis ut lupi rapaces  
ovibus insidiantur, suaque doctrinarum *εὐδελύγματα* pro singu-  
laribus fidei mysteriis venditant, immo obtrudere volunt, **VOS**  
tanquam adhuc rudes & ignaros, aut a veritate aberrantes ac se-  
ductos, **DOCEAT**, nimirum nova dogmata antea nondum a  
nobis Apostolis præcepta, aut potius mendacia v. 21. & quidem  
cum dictatura quadam ac dominatu in conscientiam, ita ut un-  
ctione vestra, per quam spiritus probare potestis, veramque  
*θεογνωσίαν* habetis, posthabita, ab affectata ejusmodi pseudo-  
didascali autoritate cæca obedientia post nostrum Apostolo-  
rum obitum pendeatis: **HOC VOBIS NEQUAQUAM**  
**NECESSE EST**, *ἔχειτε*. Quæ postea B. Lutheri  
» verbis ex Art. Smalcald. p. 372 illustrantur: Hoc in universum  
» antiquus est Satanas ac serpens, qui etiam Adamum & Evam in  
» Enthusiasmum conjiciebat, & ab externo verbo Dei ad spiritua-  
» litatem & proprias opiniones abducebat; id quod tamen & ipse  
» per alia externa verba perficiebat: perinde ac hodie nostri En-  
thu-



thufiaste externum verbum damnant, & tamen ipsi non silent, sed mundum garrulitatibus & scriptiōibus implent; quasi vero Spiritus per scripta & vocale verbum Apostolorum venire nequeat, sed per ipsorum verba & scripta primum veniat. Cur ergo non ipsi etiam omittunt suas conciones & scriptiōes, donec Spiritus ipse ad homines siue ipsorum scriptis & ante ea veniat, quemadmodum gloriantur, Spiritum se accepisse sine prädicatione Scripturarum, hæcenus Lutherus. *Fanaticus* igitur Autori is proprie esse dicitur, qui institutione humana etiam recta posthabita, verbique divini scrutatione & meditatione neglecta commercium affectat cum Deo arcana inspiratione plenum; & quia hoc nec habet nec invenit, pro imaginationis suæ deceptione illud ipse fingit, ideoque intra se superbit, & per morbidos hosce animi affectus variis Diaboli illusionibus patet. Hujus erroris labyrinthus uti ab Autore pluribus ex 114 Porismatibus, quæ e. v. 27 deducuntur, detegitur; ita non minus profanorum ingeniorum in sola humana institutione, contempto divino Chrismate, acquiescentium, eoque ipso Pharisæismum ac Pelagianismum promoventium, pericula ingenue aperiuntur, Lectoresque circa *θεοδιδασκαλίαν* medio tutissimi ituri a dextra Pelagianismo, quo etiam impii *ἀμαρτανόητοι* pro *θεοδιδάκτοις* habentur, & a sinistra præcipitio fanatico in Scripturam sacram & ministerium Ecclesiasticum iniquo digne evitato, non aliam querere *θεοσοφίαν* jubentur, quam qualem *θεοδιδασκαλία* in *θεοσεύχειας* seu regenerationis ac renovationis ordine efficiat.

Plura adducere possemus laboris hujus circa varia doctrinæ Christianæ momenta specimina, si spatium id & receptæ nobis brevitatis ratio pateretur. Quare B. Lectorem ad ea, quæ circa loci e. III v. 9, quo ex Deo geniti *ἀμαρτιῶν ἡ ποιεῖν καὶ ἡ δύναμις ἀμαρτιῶν* dicuntur, difficultatem expediendam p. 441 seqq. quæ c. V. v. 6, 7, 8 ad *γνησιότητα* testimonii divini v. 7 adversus Arianorum strophas probandam atque declarandam a p. 676-701, quæ e. V, 16, 17 circa naturam peccati ad mortem & intricatam de peccato in Spir. S. doctrinam distinctis X propositionibus subjunctisque iisdem demonstrationibus, exegesi atque usibus explicandam inde a p. 727 ad 749 afferuntur, ablegamus.

O

SOME

SOME BRIEF OBSERVATIONS AND REFLEXIONS  
on Mr. Whiston's Primitive Christianity reviv'd.

i. c.

BREVES QUÆDAM OBSERVATIONES ET  
*Animadversiones in Whistoni nupera scripta, sub titulo*  
PRIMÆVUS CHRISTIANISMUS RESUSCITATUS edita; Autore JO. EDUARDO,  
*Theolog. Doctore.*

Londini, impensis J. Lawrence & reliquorum, 1712, 8.  
Plag. 6.

CUM doctrina de SS. Trinitate, & in specie de Deitate Salvatoris nostri præcipua quædam & necessaria pars sit Theologiz, haut immerito Venerandus Autor, jam aliquoties in Actis nostris laudatus, in *Præfatione* harum Observationum magnum exitium Ecclesiæ suæ metuit a nuperis Whistoni scriptis, quibus doctrinam illam labefactare atque evertere conatus est. Suum ergo zelum contra illum æque ac alios, qui luculenta Scripturæ oracula ad probandam Deitatem Salvatoris nostri semper allegata vel non curant, vel aliter plane interpretantur, testatus, de his exempli loco adducit Dan. Whitbyum, ejusque Annotationes in loca Apostoli Phil. II, 6, Col. I, 15, Ariani favere ostendit, & refutat. Inter alia vero observat, Whitbyum verba, *ὅχι ἀεπαγγμὸν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἰσὰ Θεῶ*, vertentem, *nolebas similis Deo haberi*, ex parte sequi Grotium, qui pariter verba illa ex phrasi in Liturgia Syriaca occurrente explanare conetur; quamvis parum ad rem, cum magna differentia sit inter *ἀεπαγγμὸν ἀεπάξεν*, & *ἀεπαγγμὸν ἠγήσασθαι*. Grotium tamen & ulterius progredi, & comparare phrasin cum parallela Plutarchi, quam Whitbyus quidem non in illo, sed in Heliodoro invenisse, ibique idem significare ac *vehementer appetere* fateatur, & hoc sensu etiam apud Apostolum accipi debere, existimet. Sed phrasin Heliodori non eandem cum Paulina notionem habere ostendit Noster, (1) quod *ἀεπαγγμα* Heliodori denotet rem vel objectum, *ἀεπαγγμὸς* autem Apostoli actum ad

FOUN.

rem pertinentem: (2) quod Heliodorus L. VIII c. 21 ἀπαγωγὴ ἡγεῖσθαι commutat cum ἀπαγωγή ποιῆσθαι, quod alia plane res sit: (2) quod ipso allegato loco pro ἡγεῖται in aliis Codicibus legatur ποιῆται: (4) quod sensus phraeos Heliodori L. VII c. 20 sit, *violentiam impetum facere, cum violentia aliquid profectui*. Nihil ergo phrasin illam facere ad propositum Whitbyi. Optimos interpretes locum Apostoli reddidisse, *non rapinam existimavit clamare aequalitatem cum Patre*, i. e. non alieni usurpatio, neque injuria, sed æquum & justum est. Similes locutiones Paulo aliisque Apostolis alias etiam solennes esse, ut Ζημίαν ἡγεῖσθαι Phil. II, 7, 8, σκύβαλα ἡγεῖσθαι, ibid. ἀναγκάσιον ἡγεῖσθαι, Phil. II, 25, ὡς ἐχθρόν ἡγεῖσθαι, 2 Thess. III, 15 &c. His præmissis Rev. Autor scopum Animadversionum suarum declarat, id potissimum se agere dicens, ut autoritatem, quæ Whistonus in *Præveo Christianismo Resuscitato* (quem in Act. A. M D C C X I V p. 26 sqq. enarravimus) ad doctrinam præsertim de SS. Trinitate evertendam nitatur, minus validam esse ostendat. In ipsiis itaque *Observationibus* I. observat, Whistonum ad probandum, Salvatorem nostrum creaturam esse in tempore factam, allegare priorem Epistolam ad Corinthios; quæ sub Clementis nomine circumferatur, Barnabæ Epistolam; Hermæ Pastorem, Tatianum, Athenagoram, Theophilum Antiochenum, Canones Apostolorum, Recognitiones Clementinæ. Hæc tamen omnia scripta partim apocrypha, partim ob parum tutas & hæreticas opiniones, quas Autores illorum foverint, & si Melitonem spectemus, imperfecta fragmenta, & nullius autoritatis esse, testimoniiis potissimum tam Veterum quam Recentiorum evincit. II. Epistolas Ignatii prolixiores plurinum apud Whistonum valere. Sed ipsum æque ac alios, qui pro diverso scopo modo breviores, modo prolixiores pro genuinis habeant, frustra autoritate illarum niti, cum omnes corruptionis & interpolationis suspectæ sint. Isaacum Vossium adhuc juvenem, & antiqua MStæ avide anhelantem, exemplum Epistolarum Ignatii in Bibliotheca Medicea inventarum in Angliam secum attulisse, & ipsius ζήτημα fecisse, ut illæ statim summa admiratione exceptæ sint. Usserium, quamvis

pag. 2

3.

4. 5.

6.

8.

9.

9. Vossii laqueo irretitum, tam obscure de illis loqui, ut sibi met ipsi non satisfecisse videatur. Eundem dissentire a Vossio circa Epistolam ad Polycarpum, cum pro fictitia illam habeat. Ino ipsum Vossium non negasse, quædam in illa occurrere, quæ suspectam illam faciant. Illum præterea, qui tam genuinas quam supposititias, quæ dicantur, epistolas legerit, facile intellecturum esse, has præ illis majora *γνησιότητι* indicia habere. Illas manifeste imperfectas & decurtatas esse. Primum librarium labori pepercisse, cogitantem, fatis esse, si potiora describeret ex Epistolis illis, quas verisimile sit illum pro Ignatianis non habuisse, atque adeo non opus judicasse, *ἀκριβοῦς* in describendis illis versari. Non autem incredibile esse, quod Vossius atque Usserius imperfectum exemplar perfecto prætulerint, cum nullis facilius imponi possit, quam antiquitatis studio addictis.
11. Pearsonum, Cestriensem Episcopum, produxisse testimonia pro *γνησιότητι* illarum ex scriptoribus diversæ ætatis, sed non probare, easdem illas esse epistolas, quarum mentionem autores illi faciunt. Totidem quoque testimonia pro Dionysii Areopagitæ scriptis, ab ipso Pearsono rejectis, produci posse. Sic & eundem Pearsonum multa loca allegasse pro Hermæ Pastore, cum tamen librum pro genuino non habeat. Reliqua argumenta ejus non esse alicujus ponderis; ipsumque ingenue fateri in Proœmio Viudiciis præmissis, spurias Ignatii Epistolarum partes a genuinis difficulter dignosci posse, & ipsas septem Epistolas interpolatas & corruptas esse. Porro illum Usserio circa Epistolam contradicere. Hisce præmissis, & aliorum de Epistolis Ignatii sententiis subjunctis, Noster de illis ita sentit. Nempe dubitandum non esse, fuisse aliquas Epistolas ab Ignatio conscriptas, cum Eusebius, Hieronymus, Athanasius & Chrysostomus mentionem illarum faciant; postea tamen illas misere corruptas & mutatas esse, & multa illis inserta, quæ & pio martyre indigna sint, & cum stylo & statu illorum temporum minus convenient. Hinc & illos, qui paulo curatius illas examinaverint, illas maxima ex parte spurias pronunciaisse. Ita fecisse Nicephorum, Anastasium, Magdeburgenses, Parkerum in Politia Ecclesiastica, & Cookum in Censura, in Ignatium, & hunc
12.  
 13.  
 14.

hanc maxime solidis argumentis illas esse supposititias probasse. III. Neque minus Constitutiones Apostolicas imbecillum esse argumentum, quo Whistonus nitatur; cum probabile sit, eandem, quæ Epistolas Ignatii, manum illas composuisse, vel ad minimum magnam Epistolarum Ignatii partem eundem cum Constitutionibus autorem habere. Hoc demonstrasse Usserium, & in eandem sententiam discessisse Pearsonum. Eusebium præterea, Gelasium, secundum Canonem Sextæ Synodi Trulensis, Zonaram pro spuris illas habere, Photium male de illis sentire, & Bzovium ipsum, qui alias Clementi eas tribuat in notis ad L. V c. 18, agnoscere quod loca in illis occurrant adulterata, nova, & eliminanda, tanquam præceptis Apostolorum contraria. Possevinum denique, Bellarminum, Cotelerium, Blondellum simile de illis iudicium ferre, Whistoni vero pro *γνηστῆρι* illarum argumentationem, quod alias Christus Ecclesie sue certum aliquod Systema legum, quibus ducatur & regatur, non reliquerit, Rev. Autor confutat, scripta N. T. sufficientem & perfectam fidei & morum regulam, & modum, quo doctrinæ in illis propositæ sint, Systematico artificio longe præstantiorem, esse ostendens, & præterea observans, non solum Scriptores Orientales laxiori & minus artificiali scribendi methodo usos esse, sed etiam optimorum Philosophorum paucissimos placita sua ad fixas artis regulas revocasse. Denique cum Whistonus ipse fateatur, multa loca in Constitutionibus esse spuria, & tamen dicat, se in versione sua illa omittere, & genuinis supplere, quærit Noster, quis ipsum solum in hac causa iudicem constituerit. Ipsum quoque non accuratum esse in versione sua sive Ignatii sive Constitutionum, mutare verba pro lubitu, & in doxologiis *ὁ* pro *καὶ* ponere, observat. IV. Whistonum contra Papismum sæpe zelum suum declarasse, & jam defendere Constitutiones Apostolicas, Recognitiones, & alia spuria scripta, quæ Pontificiorum praxi & ceremoniis faveant; idololatriæ se cum illis reum facere, cum non minus Deum Patrem tanquam supremum Deum, quam Filium & Spiritum S. tanquam inferiores Deos divino cultu prosequendos esse doceat; & ad Anti-Christum pertinere, juxta 1 Joh. II, 22, 23. V. Whistonum plus vice

p. 15.

15.

17.

18 sq.

20.

21.

22.

23.

25.

26.

27.

sim.

29. simplici profiteri, quod non sit Socinianus, & tamen dogmata illorum tueri. VI. Eundem in allegationibus suis valde esse partium studiis addictum, & arbitrarium, nec solummodo obtrudere nobis spuria Hermæ, Barnabæ, Clementinarum Constitutionum & Recognitionum scripta, & Canones Apostolicos, sed etiam Tatiani, Athenagoræ, Theophili Antiocheni, Irenæi, Origenis, Justini Martyris &c. testimonia. Rationem vero, cur illos præferat Athanasio, Hilario, Epiphanio, Hieronymo, Chrysostomo, Augustino, Optato Milevitano, Basilio, Gregorio Nysseno, & Nazianzeno, Vincentio Lirinensi, Cyrillo Alexandrino, Isidoro Pelusiotæ, Concilii item Nicæni Patribus plus quam trecentis ex omnibus Christiani orbis partibus selectis, aliam dare non posse, quam quod illorum autoritatem ex suis præjudiciis æstimet. Rursus illum in ipsis Scriptoribus Ante-Nicænis multa ommittere, quæ Arianz doctrinæ contradicant, Bullo & Petavio  
 30. magno numero observata; quibus Noster loca ex Constitutionibus Apostolicis & Epistolis Ignatii, quibus imprimis nititur Whistonus, addit, & quædam Ignatii testimonia, quæ in suam sententiam allegat Whistonus, sensu orthodoxo exponi posse, exemplo quodam ostendit. VII. Whistonum, quamvis  
 31. sqq. provocet ad Patres Ante-Nicænos, tamen excipere Clementem Alexandrinum, & Tertullianum; illum quidem, ut putat Noster, quod multa luculenta de Divinitate Christi testimonia habeat, hunc vero, quod in Apologia adv. Gent. asserat, verbum ejusdem esse cum Patre substantiæ, & Patrem & Filium unum esse; quod librum de Trinitate scripserit, & in libro adv. Praxeam pariter doctrinam de Trinitate defendat. VIII. Nonnulla Patrum testimonia male a Whisteno selecta esse ad probandam  
 40. sqq. doctrinam, quam defendat. Talia esse Origenis, Irenæi, Lactantii, Arnobii, Minutii Felicis. Priores enim duos multos errores habuisse, posteriores vero libros suos scripsisse, antequam principiis Christianæ religionis recte inbuti, & in Scripturis exercitati fuerint. IX Whistonum in genere male agere, quod  
 43. Patres ad firmandas opiniones suas alleget. Illos dissentire & a semet ipsis & ab aliis, esse obscuros, & ut videatur, industria loqui incaute, & multa obiter saltem proferre. Athanasium ipsum  
 44. non  
 45. 46.  
 47.

non semper accuratum esse. Quo antiquiores Patres sint, eo minus nos autoritate illorum niti posse, cum ut plurimum ex Philosophorum scholis egressi corruptas inde notiones secum attulerint. Neminem illorum esse, qui non falsas in religione opiniones habuerit. Præterea scripta Patrum in illorum manus incidisse, qui illa corruerint. In controversia de Trinitate Patres non intellexisse terminos, quibus usi sint, vel ad minimum modo hoc modo alio sensu usurpasse. Patere hoc ex diversa acceptione vocabulorum *εἰς* & *ὑπόστασις*. X. Ut Patrum modus explicandi semet ipsos ita sæpe sese habeat, ut de vera illorum sententia iudicium formare, atque illam fidei nostræ fundamentum facere nequeamus, ita illis, qui testimonia illorum adducant, solenne esse, ut male illa in causæ suæ patrocinium interpretentur. Ita non solum processisse Doctores Pontificios, sed inter Anglos etiam Thorndickium, Dodwellum, Bullum, Whistonum, & Grabium. XI. Pariter Canones & Concilia in rebus Theologicis parum præsidii nobis dare posse. Editores illorum inter se non convenire, quinam veri, quinam adulterati sint, & multo minus adhuc in explicationibus eorundem consentire. Canones quoque unius Concilii contradicere Canonibus alterius Concilii, & Annotationes in Canones sæpe sensum illorum pervertere. XII. Optimam ergo & tutissimam viam esse Scripturam, Sacram iudicem nostrum facere. Quam etiam ut solam pro illo agnoscamus, Rev. Autor ultimo loco prolixè hortatur, & in Whistonum, Canonem Scripturæ imperfectum esse, asserentem invehitur.

P. 48.

49.

50.

51.

55.

56.

57.

59.

60. 199.

**VITRIARIUS ILLUSTRATUS, SEU INSTITUTIONES JURIS ROM. GERM. ANTEBAC A PHILIPPO REINHARDO VITRIARIO JCTO EDITE, NUNC VERO DEMO REVISÆ & NOVIS NOTIS AUCTÆ A JO. FRIDERICO PFEFFINGERO, EQUESTRISSIMÆ ACADEMIÆ LUNEBURGENSIS INSPECTORE & PP.**

**Tomus I.**

Gothæ, sumptibus Jacobi Mevii, 1712, 4.

Alph. 8.

Quod

**Q**uod longo tempore post restauratas literas inexcultum, immo ex Academiis in Imperio nostro proscriptum fuit, Juris publici studium, id majori industria hoc seculo tractari merito lætamur. Verum plurimi Germanorum juris periti opus desiderarunt, ex quo omnia, quæ ad nobilissimam hanc disciplinam pertineant, faciliore labore hauriri possent. Namque licet nobis sit librorum copia, ex quibus genuina Germanorum juris fundamenta peti posse videantur; ab aliis tamen patriæ historia omiſſa, ab aliis vero leges peregrinæ copiose sunt adductæ, quibus nostra Jurisprudencia mirum in modum corrumpitur. Quo nomine diu est, quod optaverint eruditi, ut tam historiz, quam legum peritus absolutius opus aggrediretur, quod harum elegantiorum literarum amantibus satisfacere posset. Idem fuit jam per quinque & quod excurrit lustra institutum Consultissimi *Pfessingeri*, qui etiam omnibus adhuc palmam præripere visus est; prout jam eruditi confessi sunt, doctissimi Autoris nostri operam copiosos *Limnzi* commentarios superare, quos etiam ob τὰ ἀλλότρια, quæ inseruit, haud commendat. Jam novæ eique tertiz editioni prioribus, quoad tertiam partem auctiori, addidit, quæ adhuc desiderari potuerunt, & quod multæ sit lectionis, prodidit. Expositum quidem jam fuit *Pfessingeri* nostri propositum in Actis nostris Anni 1699 Mense Augusto p. 361, nihilominus tamen de nova hac editione aliquid hic etiam commemorandum esse existimavimus. Non plures quam XV prioris Libri Tituli sunt, qui lucem adhuc adspexerunt, ex quo integri laboris moles potest cognosci. Agitur hisce titulis de Jurisprudencia publica in genere & in specie, de Principiis Juris publici, de Imperatore ejusque definitione, de modo perveniendi ad Imperium, de Capitulationibus & Coronatione, de modis, quibus Imperator esse definit, de Rege Romanorum, de Vicariis, de Statibus Imperii, de Matriculis eorum, de Electoribus Imperii universis & tandem de Principibus inprimis ecclesiasticis, quæ argumenta summa industria explanat, & Excellentissimi *Vitriarii* elegantissimum compendium innumeris novis rebus, scitu perquam utilibus, auget Consultissimus Autor noster. Id inprimis se egisse ipse profitetur;



tetur, ut media inter eos via progrediatur, qui Imperatorem Monarcham absolutum existimant, & mundi (quidni Germaniæ?) Dominum esse arbitrantur, ac illos qui eum tantum administratorem Imperii fingunt. Omnia optimis & æqualium & recentiorum scriptorum testimoniis confirmat, & sano consilio a multorum abhorret negligentia, qui ad libros sæpe ne viros quidem provocant, magnisque erroribus materiam subministrant. *Noter* potius accuratus est in allegandis autoribus adeo, ut non solum capita & sectiones vel paragraphos citet, sed plerumque paginas addat, quo satis ostendit, se maxima industria nullum apposuisse Autoris nomen, quem non ipse evolvisset.

Agit Tit. II de Principiis, quibus solida publici juris notitia nititur, in quorum numero cum consuetudines sint in Imperio observatæ, uberius de illis agit Consultissimus Autor, quoniam bonos mores plus apud Germanos valuisse, quam alibi bonas leges, etiam Tacitus confessus est. Legum Salicarum, Alamannorum, Bojoariorum, Saxonum, Burgundionum, Ripuariorum, aliarumque præcæ Germaniæ gentium, historiam exponit, & post hæc ad leges literis traditas se convertit. Occurrunt primo Recessus Imperii, quos summa industria ab ipsis Francorum temporibus ad Alberti Primi Imp. (an. 1299) Imperium recenset. Quare Indicis loco poterit esse hic Celeberrimi Autoris labor, ex quo cognoscatur, quid in Imperii comitiis a primis statim ejusdem incunabulis circa Regum Electionem, Tutelam, Negotia cum Romanis Præfulibus, bella, pacificationes, Jura Procerum, & similes statum Regni publicum concernentes res, actum sit. Definit postea, quis in Germania leges omnes Imperii Cives obligantes possit ferre, & pari diligentia prodit, quid in Aurea Bulla, Pace Religiosa, Profana & Westphalica notatu dignum sit. Illustrat inprimis historiam ac ex optimis antiquioribus & recentioribus scriptoribus sua derivat. §. 15 not. a *Degenhardi Pseffingeri* post alios meminit, qui Friderico Electori Saxoniæ a consiliis fuit, atque quum Lutherus fidei & religionis res reformaret, tantum valuit, ut ipse Leo X Pontifex in literis ad eum datis scripserit: Martini temeritatem ipso potissimum rem juvante ipsoque bono Consultore tolli posse; ad quod illum maxime adhortatur.

P

Tit. IV,

Tit. IV, quum de Titulis Imperatoris sibi agendum sum-  
psit, de *Augusti* elogio multum disputat, omnesque ex veteribus  
Germanorum Regibus nominat, qui illo usi deprehenduntur.  
Explicat difficillimum historiz momentum, quomodo Impe-  
rium Romanum translatum sit ad Germanos, item quid, Carolo  
Crasso Imperatore extincto, usque ad Ottonis I tempora cum  
rebellibus Italis, Berengario imprimis, actum sit, & quid de Patri-  
monio Petri, prout dicitur, notandum, observat. §. 5 Caroli  
Magni jus in Imperatoris Romani titulum deducit, exorsus suam  
narrationem ab Augustuli ultimi Occidentis Imperatoris impe-  
rio: describit barbararum gentium in Italiam incurfiones, Lon-  
gobardorum regnum, Pontificum cum ipsis lites, Francorum  
bella, Caroli victoriam & ipsius proclamationem a S. P. Q. R.  
factam. Disputat contra Bellarminum, qui opinatur, transla-  
tionem Imperii Romani in Francos Romano Præfuli deberi,  
statuitque, Caroli Imperium in *Romam* cœpisse A. 774 cum Pa-  
triciatu, inde subactis Beneventanis A. 786 fuisque anno 788 Græ-  
cis, insignia sensisse incrementa, & transmissis ei A. 796 Clavibus  
Confessionis S. Petri & Vexillo urbis Romæ, additis precibus, ut  
mitteret, qui Populum Romanum in fidem per sacramentum  
reciperet, tum per inaugurationem etiam solennem anno 802  
publice declaratam, tum tandem per transactionem cum Græcis  
Imperatoribus confirmatum fuisse. Notatu digna sunt, quæ §.  
9 lit. b de vocibus *Dei gratia* in medium profert, ubi non solum  
Germanorum Reges omnes numerat, in quorum Diplomatis  
elogium illud occurrit, sed & de Principibus, Episcopis & Co-  
mitibus agit, qui antiquissimis temporibus illis uti deprehen-  
duntur, uti ex multis tabulis apparet, licet hodie Comites ab iis  
abstineant.

Tit. V occurrit Imperatorum, qui a Carolo Magno ad  
gloriosissimum Josephum usque Imperio præfuerunt, historia,  
summo utique studio elaborata, cui Genealogiam Caroli  
Magni & Regum Francorum quinque Tabulis comprehensam,  
Imp. item Carolingorum & Saxoniorum addidit. In Tit. VI  
exhibetur, quid de Electione Imperatoris notandum. §. 4 in  
notissimam Politicorum inquit quæstionem: num Electio  
Successione præstantior sit? & Autorum utriusque partis argu-  
men-

menta recenset, §. 14 sequ. ceremonias describit, quibus Imperator eligi solet, & quid in Inuictissimi Iosephi electione actum sit, imprimis exponit. Tit. VII §. 6 variorum de statu Germanici Regni mixto, sive de forma hujus Imperii irregulari opiniones affert. Tit. VIII §. 2 Insignia Imperialia, coronam, gladium, annulum, sceptrum, pomum & pallium Regale describit. Lit. 3 de Juramenti formula *per Deum & Sanctum Evangelium* agit, quæ in locum veteris formulæ jurandi, *per Deum & omnes Sanctos*, successit, qua occasione Solymani Turcici Imperatoris juramentum adducit, quo se obstrinxit, quum foedus cum Johanne Hungariz Rege iniret, his verbis: „Juro ad omnipotentiam Dei Altissimi omnipotentis, Sanctitatem, splendorem, & bonitatem Divinitatis suæ, & firmamentum Cæli, Solem, Lunam, Stellas, Terram, & superficiem Terræ, ac ad Regnum & sanctissimum Muhametem, Proavum, Avum, Patrem, Matrem & lac maternum, ac panem meum, gladium, animam, & vitam meam, ac omnem Bozermannorum circumcisorum salutem, quod Te, fratrem meum juratum, Johannem videlicet, Regem, quaque necessitate non derelinquam. Lit. 7 controversiam exponit: cui inter Germanorum Episcopos jus inaugurandi Regem competat? inter Moguntinum & Coloniensem Electorem graviter agitatam, & adducit suavem concordiam A. 1657 initam, qua lis illa finita fuit. P. 905 monet, quod defuncto anno 1711 Iosepho Imp. nondum potuisset constare, quis in ejus locum Imperii throno admovendus foret; quare ea, quæ de electione, capitulatione & coronatione Imperatoris, eo tempore adhuc eligendi, hodie regnantis Inuictissimi Caroli VI dicenda essent, ad addenda libri distulit, in quibus ista fufius se expositurum promittit. Tit. IX §. 4 rationes profert, quibus in aixi quidam J. P. Doctores Imperatorem deponi posse negant, alii autem affirmant. Tit. XI non solum copiosiore, quam antea, stylo persequitur, quæ de Majoribus Domus & Comitibus Palatinis veniunt notanda: sed etiam vitas & res gestas singulorum Comitum Palatinorum, *Everhardi, Hermannii I, Ezonis seu Erenfriedi, Ottonis, Heinrici Dn. de Lacu, Sigfridi, Wilhelmi, Hermannii II, Conradi, Heinrici Ducis*

*Saxonia, Ludovici Bavari & Ottonis Illustri*, a quo Serenissimi Duces Bavariz ac Comites Palatini descendunt, explicavit. Multa sane occurrunt observatu digna hoc titulo, inprimis hanc Comitum Palatinorum historiam summa industria conscripsit Consultiss. Autor, & e variis antiquis monumentis collegit ea, quæ frustra apud alios quæsieris. §. 3 literas adducit, quibus Serenissimus Johannes Wilhelmus, Palatinus Elector, & Potentissimus Poloniarum Rex, Fridericus Augustus, ratione Electoratus Saxonici, demortuo Josepho Imp. Vicariatus officia se suscepisse monuerunt. §. 4 de origine hujus juris agit, statuitque, Vicariatus jus esse partem dignitatis Comitis Palatii, & quum Germanorum provinciarum duplici Jure uterentur, *Francico* seu *Suevico* atque *Saxonico*, inde evenisse affirmat, quod Palatinus Comes Rheni a reipublicæ primordiis Vicariatum per terras juris Francici, & Palatinus Comes Saxoniz per terras juris Saxonici exercuerint, hodieque exerceant. P. 975 charta adducitur, qua Carolus IV Imp. anno 1374 Wenceslao Saxoniz Electori ejusque ex fratre Ottone nepoti, Alberto, atque Erico IV/ Laueburgico facultatem uniendi terras suas concessit, ea lege, ut sibi invicem, si sine mascula prole decedant, succedere debeant. §. 7 illos recenset Reges, qui per absentiam suam alios constituerunt Vicarios Imperatoris, quam Palatinum aut Saxonem, ostendit tamen, quod illis, absente etiam Imperatore, jus Vicariatus competat, & inprimis Saxonis jus defendit. Tit. XII in describendo Statuum Imperii caractere specifico versatur, probatque ex solo voto & sessione in Comitibus Imperii Statuum Imp. cognosci. Initio Tit. XIII eleganter de Archi-officialibus Imp. agit, §. 1 quid in nono Electoratu actum sit, exponit, & §. 3 sequ. difficiliorem de origine Electorum controversiam feliciter examinat. Tit. XIV singulos Electores describit, §. 7 de Archi-Cancellariis agit, & catalogum addit omnium Cancellariorum Imperii, qui eodem munere a Carolo M. temporibus ad Fridericum II. usque defuncti sunt, rex quo constat, ab ætate Heinrici Aucupis Præfules, qui Moguntinæ sedi præfuerunt, ut plurimum etiam Cancellarii munus in negotiis, quæ ad Regnum Germaniz pertinent, administrasse. Tit. XV §. 5 quatuor

quæ-

quæstiones ventilat, quæ non vulgarem in Germanorum jure publico habent usum. Prima est: quo tempore Episcopi Jurisdictionem in Clericos ab Imperatoribus obtinuerint? Quod paulo post abjuratum a Principibus Idolorum cultum factum esse affirmat, quam translatis in Ecclesias bonis secularibus, jam Arcadio & Honorio Imp. extraordinariam & subsidiariam, aut etiam cum ordinario magistratu seculari concurrentem, jurisdictionem ipsis competiisse constat, & l. 7 & 8 C. de *Episcopal. Audientia*, l. 29 *cod. Novel. 86*, Sozomenus L. I *Hist. Eccl. c. 9* documento sint. Secunda est quæstio: quando secularia bona & eorum intuitu Jurisdictionem Secularem consecuti sint? Qua occasione Regum Franciæ atque Germaniæ in clericos munificentiam recenlet, & quid ab illis, qui post Clodovæum Magnum usque ad Heinricum Aucupem Franciæ & Germaniæ præfuerunt, donorum in Clericos sit collatum, ex scriptoribus coævis & diplomatibus exponit, ex quibus apparet, jam Francorum ætate *Præfules* non pauca bona secularia proprietatis jure possedisse, exemptisque a seculari Jurisdictione eorum ecclesiis, nactos esse in Subditos atque Vasallos potestatem judicariam, quibus pedetentim, sub Saxonum imprimis Imperio, sic dicta *regalia*, cudendæ monetæ, exigendi vectigalia, extruendæ castra & munimenta &c. accesserunt, ex quibus tandem *Superioritas Territorialis* conflata. Tertia est quæstio: quando Episcopi imperialis banni sive Superiorit. Territ. facti participes? quæ ex antecedentibus facili deciditur negotio; ut & quarta: quando Comitiorum juribus frui cœperint? §. 8 de Advocatis Ecclesiarum agit, quibus non solum defensionem sed jurisdictionem etiam competiisse probat. In sequentibus singulorum Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum & Abbatissarum historiam atque jura exponit eleganter. §. 18 explicat controversias, quæ ante aliquot annos circa electionem atque jus protectionis sive Advocatiæ Abbatissæ Quedlinburgensis motæ fuerunt, & §. 19 de Episcoporum Electione agit, Regumque circa eandem jura exponit atque defendit, quibus tractationem de Concordatis Nationis Germanicæ, Annatis & Pallio Episcopali addidit.

Appendicis loco Invictissimi Caroli VI Capitulatio adje-

ta est, qua huic Cominentationi finem Autor imposuit. Nos nihil magis optamus, quam ut brevi tempore doctissimi huius operis continuatio prodeat.

**INSTITUTIONES PHILOSOPHICÆ, AD  
faciliorem veterum ac recentiorum Philosophorum lectionem  
comparatæ, opera & studio V. Cl. EDMUNDI PUR-  
CHOTTII, Senonensis, Juris Licentiati, & in Univer-  
sitate Parisiensi emeriti Philosophiæ Professoris. Editio  
tertia locupletior. Tomus primus, complectens  
Logicam & Metaphysicam.**

Lugduni, apud Antonium Boudet, 1711, in 12 reg.

Alph. 1 plag. 2.

**Q**Uæ in vulgaribus Philosophiæ veteris systematibus pertra-  
ctari solent, ea Autor Clarissimus eodem ordine persequitur,  
sed ita ut ubique principiis *Cartesii* utatur. Æmulatur vero  
quodammodo methodum Geometrarum, ita ut in singulis ca-  
pitibus terminis explicatis propositiones subjiciat, probationibus  
suis nunitas, & hinc inde corollaria inferat. In Præfatione de  
sectis illustrioribus Philosophorum discurret, & Philosophiam  
scholasticam disputatricem & contentiosam vocat, quæ sermo-  
nis barbariem secum in scholas inuexerit. Generalia disciplina-  
rum omnium principia tradere intendit, quibus per biennium  
eruditi inoffenso pede ad secretiora arcana disciplinarum natu-  
ralium & ad facultates superiores progredi possint: metaphysi-  
cas vero subtilitates, vel minutias physicas, vel inutilitates Mathe-  
maticas studiosius consectari, inanem gloriam & laborem inu-  
tilem judicat. Ea potissimum sectari decrevit, quæ ad utilitatem  
communem & ad Dei inprimis ac nostri notitiam virtutumque  
nostrarum augmentum quidpiam conferre videbuntur. Proce-  
ssum in quatuor capita distinguit. Primo docet, quomodo in-  
vestiganda veritas, quæque Philosophiæ operam daturò sint  
prænoscentia: ubi pleraque ex *Cartesii* Meditationibus repetun-  
tur. Secundo de nomine, notione & existentia; tertio de ori-  
gine & causis; quarto denique de divisione seu partibus Philoso-  
phiæ

phie agit. Specialiora non addimus, cum aliunde jam satis nota sint.

Logicam Auctor more consueto dividit in quatuor partes; quarum prima de perceptione vel idea; secunda de iudicio & enunciatione; tertia de ratiocinatione; quarta de methodo agit. Quid sit idea, per se clarum esse arbitratur, ita ut facilius intelligatur, quam definiatur. Ait tamen, eam esse primam cogitationis speciem, qua quidpiam concipitur tantum, nihil autem de eo affirmatur, vel negatur. Duas etiam distinguit perceptionum species. Alteram *intellectionem puram*; alteram *imaginationem* vocat. Illa citra speciei corporeæ subsidium mens quidpiam cognoscit; hac vero imaginem in cerebro veluti depictam percipit. Discrimen exemplo edocet. Nimirum imaginatio 10000 hominum clare ac distincte simul representare nequit: intellectus tamen purus discrimen illud accuratissime novit, quia numerus ille per calculum determinari potest. *Disquirat hinc de idearum veritate ac falsitate; universalitate, particularitate ac singularitate (ubi Porphyrii doctrinam de quinque terminis universalibus exponit); de distinctione & claritate idearum; de categoriis cum Aristotelis, tum recentiorum; tandemque de idearum signis seu nominibus, quibus exprimuntur. Veritatem idearum consistere ait in sola consensione cum re percepta: universalem vocat, quæ multa exhibere potest singularia, sive actu existentia, sive tantum possibilitia; particularem, quæ rem singularem, sed indeterminatam representat; singularem, quæ rem singularem & determinatam exhibet. Claram eum Cartesio dicit, quæ lucet per se ac sola mentis attentione innotescit; distinctam vero, quæ quidpiam ab omnibus aliis ita sejunctum exhibet, ut minime cum iis confundi possit; obscuram denique, quæ menti attendenti non statim liquido apparet; & confusam, quæ multa simul permiscet. De Categoriiis Aristotelis definitiones vulgares affert; actionem tamen & passionem clarioribus terminis definiri posse negat. De idearum signis dum agit, non modo octo partes orationis Grammaticorum definit, sed & synonymorum, homonymorum & analogorum indolem expendit. Iudicium duplici modo confide-*

fiderat, vel prout in mente existit, vel prout verbis effertur. Priori modo ipsum definit per secundam cogitationis speciem, qua consentientes ideas per affirmationem conjungimus, repugnantes vero per negationem sejungimus. Fontes errorum in judiciis constituit partim præjudicia, partim præcipitantiam. *Præjudicium* vocat anticipatum quoddam iudicium ex sensuum præsertim impressionibus ortum: *præcipitantiam* vero præceptum & inconsideratum de re ignota, vel non satis explorata iudicium. His addit vitiosam hominum locutionem & sermonis ambiguitatem. Remedia errorum tria præscribit: 1. mentem esse exuendam præjudicatis opinionibus, nec in posterum quicquam admittendum esse tanquam verum, quod non maturo prius examini fuerit subiectum: 2. præcipitationi mendum esse cunctatione & diligenti ad ideas attentione: 3. voces singulas esse definiendas, quibus utimur, & ab iis, quibuscum agimus, ut idem præstent, postulandum esse. Iudicium verbis prolatum enunciationem vocat, de cuius natura, proprietatibus, (quantitate scilicet, qualitate, oppositione, conversione, veritate ac falsitate,) speciebus, consueto more tractat, & doctrinam de definitione ac divisione tandem subjungit. Ratiocinationem per tertiam cogitationis speciem definit, qua iudicium aliquod ex prioribus aliis infertur. Si verbis exprimitur, argumentationem appellat, quæ ipsi est oratio ad exprimendam ratiocinationem instituta. Hic doctrinam syllogisticam proponit, legens in primis vestigia Autoris Artis cogitandi, ex quo per artem combinatoriam modorum argumentandi numerum demonstrat. Invenies etiam ibidem doctrinas veterum de reductione syllogismorum secundæ ac tertiæ Figuræ ad primam, de inventione medii seu locis dialecticis & de fallaciis Sophistarum. Methodum definit per viam & rationem inquirendi veri, quod adhuc latet, & illius explicandi, cum jam inventum est. Illam analyticam; hanc syntheticam appellat. Utriusque regulas quasdam proponit passim prostantes. Tantum de Logica.

Metaphysicam (quam & Philosophiam primam vocat) in duas partes, Ontologiam scilicet atque Pneumatologiam, distin-



**distinguit.** In illa de ente & modo entis generatim dicit, mox de attributis tum ipsi enti, tum entis modo communibus, hinc de attributis soli enti propriis, tandemque axiomata ex primis entis generatim attributorumque illius ideis conflata subjungit. In hac de spiritu agit, tum infinito, nempe Deo, tum finitis, angelis nimirum ac mente humana. Entis attributa tantum unita explicat, modoque (quod ab omnibus hactenus fieri consuevit) satis obscuro; disjuncta prorsus insuper habet. Axiomata octo recenset, nimirum 1 quicquid in idea clara & distincta rei alicujus comprehenditur, id de ea re certissime posse affirmari: 2 quicquid clare & distincte concipitur, id vel existere, vel existere posse: 3 nihilum non posse esse ullius rei causam: 4 nullam rem aut perfectionem existentem habere posse nihilum pro sua causa: 5 quicquid est perfectionis in aliqua re, id in prima totaque illa causa vel formaliter, vel virtualiter contineri: 6 corpus neque aliud corpus movere posse, nisi ab alio prius moveatur: 7 non minorem causam requiri ad rem conservandam, quam ad illam primum producendam: 8 eam esse vim evidentiae, ut non solum verum patefaciat, sed etiam falsum admota luce veritatis detegat. Pneumatologiam Autor dividit in tres sectiones: prima earum de Deo, secunda de angelis, tertia de mente humana agit. De Deo octo potissimum explicare conatur, nempe 1 quid Dei nomine in mentem omnibus veniat, & quomodo a nobis cognoscatur: 2 quibus rationibus existentia Dei demonstratur: 3 quid sit impenetas ac aeternitas: 4 quid infinitas: 5 quid praescientia, & qualis voluntas Dei: 6 quantum de creatione, & 7 de conservatione atque providentia, tandemque 8 de concursu divino tenenda. Per vocem Dei omnibus denotari ens omni perfectionum genere cumulatissimum contendit, & hanc ideam neque adventitiam, neque factitiam esse, argumentis Cartesianorum probat. Argumenta, quibus existentiam Dei probat, in metaphysica, physica & moralia distinguit. Ad priorem censum refert argumenta Cartesii ab idea Dei innata & ab existentia necessaria in idea entis perfectissimi contenta desumpta: quibus addit tertium D. *Thoma* in differentia entis necessarii & contingentis fundatum. Concludit nempe S. *Thomas* ab existentia contingentium ad existentiam necessarii, quamvis hoc

Q

argu-

argumentum non sufficienter evolvatur. Inter argumenta physica primo loco comparet, quod corpora organa sensoria sentientia vel voluptatem, vel dolorem in nobis excitent, non tanquam causæ physicæ, sed saltem ut occasionales. Unde supponi arbitratur, ad hoc phænomenon explicandum, eius aliquod, quod talem legem constituerit, ut quosdam corporis motus dolor, quosdam voluptas consequatur. Alterum est *Aristotelis* a motu corporum ad primum motorem concludens. Tertium est *S. Thomæ* ex causarum efficientium serie deductum & inde ad causam omnium primam ascendens. Inter moralia primo loco comparet, quod desumitur a finibus rerum. Alterum ex artibus & inventis non pridem apud homines notis mundi in tempore ortum infert. Tertium periculum urget, in quod se conjiciunt Athei, nullo ex sententia sua lucro sperando. Attributa divina pleaque, puta unitatem, simplicitatem, spiritualitatem, immutabilitatem, veracitatem, bonitatem, justitiam, misericordiam, immensitatem, æternitatem, infinitatem cum *Cartesians* ex summa Dei perfectione concludit. In scientia, voluntate & omnipotentia Numinis explicanda *D. Thomam Aquinatem* sequitur. De creatione docet, 1 solum Deum esse increatum, quia solus est ens perfectissimum, ubi contra possibilitatem creationis mundi ab æterno disputat: 2 creaturam posse esse causam occasionalem creationis, quia fieri potest, ut Deus aliquam creaturam producat ad votum alterius: 3 nullam creaturam virtute propria aliquid creare posse, quia nihilo esse non potest dare. Conservationem pro continuata creatione habet & sine ea creaturas in esse suo perseverare non posse censet, quia existentiam a voluntate Dei habent. Quæ de providentia & præscientia Dei habet, non abhorrent ab iis, quæ vulgo de hac materia traduntur. Concursum vero divinum his propositionibus explicat. Nimirum 1 Deum corpora omnia movere physice, quia omnem motum iisdem tribuit: 2 motionem corporis non esse actionem Dei a creatione & conservatione corporis distinctam, quia est successiva corporis in diversis locis conservatio: 3 Deum physice movere intellectum creatum, quatenus ipsum indefinenter illuminat, quia movere intellectum idem est ac ipsum determinare ad percipiendum. 4 Deum voluntatem creatam physice movere

&amp; præ-

& pramovere pramotione generali, qua nempe ad bonum generatim contendit, cum creatura nihil, adeoque nec hanc prapensionem ad bonum habeat a se ipso: 5 Deum etiam physice movere voluntatem humanam motione speciali per gratiam ad actus bonos & supernaturales fidei, spei ac charitatis, quia operatur in nobis & velle & perficere pro speciali sua benevolentia: 6 Deum movere voluntatem humanam motione speciali ac morali, quia modo iustæ suæ vindictæ, modo misericordiæ exempla nobis ob oculos ponit, modo sacrorum præconum ministerio ad meliorem vivendi rationem nos adhortatur: 7 Deum concurrere cum voluntate creata ad singulos actus illius, quia in singulis momentis mentem in esse non modo simpliciter, sed etiam in esse tali, nempe in esse volentis conservat, & ad illius votum organa corporea disponit, ut ipsi obsequantur: 8 Deum non pramovere physice pramotione speciali, ut statuunt *Thomistæ*, voluntatem creatam in actibus liberis, quia alias eam ad peccatum determinaret: ubi & in sequentibus contra *Thomistas* de pramotione physica fusius disputat. De angelis pauca tradit, tum quia hoc argumentum non plane philosophicum est, tum quia magna ex parte conjecturis potius, quam veris rationibus est subnixum. Examinat definitionem angeli scholasticam, qua esse dicitur spiritus creatus, suo modo completus, & deinde ad quæsitâ nonnulla, nempe utrum angelorum existentia ad fidem Christianam pertineat nec ne, an existentia angelorum ratione naturali demonstrari possit, num angeli ante mundum corporeum fuerint conditi, num diversæ angelorum species a Deo fuerint procreatæ, num singulis hominibus datus sit angelus custos, num angeli sint in loco, num moveri possint, num visibilia simul & invisibilia cognoscant, qua ratione sese invicem alloquantur, vulgata responsa subjicit. De mente denique humana disquiri, quid ea sit, quomodo se ipsam cognoscat, an demonstrari possit immortalis, quid sit intellectus, quid voluntas & libertas, quid habitus naturales. Animam definit per substantiam spiritualem & cogitantem, ad imaginem & similitudinem Dei creatam. Spiritualitatem corporis probat, qua notiones substantiæ cogitantis & substantiæ extensæ sunt diversæ,

ita ut una alteram positive & complete excludat. Mentem suam  
 nam cognoscere se ipsam per sensum intimum ait, quo sibi con-  
 scia est existere se & cogitare. Vitam ejus consistere in cogita-  
 tione, cum Cartesianis statuit. Ipsam immortalem esse probat,  
 quia a corpore sejuncta subsistit & vivit, nec 2 inferioris condi-  
 tionis est, quam alia inferioris ordinis substantia, etenim e. gr.  
 ramum a trunco avulsam, etiam combusto trunco debere re-  
 manere. Addit 3 consensum omnium sanæ mentis hominum  
 & quod impiorum in hac vita sæpe sint prospera, piorum autem  
 sinistra fata. Negat in nobis extare intellectum agentem, quia  
 mens fabricare nequit ideas, antequam percipit: mentem adeo  
 humanam extrinsecus ideas recipere, nempe a Deo, quia ab ob-  
 jectis in eam immitti nequeunt. Defendit ideas innatas inducti-  
 one plurium exemplorum usus & quatuor modos percipiendi,  
 quos *Malebranchius* in opere de inquisitione veritatis com-  
 memorat, explicat. Ideas adventitias vel nullas esse pronunciat, vel  
 falsas aut confusas; factitias ex innatis componi, vel ex con-  
 junctione sensationis intus cum idea clara produci. Volunta-  
 tem cum Scholasticis definit per facultatem, quæ bonum gene-  
 ratum ab intellectu exhibitum prosequitur & aversatur. Liber-  
 tatem duplicem distinguit, quarum altera est libertas a coactione,  
 altera a necessitate inclinationis naturalis. Priorem men-  
 ti tribuit; posteriorem minus. Judicium cum *Carteso* ad vo-  
 luntatem refert, non ad intellectum & omne judicium volun-  
 tarium pronunciat. Denique habitum appellat qualitatem pri-  
 mæ speciei advenientem potentiz eamque juvantem ad ope-  
 randum.

### TRAITÉ DE LA POLICE.

h. e.

**TRACTATUS DE CURA FELICITATIS ET  
 disciplinæ civilis, ubi historia magistratuum, quibus illa de-  
 mandari solita est, eorumque jura & officia, leges item ac  
 edicta, quibus continentur, explicantur: accedit Descriptio  
 historica & topographica urbis Parisinæ, & collectio statuto-  
 rum, quibus sex mercatorum, & reliqua omnia opifi-  
 cum & artificum Collegia reguntur. Tomi II.**

Pari-

Parisii, apud Jo. & Petrum Cot, T. I 1705, T. II 1710,

fol. reg.

Alph. 18.

**N**unc demum operis hujus recensioem damus, quod cum hactenus imperfectum fuerit, spes ejus continuandi nuper demum affulsit. Proposuit sibi Autor, quem ex privilegio agnoscimus esse Du. de la Mare, Consiliarium Regium in judicio Castellj Parisini (*Conseiller commissaire du Roi, en son Chastellet de Paris*) quicquid ad felicitatem vitæ civilis conducit, & vel ad animi, vel corporis ac fortunæ bona pertinet, opere isto completi. Singularem rerum, quæ in hoc campo occurrunt, naturam primum & ad rempublicam relationem expendit: postea ex antiquitate sacra & profana illa illustrat, & sic denique Gallorum suorum leges & instituta, quorum præcipue causa labor omnis susceptus est, deprimit. Facile credimus Nobiliss. Autori, tædii & difficultatis plenam fuisse operam, tot veteres chartas ex archivis scriniisque variorum Collegiorum eruere. Sed laudat amicorum duorum auxilia, in Græcis & Latinis Cl. Baudelotii, in Gallicis autem Domini Rousseau, Auditoris Regii in suprema rationum curia, (*Auditeur des Comptes*) Parisinarum rerum peritissimi. Primus itaque liber inquit, quibus consiliis & magistratibus veteres populi, Ebræi in primis, Græci, & Romani, civilis vitæ disciplinam sanciverint, ac tum per quos gradus Franci sensim sensimque ab antiquæ barbarie ad politioem vivendi habitum pervenerit. Cum vero Parisinæ urbis disciplina ante alias semper aulæ, cui domicilium præbuit, ob nobilitatem & magnitudinem suam curæ fuerit, ac reliquarum regni urbium judicia & instituta ad hujus instar fere composita sint, Autor quoque metropolin illam in exemplum producit, jungitque topographiam, & octo tabulas ichnographicas, quibus diversa ejus facies delineatur.

Liber II sacris destinatus est. Probare primum nititur, ab omni tempore, sub Veteri & Novo Testamento, curam externi cultus, cujus tanta in Republica necessitas, peculiari Magistratui fuisse demandatam, Tum quomodo sacra Christiana

Galliis illata, & quæ Romanæ Ecclesiæ causa adversus Valden-  
ses, Reformatos, & Jansenistas acta sunt, persequitur, quæque  
circa externa pro sancte habenda die Dominica, & diebus festis,  
pro jejniis, pompis, peregrinationibus, sectis & sodalitiis reli-  
giosis boni ordinis causa, ut ad finem religionis accedant, con-  
stituta sunt.

Liber III de moribus inscribitur. Tituli 1, 2, 3 & 4 agunt  
de luxuria, cui homines indulgere solent in cultu corporis, ædi-  
ficiis, supellectile & epulis, tum & de spectaculis ac ludis, quo-  
rum historia exponitur. Addidit cuius malo remedium suum,  
leges sumtuarias Græcorum, Romanorum, & quibus vel licen-  
tia theatri coercita, vel ludorum pars prohibita. Titulus 5, 6 &  
7 continet, quæ in mulieres corpore merentes, blasphemos, ma-  
gos, hariolos, & omne id divinatorum genus statuta sunt. Non  
minus enim interest reipublicæ, vitia & noxias artes coercere,  
quam frugi homines ad virtutem & industriam præmiis excitare.

Post animorum curam, liber IV corpori consulit, qui curandæ  
civium valetudini, dicatus est. Quæ cum fere ex aeris, aquæ, &  
alimentorum natura pendeat, collecta sunt hoc libro edicta, qui-  
bus prohibetur, ne animalia, opificia, ac operæ, quæ foeditatis  
aliquid habent, in urbe tolerentur, ne sordes ejus & purgamen-  
ta in fluvium deriventur, & quæ panis, carniû, piscium, bu-  
tyri, lactis, pomorum, vini, & cerevisiæ, ne quid inde detrimen-  
ti capere sanitas corporum possit, curam gerunt.

Liber V ad victum spectat hominum pecudumque. Agri-  
culturæ, piscaturæ, vini culturæ, ac horti culturæ originem, va-  
rias partes, modosque explicat, ac quomodo ad illa excitari ho-  
mines possint, & quibus finibus circumscribi commercia illa de-  
beant. Digna in primis lectu sunt, quæ adversus sterilitatis mi-  
serias excogitata fuerunt remedia, & quanta cura, quantisque  
sumptibus Rex Christianissimus famem, qua exeunte sæculo præ-  
terito Gallia affligebatur, expugnaverit.

Hæc est priorum Voluminum materia, sed non inoppor-  
tunum forte est, reliquorum etiam, quæ, ut accepimus ab amicis,  
proxime sequentur, augmentum in antecessum delineare, ut in-  
tegrî operis conspectus luculentius prodât, quamadmodum ad  
singula.

singula civium commoda atque incommoda attemperari leges debeant. Docebit itaque liber VI officium Magistratus politici, circa ædificia, vias publicas, ubi de tabellariis agetur, & plateas, earumque pavementum & elegantiam.

Liber VII securitati publicæ destinatur, quæ belli tempore & hostili vi, & seditionum audacia, & licentia militari turbari solet, ac sæpe etiam ab occultis exploratoribus: in pace autem casibus fortuitis, improvidorum hominum culpa, furum, impostorumque scelere, aperta vi, clandestinis fraudibus, libellorum audacia, contentionibusque & grassationibus nocturnis frequenter violatur.

Librum VIII occupabunt scientiæ, artesque liberales, & subsidiariæ illarum. Ad Medicinam instituta Pharmacopolarum, tum & Chirurgorum leges referet; liberalibus artibus typographiam, geographiam, scribendi, pingendi, sculpendique artes comites dabit. Inde ad commercia transibit liber IX & X, quæ in artium mechanicarum vigorem & incrementa excogitata sunt, tradet. Descendet tandem liber XI ad famulitium & operarios homines, ac liber XII ad curam pauperum, quam & religio & disciplinæ ac securitatis publicæ studium Principi commendat, & magni inde in commercia insuper & operas manuaras redundantes fructus.

**JOANNIS BAPTISTÆ VERNA, LANCIANENSIS, Phil. ac Med. Doctoris & Vigiliensis Physici primarii, Princeps acutorum morborum Pleuritidis.**

Venetii, quod Laurentium Basilium sub signo  
auroræ. 1713, 4.

Alph. 1 plag. 2½.

**P**leuritidem principis morborum titulo dum Autor Cl. insignit, Hippocratis vestigia non minus quam in toto hujus scripti decursu videtur pressisse, quod ille Naturæ librum præ ceteris veterum Medicorum optime calluerit. Omnem vero de tali affectu morbido tractatum Noster sex absolvens partibus, in prima harum Pleuritidis naturam, in altera causas ejusdem, in ter-

Galliis illata, & quæ Romanæ Ecclesiæ causa adversus Valden-  
ses, Reformatos, & Jansenistas acta sunt, persequitur, quæque  
circa externa pro sancte habenda die Dominica, & diebus festis,  
pro jeuniis, pompis, peregrinationibus, sectis & sodalitiis reli-  
giosis boni ordinis causa, ut ad finem religionis accedant, con-  
stitutæ sunt.

Liber III de moribus inscribitur. Tituli 1, 2, 3 & 4 agunt  
de luxuria, cui homines indulgere solent in cultu corporis, ædi-  
ficiis, supellectile & epulis, tum & de spectaculis ac ludis, quo-  
rum historia exponitur. Addidit cuius malo remedium suum,  
leges sumtuarias Græcorum, Romanorum, & quibus vel licen-  
tia theatri coercita, vel ludorum pars prohibita. Titulus 5, 6 &  
7 continet, quæ in mulieres corpore merentes, blasphemos, ma-  
gos, hariolos, & omne id divinatorum genus statuta sunt. Non  
minus enim interest reipublicæ, vitia & noxias artes coercere,  
quam frugi homines ad virtutem & industriam præmiis excitare.

Post animorum curam, liber IV corpori consulit, qui curandæ  
civium valetudini, dicatus est. Quæ cum fere ex aeris, aquæ, &  
alimentorum natura pendeat, collecta sunt hoc libro edicta, qui-  
bus prohibetur, ne animalia, opificia, ac operæ, quæ foeditatis  
aliquid habent, in urbe tolerentur, ne sordes ejus & purgamen-  
ta in fluvium deriventur, & quæ panis, carniû, piscium, bu-  
tyri, lactis, pomorum, vini, & cerevisiæ, ne quid inde detrimen-  
ti capere sanitas corporum possit, curam gerunt.

Liber V ad victum spectat hominum pecudumque. Agri-  
culturæ, piscaturæ, vini culturæ, ac horti culturæ originem, va-  
rias partes, modosque explicat, ac quomodo ad illa excitari ho-  
mines possint, & quibus finibus circumscribi commercia illa de-  
beant. Digna in primis lectu sunt, quæ adversus sterilitatis mi-  
serias excogitata fuerunt remedia, & quanta cura, quantisque  
sumptibus Rex Christianissimus famem, qua exeunte sæculo præ-  
torito Gallia affligebatur, expugnaverit.

Hæc est priorum Voluminum materia, sed non inoppor-  
tunum forte est, reliquorum etiam, quæ, ut accepimus ab amicis,  
proxime sequentur, augmentum in antecessum delineare, ut in-  
tegrî operis conspectus luculentius prodât, quamadmodum ad  
singula.



singula civium commoda atque incommoda attemperari leges debeant. Docebit itaque liber VI officium Magistratus politici, circa ædificia, vias publicas, ubi de tabellariis agetur, & plateas, earumque pavementum & elegantiam.

Liber VII securitati publicæ destinatur, quæ belli tempore & hostili vi, & seditionum audacia, & licentia militari turbari solet, ac sæpe etiam ab occultis exploratoribus: in pace autem casibus fortuitis, improvidorum hominum culpa, furum, impostorumque scelere, aperta vi, clandestinis fraudibus, libellorum audacia, contentionibusque & grassationibus nocturnis frequenter violatur.

Librum VIII occupabunt scientiæ, artesque liberales, & subsidiariæ illarum. Ad Medicinam instituta Pharmacopolarum, tum & Chirurgorum leges referet; liberalibus artibus typographiam, geographiam, scribendi, pingendi, sculpendique artes comites dabit. Inde ad commercia transibit liber IX & X, quæ in artium mechanicarum vigorem & incrementa excogitata sunt, tradet. Descendet tandem liber XI ad famulitium & operarios homines, ac liber XII ad curam pauperum, quam & religio & disciplinæ ac securitatis publicæ studium Principi commendat, & magni inde in commercia insuper & operas manuaras redundantes fructus.

**JOANNIS BAPTISTÆ VERNA, LANCIANENSIS, Phil. ac Med. Doctoris & Vigiliensis Physici primarii, Princeps acutorum morborum Pleuritis.**

Venetis, quod Laurentium Basilium sub signo  
auroræ. 1713, 4.

Alph. 1 plag. 2½.

**P**leuritidem principis morborum titulo dum Autor Cl. insignit, Hippocratis vestigia non minus quam in toto hujus scripti decursu videtur pressisse, quod ille Naturæ librum præ ceteris veterum Medicorum optime calluerit. Omnem vero de tali affectu morbido tractatum Noster sex absolvens partibus, in prima harum Pleuritidis naturam, in altera causas ejusdem, in ter-

tia

tia diagnofin, in quarta prognofin, in quinta curam variis capitibus expendit, & in fexta Pleuriticorum XV hiftorias ex Epidemiis Hippocratis, commentario dilucidat. Ex omnibus tamen fpeciminis gratia duo tranfcripfiſſe fufficiat, quæ præ aliis principaliora & magis paradoxa, pro totius operis geminis veluti cardinibus ab ipſo reputantur Autore. Prius contra vulgatiffimam & communem Medicorum fere omnium ſententiam habetur, de via modoque, quibus ſputum pleuriticorum excernatur, deque ejus natura; poſterius autem opponitur Recentioribus, qui ad Eriſiſtrati & Helmontii ductum a miſſione ſanguinis in pleuritide penitus deprehenduntur abhorrere. Nempe qui ſanguis, ſub principio pleuritidis veræ & ſingularis ſive ſolitariæ, in qua ſola pleura inflammatur, aliquando cum ſalute multus & purpureus obſervatur excerni, cum neutiquam a pulmonibus cum pleura plerumque non cohærentibus, ſed ab arteria potius, vel bronchiali, vel carotide, pariter ac ſputum cruentum, in quo cruor iſte proportione diverſa humori viſcido, in tracheæ atque oris glandulis ſecreto, admiſcetur, fuſius Noſſer deducit. Si namque ſanguinis motus per pleuræ arterias intercoſtales inferiores ſufflamigaretur, per ramulos arteriæ bronchialis, ab aortæ trunco deſcendente cum iisdem arteriis intercoſtalibus inferioribus erutz, & non tam a Ruysſchio, quam ab Eriſiſtrato ſub arteriæ concavæ titulo inventæ, a ſanguine lento, ibidem non minus ſucceſſive congeſto, parari exitum, cum vice verſa ſanguis, per superiores pleuræ arterias intercoſtales influere impeditus, alteram potius arteriarum Carotidum, communem cum illis exortum ab arteriæ magnæ aſcendente vulgo dicto trunco habentium, ſub tuſſi ſoleat perſumpere. Nec diſſimili ratione ſanguinem ſubinde in pleuriticis per nares, vomitum, hæmorrhoides, uterum &c. ſalutariter exonerari adjungit, in ſiſtema tantummodo fibroſum validius, cauſam rejiciens, quoties ordo inverteretur, & cruor v. g. e ramis arteriæ carotidis emitteretur, etiamſi pleura, ſub cõſta quarta ramulos arterioſos ab intercoſtalibus inferioribus obtinens, exiſteret inflammata. Hinc quemadmodum venæ ſectionis, etiam repetitæ, inſignem in pleuritide utilitatem, ratione, autoritate & autopſia ſua experientia

con-

confirmat atque ab Helmontii objectionibus vindicat, ita inter alia ad Monialem aliquam in sexagesimo octavo ætatis anno constitutam provocat, in qua, ex pleuritide lateris sinistri decumbente, sanguis non modo ex pede ac brachio ad uncias viginti arte chirurgica, sed & per mictum cruentum atque hæmorrhoides a natura ipsa eo successu fuisset evacuatus, ut ægra post decimum quartum diem perfecte convaluerit.

THE MATHEMATICAL AND PHILOSOPHICAL  
Works of the right Reverend JOHN  
WILKINS &c.

h. e.

OPERA PHILOSOPHICA ET MATHEMATICA  
*Viri summe Reverendi JOANNIS WILKINSII,*  
*nuper Episcopi Cestriensis.*

Londini, apud J. Nichollon, B. Tooke & R. Smith, 1708, 3.

Alph. 1 plag. 15.

CONTinentur in his operibus Tractatus quinque. Primus **C**eorum A. 1638 in 4 primum lucem aspexit, nunc quinta vice recusus. In eo Autor probat, non improbabile esse, quod in Luna dentur animalia & homines, atque prolixè persequitur ea, quæ de Luna hodie in Astronomia ostenduntur, scilicet quod sit corpus solidum, compactum & opacum, quod lumine Solis ac Telluris mutuatitio resplendat; quod in ea sint maria, montes, valles, planities; quod atmosphaera Lunam ambiat, & quæ his gemina existunt. Hic Tractatus annò superiori 1714 in Germanicam linguam fuit translatus. Secundus A. 1640 in 8 primum & nunc quinta vice prodiit. In eo probatur, Tellurem esse e numero planetarum: ubi ea reperies, quæ ab Autoribus disputari solent, quando systema mundi *Copernicanum*, hoc est, verum contra vulgi somnia defendunt. Tractatus tertius A. 1641 prima, nunc tertia vice publicatus, stenographica artificia nonnulla explicat. Quartus denique, sub splendido titulo *Magiz Mathematicæ* A. 1648 editus, & nunc quinta vice recusus,

R

sub

sub *Archimedis* nomine potentias mechanicas simplices, & sub *Dadali* titulo varia automata describit, qualia sunt currus a vento promovendi, columba *Architæ*, aquila *Regiomontani*, machinæ ad volandum necessariæ. Sub finem ex Transactionibus Anglicanis A. 1668 subjungitur Autoris tentamen de lingua philosophica & caractere reali. Specialiora non addimus, quia aliunde jam constant, quæ in his Tractatibus habentur.

**JO. LAURENTII LUCCHESINII, ESOCÆSESU,**  
*Encyclopædia, Panegyrici & Saryæ. Libri III.*

Romæ, typis & sumptibus Georgii Plachi, 1708. 8.

Alph. I plag. 2½

**Q**UÆ Clarissimus Lucchesinius in volumine hoc exhibet carmina, nitida omnino sunt, & comprobant, eum varii Poetarum celebriorum styli sedulum æque ac felicem satis imitatore esse. Quandoquidem non unum solum Poetarum, sed Virgilium nonnunquam, quandoque Horatium, Propertium, Ovidium, Lucretium, Persium, Lucanum, Statium, & Claudianum est æmulatus, de quibus, ubi de Carminis Heroici Idea Prolusionem præmittit, concinna judicia promit. Tanta & in pangendis versibus ejus alacritas attendenda est, ut, cum Romæ A: 1662 in honorem nati Galliarum Delphini a Cardin. Antonio Barberini ignes festivi ederentur, & luna nubibus velata se solennibus hisce subduxisset, ipse hac instante nocte carmen satis prolixum elaboraverit & sequenti mane in Collegio Romano dixerit; ubi quoque alia plurima tum ab Autore, tum ab Alumnis Collegii istius variis pronunciata sunt. Cui jungendum aliud in Iridem, quæ prope Vaticanum effulsit A. 1676 eodie, quo coronatus est Pontif. Clemens IX, quod intra septem horas ex tempore, quod ajunt, elaboratum, Clementi post meridiem traditum est. Liber I antea seorsim editus, jam cum reliquis recusum tantum est, ubi in principio contendere nititur Autor, Philosophum aut Theologum nullum esse posse, qui non sit præclarus etiam Rhetor; nec Oratorem aut Poetam numeris omnibus absolutum, qui non præstet humanis omnibus divinisque

que doctrinis. Quam etiam ob rem Encyclopædiæ nomen his meditationibus imposuisse videtur. Librum claudit Ars Rhetorica, Locis Topicis, Figuris, & Præceptis quibusdam Aristotelis, carmine comprehensis, absoluta. Quæ duo in medio concludunt varia: Satyras, ut in Criticos; Epinicia, ut in Victorias Jo. Casimiri Polon. Regis, de Moschis 1661 relatas; Carmen in annum Censum Regni Neapolitani Alexandro VII Pontifici 1663 delatum, &c. Neque minus illis, qui sacra Poesi delectantur, Autor satisfacit, qui Librum II totum his consecravit. Tandem Lib. III alias quasdam Heroum & factorum heroicorum laudationes exhibet, ut Ludovici XIII capta Ruppella; in Carolum II Hisp. Genethliacon; in Vexillum Turcicum a Jo. Sobieskio, Polon. Duce, postea Rege, 1674 Clementi X consecratum, &c. Quæ omnia, genere plurima Heroico, Elegiaco paucissima, scripta deprehendes.

**CHRISTIANI SCHOETTGENII DE SECTA  
Flagellantium Commentatio.**

Lipsiæ, apud Jo. Christ. Martini, 1711, 8.

Plag. 9.

**E**ffugerat diligentiam nostram opusculum hocce; quum vero summis viris non displicuisse, & præcipue a Celeb. Lantant, ut ex Actis nostris M DCC XIV mense Jun. p. 286. constat, commendatum esse videamus, inter omnia illud repetere liceat. Quæ in dedicatione de antiquitate urbis Wurcensis proferuntur, jam mittimus, quia Chronicon ejus urbis, quod Autor promisit, brevi ad umbilicum perveniet. In Præfatione discrimen ostenditur inter laborem Abbatis Boileau, *Histoire des Flagellans*, & hoc opusculum. Illud quippe integræ Flagellationum historiam delineat, inde a temporibus V. T. hoc vero sectam saltem, quæ seculo præcipue XIII & XIV floruit.

Absolvitur libellus capitibus quinque, quorum primum varia Flagellantium nomina enumerat, qui dicebantur Plagiferi, Cruciferi, Crucifigeri, Crucifratres, Circumcelliones, Begardi, Fratres in albis &c. Ubi tamen notandum, Flegelorum  
R 2 & Ben-

& Benglerorum nomina, quæ Autor adduxit, huc non quadrare, quippe qui peculiare tumultus, eodem tamen tempore, concitarunt. Occasionem & causas sectæ Flagellantium enarrat c. 2, quales sunt vel generales; ut Satanas, qui & suos in his terris habet martyres; Romanorum Pontificum tyrannis, qui homines a vero cultu ad persuasionem de operum suorum bonitate abducebant. Huc accedebant seculi ruditas, quæ non permittebat de omnibus recte sentire; cleri malitia, & magistratus quoque politici vitia, quibus omnia pessum ire cogebantur. Ad speciales vero causas pertinet spontaneæ flagellationis inventio, quæ seculo XI, autore, ut quidam volunt, Petro Damiano, ortum traxit. Tum quoque bella Italix intestina, & ingens per Germaniam & Galliam pestis, quæ homines atrocitate sua ad novam hanc religionem compellebant. Actiones flagellatorum c. 3 leguntur, ubi 2 eorum personæ describuntur; fuisse nempe inter eos plures maleficos, sub religionis specie varia crimina committentes, mulieres item, viros nobiles & doctos, pueros, qui quæ ab aliis fieri videbant, more solito imitabantur, nec non ex clericis aliquos, qui velut fax & tuba, totius rei fuerant autores. 2 Requisita, quorum tria præcipue memorantur. Nemo enim inter illos recipiebatur, nisi ad quem singulis diebus quatuor denarii, h. e. tres fere grossi Minici redirent, ne mendicando aliis esset molestus. Tum quoque requirebatur, ut inimicis omnia condorrerint, & peccata omnia confessi essent, & ne conjux sine alterius consensu ordinem ingrederetur. 3 Habitus, qui erat tristis & peccatorum penitentiam præ se ferens, in quo tamen pallium cum crucibus observabatur, & flagellandi tempore dimidia corporis pars denudata. 4 Ipsa flagellatio, quæ fiebat in morem processionis, ut bini procederent, lugubre carmen concinerent, & flagellis se mirum in modum lacerarent. 5 Dogmata, quæ numero LVI afferuntur, in quibus quædam non improbantur, a Papismo quippe abeuntia, quædam vero mirum Fanaticismum sapiunt. 6 Facta quædam alia, eaque tum mala, ut adulteria, cædes, & alia, quæ sub religionis prætextu perpetrabantur: tum bona, ut quidam illorum temporum historici volunt, qui referunt,

mul-

multas in ipsis eluxisse virtutes, humilitatem, seriam criminum confessionem, odium usurarum & rapinarum &c. Quæ tamen non immerito Autori nostro, ex superstitione quippe ortæ, pro suspectis habentur. Capite quarto historia hujus sectæ pertextitur, quæ A. 1260 Perusiz in Italia coepit, autore Rainerio quodam, monacho, qui occasione motuum inter Guelfos & Gibellinos tunc vigentium homines ad veram agendam poenitentiam adhortatus est, suoque exemplo reliquos ad flagellationem instigavit. Incessit statim ista religio multorum animos, ut per varias Italiz civitates flagellatorum processiones frequentarentur. Eodem & sequente anno trans Alpes in Bavariam, Bohemiam & Misniam pervenerunt, nec postea, nisi raro admodum, vixi sunt. Sequenti vero seculo A. 1348 & 1349 occasione pestis rigidioris revocata est flagellandi consuetudo, primum quidem in Franconia, perrexit vero Basileam, Argentoratum, Treviros, Spiram, ex altera vero parte in Bohemiam, Misniam, Thuringiam, Magdeburgensem & inferioris Saxoniz terras: tandem quoque ad exterarum provinciarum & regna pertigit, Galliam, Flandriam, Angliam, Poloniam & Italiam. Seculo XVI Henricus III Galliarum Rex isto flagellandi more delectatus cum aliarum suarum proceribus & reliquis multitudine hoc poenitentiz genus publice sustinuit. Ex quo tempore non amplius Flagellatorum vel nomen vel ritus inauditus est. Ultimo capite variorum de hac secta judiciorum exponuntur, quorum quædam ipsis favent, inter quæ est Vincentii Ferrerij ordinis Prædicatorum, qui mirifice Flagellatoribus favit, unde in Constantiensi Concilio de ipso ad meliorem frugem revocando actum est, & Joannes Gerson id ipsum epistola ad eundem perscripta, quæ integra insertitur, facere conatus est. Alii vero sequitur de ipsis judicaverunt, eosque Antichristi præcursores statuerunt. A Romanis quoque Pontificibus excommunicati, ab Academia Parisina damnati, & a magnis eo tempore viris, Jo. Gersone, Hermanno de Schildis Osnabrugensi Theologo, & Joanne ab Indagine scriptis publicis refutati sunt. Gersonis opusculum integre hic insertum est, reliquæ vero duæ, quæ nondum editæ sunt, rogat Autor, ut eruditi, quibus eorum copia facta est, secum communi-

cent. In Gallia vero Seculo XVI flagellatio quidem ab Edmundo Angerio, qui Regi a sacris confessionibus erat, defensa est, posteaque Arresto Servini, Advocati Generalis, eruditissime prudentissimeque conscripto, plane prohibita.

**ORIGO ET GENEALOGIA GLORIOSISSIMORUM Comitum de Habsburg, ex antiquis monumentis cœnobii Murenfis demonstrata; Autore DOMINICO, dicti monasterii quondam Abbate.**

Typis veteris Principalis monasterii Murenfis, 1702, 8.

Plag. II.

**L**ibellus iste, ut ex concessione imprimendi apparet, jam A. 1651 editus erat, sed quia monasterii typis prodiit, non admodum cognitus est Viris eruditis, neque ad nos iterata editio, nisi nuper, perlata est, unde paucis ejus faciem delineabimus. Autoris nomen integrum erat *Dominicus Tschudi*, Monasterii jam dicti Abbas, qui ex Murenfibus monumentis, diplomatibus scilicet & libro foundationis, sequentem Habsburgensium Ducum seriem contexit.

Guntramnus, Comes de Altenburg, cogn. Dives A. 950.

Kanzelinus, Comes de Altenburg

---

Radeboto, Rudolfus. Lancelinus. Werenharius, Strasburgensis Episc. & castri Habsburch fundator, qui jussu Werenharti castri Habsburg exstruxit.

---

Wernherus I Comes de Habsburg Richenza Comit. de Lenzburg. cogn. Pius † 1096.

---

Otto Comes de Habsp. cogn. Doctus, Adelbertus. Ita de Thierstein.

---

Wernherus II Comes de Habsp. Adelheidis de Huneburg. Adel-



---

Adelbertus I. Com. de Habsp. Gertrudis de Richenza de  
 cogn. Dives † circa A. 1199. Monmpelgard. Fierrito.  
 Conjux Ita Com. de Pfalendorff.

---

Rudolphus I. Com. de Habsp. Comitissa de  
 Conjux Agnesa filia Gottfridi Liningen.  
 de Stœffen.

---

Albertus II. Comes de Rudol- Wern- Helwiga, Gertrudis,  
 Habsp. postea Canon. phus. herus. uxor Her- uxor Lü-  
 Argentinensis & Basile- manni dovici  
 ensis, cogn. Sapiens. Com. de Com. de  
 Conjux Helwiga filia Froburg. Froburg.  
 Ullici Com. de Chiburg  
 circa A. 1240.

---

RUDOLPHUS II. Comes de Habsp. Hartmannus.  
 IMPERATOR ROM.

Quod si quis conferat hoc schema cum tabulis aliorum Habspurgensem familiam exhibentibus, videbit, quanta sit inter illas diversitas, & quo jure Habspurgensium Comitum titulus jam seculo VII obtinuerit, quum castrum Habspurg nondum esset extructum. Alia ex eodem libello petenda sunt, unde tabulæ hactenus vulgatæ suppleri & emendari commodissime poterunt.

Jure ergo Autor noster Habspurgicarum rerum autoribus succenset, Lazio, Gerh. de Roo, & præcipue Guillimanno, quem sæpius refutat, & p. 97. hæc de illo profert: *Hæc Guillimannus, quem virum sane præstaret, aut monasterii nostri Murenfis archivum nunquam intrasse, aut ea, qua inde hauserat, majori studio, cura, & fide tractasse: nam vel unico isthoc tam pernicioso errore parum absuit, quin antiqua & authentica scripturarum documenta, quibus ubique in suis Habspurgiæ utitur & gloriatur, viris doctis de veritate suspecta redderet.*

Alia occurrunt in hoc scripto ad historiam earum regionum facientia, quæ vero a nobis delibari non possunt. Unicum saltem circa Advocatiam Murenfis monasterii proferemus. **Werenha-**

renharius Argentinenesis Episcopus ejusdem fundator, Abbati facultatem concedit, ut ex familia Habsburgica Advocatum eligere, & si quis monasterio injuriam faciat, hoc abjecto alium ex eadem familia assumere possit. *Hoc adjecto*, sunt ejus verba p. 12, *ut, si masculinus sexus in nostra generatione defecerit, mulier ejusdem generis, qua eidem castro Habesburcb hereditatis jure presideat, Advocatiam a manu Abbatis suscipiat, quam Advocatiam neque ab Rege, neque alia persona, nisi a solo Abbate, cuique suscipere liceat.* Sub finem p. 124 exstant quædam carmina a Cantore Murenensis monasterii in Rudolphum Imp. concinnata, quæ seculi illius simplicitatem & ruditatem satis ostendunt.

In appendice occurrit primo notitia eorum Comitum Habsburgicorum, qui in laudato monasterio humati sunt, deinde Actus quidam scenicus, qui sub titulo Pandoræ in honorem gloriosissimæ domus Austriacæ in theatro dicti cœnobii A. 1702 præfente Comite de Trautmannsdorf fuit exhibitus.

SOME ACCOUNT OF THE LIFE AND WRITINGS  
of the late pious and learned M. JAMES OWEN.

i. e.

RELATIO VITAE ET SCRIPTORUM PII  
doctique Viri, JACOBI OWENI, verbi Divini  
nuper Ministri Salopiensis.

Londini, apud Johannem Lawrence, 1709, n.

Plag. 10.

**O**peræ pretium fecit Vir Cl. Johannes Evansius, quod vitam Jacobi Oweni, doctissimi nuper in Anglia Theologi, a Carolo Oweno conscriptam, publicavit. Natus is est A. 1654 1 Nov. Brynii, in Diœcesi Abernantensi, prope Carmarthiniam: patre D. Joh. Oweno, Viro tum autoritate & probitate in illa regione, cum singulari liberos educandi cura celebri, qui filium hunc privatæ primum D. Pictonii, mox publicæ concedidit informationi. Tantus vero in illo discendi ardor notatus, ut tredecim annorum puer, neglectis omnibus, quibus gaudere solet hæc ætas, oblectamentis, non modo constanter librorum inhz-

reret

reret lectioni, sed & rarè pietatis ederet specimina. Audita enim concione a Presbytero quodam in Malach. IV, 1 habita, ita se commotum esse fassus est, ut ex illo tempore vitam ad verbi divini normam serio instituerit: ab hisce studiorum primitiis ad Academica progressus, primum se contulit Clamorganiam in Wallia Australi, ubi assidue incubuit studiis. Hinc ad reverendum D. Jac. Howelium secessit, qui multum allaboravit, ut nostrum ad Episcopalia pertraheret partes, sed frustra, quandoquidem dissentientium (sive, ut vulgò vocantur, Non-Conformistarum) cultum sacrum Scripturæ sacræ admodum conformem agnoscebat. Quare ministerio Presbyterorum associatus, primum prædicare cepit Evangelium Swanseji in Comitatu Clamorganensi, sed mox a consistorio ejectus in magnum incidit periculum, ex quo ope D. Henrici Mauritiæ liberatus, in loca Borealis Walliæ secessit. Illic pluribus innotuit, quorum sibi conciliavit amorem, præsertim jam dicti Mauritiæ, M. Hughe-  
 sji, & Thomæ Gugii, quorum studium in propaganda veræ religionis præxi, juvenisque pauperibus illo tempore præ aliis eminebat. Jactatus post hæc variis gravissimisque periculis, A. 1676 Swineum vocatur, ad prædicandum Evangelium, quod munus cum summa administraret industria & fide, accidit, ut iter faciens viam, qua eundem esset, inquireret, ubi ignotus quidam sed magnus Non-Conformistarum hostis, in quem inciderat, simulat, se ipsi viam monstraturum, cum vero habito colloquioprehenderet, Owenum Presbyteranorum addictum esse partibus, rem aliis prodit, qui expiscati, ubi concionaretur, templum armata ingrediuntur manu, ipsumque male habitum captivum abdu-  
 cunt, & Judici tradunt, a quo in carcerem detrusus fuit, cumque multi visitatum ipsum accederent, quos e carcere docere & hortari solebat, custodes additi fuere, qui aditum omnem intercluderent. Liberatus inde primas celebravit nuptias Oswestriæ, d. 17 Nov. A. 1679 cum lectissima piaque virgine Sara Georgia Oswestriensi, ex qua septem suscepit liberos, qui exceptis duobus statim mortui sunt, ipsa vero diem obiit supremum A. 1691. Mortua hac, A. 1693 ad secunda transiit vota. A. vero 1700 tertiam duxit uxorem. Oswestriæ per viginti sex annos Evangelium docuit,

P. 5.

21

- docuit, intimamque illic cum reverendo D. Philippo Henrici contraxit amicitiam. Orta circa A. 1680 magna in Anglia tempestate, quæ Protestantibus ruinam minabatur, non desitit Owenus commissum sibi gregem contra persecutiones Pontificiorum præmunire, & ad constantiam hortari. Quo tempore simul scripsit libros pro vindicanda Divinitate JESU Christi, ut & autoritate S. Scripturæ. Secutum est postea colloquium cum Episcopo Worcesteriensi, habitum Owestriæ. Præsul iste ut miti erat ingenio, ita dissentientes sive Non-Conformistas placide in viam conabatur reducere, invitabatque Owenum ad publicum hoc colloquium, qui volente ita Episcopo, secum duxit Phil. Henrici, & Jonathan. Robertum; Episcopus vero socium adsciverat Henricum Dodwellum. Præcipua quæstio erat de Ordinatione per Episcopos & Presbyteros, Episcopis successionem ordinationis Canonice ab Apostolis ad ipsos translata ita defendentibus, ut Ecclesiam, in qua illa non adhiberetur, plane rejicerent; Presbyteranis contra e sacris Literis & antiquitate affirmantibus & probantibus, autoritatem Episcopalem in Ecclesia nullo plane niti fundamento, cum neque Christus, neque Apostoli, Episcopos & Seniores Presbyteris præpouerint. Colloquio finito, libertate quidem domi docendi usus, sed mox novam expertus est persecutionem. Accusabatur
38. A. 1680, quod faveat haud obscure Pontificiis, coneturque religionem Protestantium extirpare, quam calumniam A. 1687 novem solidis refutavit rationibus. Imo & revolutionis illius magnæ, quæ A. 1688 in Anglia evenit, quamque totus orbis non sine stupore intuebatur, nunquam sine gratiarum actione recordabatur. Ceterum doctrinam de non-resistentia, sive obedientia passiva, laqueum esse dicebat, quo ad Papismum & servitum traherentur homines. Ceterum ut temporis erat parcissimus, ita & alios, præsertim studiosos Theologiz, a chartis lusoriis, & similibus ludis gravissimis rationibus dehortabatur; Ministris vero Ecclesiæ ab omni ludorum genere abstinendum esse, e Canone septuagesimo quinto Eccles. Anglic. demonstrabat.
60. Magnam felicitatis Eccles. Angl. partem in eo ponebat, quod tam cito, anno scilicet sexagesimo tertio a N. C. Evangelium

acce-

acceperint, ut quidam putant, per Josephum de Arimathia, nec  
 minoris habendum putabat, quod Deus ipsos a Pontificiorum  
 iugo per Regem Wilhelmam liberaverit. Cumque videret, so-  
 cietates de reformandis moribus in Anglia institui, bonum omen  
 id securitæ melioris disciplinæ, augurabatur. Quæ sequuntur,  
 corporis & animi exponunt dotes. Statura fuit mediocri, inge-  
 nuo vultu, gestibus ad modestiam compositis, sic ut ab omnibus  
 diligeretur, iudicio valuit in pernoscendis & dijudicandis rebus  
 peracri, linguas calluit diversas, præsertim Græcam & Latinam,  
 Hebræam quoque probe didicerat, nec hospes erat in Arabica,  
 Syriaca, Saxonica, Gallica. Historiam ita comprehenderat, ut  
 celebriores Epochas, Nationum & Rerumpublicarum origi-  
 nes, mutationes, earundemque causas prompte recensere posset.  
 Concilia & Patrum scripta cum Græcorum tum Latin. assidue tra-  
 ctaverat. Studium Biblicum vero omni præferebat lectioni, in  
 quo tantos fecerat progressus, ut non difficillima tantum loca  
 solvere, sed & verbum Dei optime *ὁρδορῶν* posset. Quamvis  
 verb illiusmodi admodum reditus fuerint, decimam tamen eor-  
 um partem in usum pauperum servabat. Paucis, ut vita ejus  
 omnium virtutum speculum, sic mors patientiæ singularis fuit  
 exemplum; calculi enim & dysuriæ doloribus afflicta animam  
 Salvatori spe & fide plenus reddidit Salopiæ A. 1706 d. 11 April.  
 cum annos explevisset quinquaginta duos. Libros edidit  
 varios & Wallica quidem lingua scripsit librum, cui titulum fe-  
 cit: *Gratia & iudicium*, in quo collegerat singularia Dei in sce-  
 leratos iudicia, & exempla divinæ gratiæ sanctis exhibita. Hunc  
 sequebatur versio Catechismi in linguam Britannicam. Tertius  
 agit *de officiis Ministrorum, & auditorum*. Quartus continet *desen-  
 sionem Baptismi Infantum*. Quem quintus excepit: *Vindicia* scil.  
 prioris *de Baptismo Infantum*. Anglice quoque edidit A. 1699 Apo-  
 logiam pro ordinatione Scripturaria, ubi decem probat argu-  
 mentis, ordinationem Presbyterorum sine Episcopis esse vali-  
 dam. A. 1696 Concionem, qua gratiæ Deo pro conservatione  
 Regis Wilhelmi aguntur, A. 1697 Vindicias pro Ordinatio. contra  
 Thomam Gipsium, quibus novas A. 1699 addidit, A. 1701 Præ-  
 fationem scripsit, Delmeri Methodo concionandi præmissam.

p. 66.

97.

100.

A. 1703 impressus est tractatus, de virtute Moderationis, in gratiam Non-Conformistarum. A. 1704 defensionem hujus libelli edidit. A. 1706 lucem adspexit Historia Consecrationis templorum & altarium. Inter ineditos recensentur Vindiciae Britannicæ, opus dignum, ut lucem adspiciat, quod sperat Autor futurum, cum Owenus illud ad finem jam produxerit. De *Historia ejus Imaginum* vide Acta nostra A. 1713. Mense Sept. p. 407. Eodem tempore totam historiam Ordinationis et Propositionibus includere constituerat, sed 10 saltem ante mortem absolvit. Quæ in recensione vitæ sequuntur, continent elegantissimam Epistolam, qua studiosis Theol. & Ministris Eccles. cum dignitatem tum gravitatem sacri muneris proponit, ita ut loco Eschiridii Evangelici esse possit, sed hæc perinde ut quæ tribus contra Socinianos & Deistas inclusit sectionibus, cum ita argumentis connexa sint, ut divelli non possint, harum rerum cupidis legenda permittimus.

TWELVE DISCOURSES CONCERNING THE  
Wisdom and Godness of God &c.

h. e.

*DE SAPIENTIA ET BONITATE DEI O. M.  
in Providentia sua & Justificatione peccatorum per fidem in  
Jesum Christum Tractatus duodecim dissertationibus  
comprehensus; Autore GUIL. SCOTT, A. M.*

Londini, apud Georg. Strachan, 1701, 8.

Alph. 1 plag. 5.

Quod priori loco sibi pertractandum sumsit Cl. Autor argumentum, octo Dissertationibus exequitur. In iis ostendit, totam Dei potentiam sapientiamque in providentia eo vergere, ut bonitas ejus ac munificentia, cujus neque modus neque finis est, in clarissima ponatur luce debitisque laudibus extollatur, legem naturæ creaturis ratione vel gaudentibus vel destitute inditam earundem felicitati, quantum earum natura capit, sufficere, prætereaque Deum cuncta & singula curare in providentia sua perinde ac in creatione prima. *Objectiones quoque*  
divi-

divinæ bonitatis tenebras affundentes diluit. Quatuor dissertationes, quæ sequuntur, doctrinæ de justificatione peccatorum per fidem impendit explicandæ. Agit ibi cura de fide, quam in sanctificantem & justificantem dispelcit, tum & de justificatione ex fide, prout opponitur justificationi ex operibus legis, ubi vocabula & loquendi modos in hac controversia contra Judæos & Christianos in Judæorum dogmata prolixioris usurpatione octo distinctis observationibus explanat Cl. Autor, controversiæque statum eruit. Nempe controversiæ summam redire ad questionem de legis observatione & operibus. Observandum esse, ex sententia concilii Hierosolymitani Act. XV Christianos, Ethnicos a necessaria observatione legis liberari, adeoque eam ad salutem hanc duci necessariam: neque tamen statui, eam esse gentilibus simpliciter illicitam. Haud pariter absolvi Christianos Judæos; neque decerni tamen, legem ab iis necessario esse observandam. Quod cum illi obstinato animo crederent; nihil contra persuasionem decerni, quæ mentes eorum obfidebat. Patere hinc, observationem legis tum moralis tum ceremonialis & omnem obedientiam per fidem in Jesum Christum Deo placere. Fideles tamen justificari haud ex operibus obedientiæ sed ex fide in Christum, unde opera illa, tanquam fructus spiritus, profluant. Ethnicos non circumcisos per fidem in Christum credidisse, observationem legis ceremonialis haud esse necessariam, sed sinceram obedientiam legi justitiæ summo studio præstandam. Utramque hanc fidem fertilem operum obedientiæ placuisse Deo justificanti fideles circumcisos & non circumcisos. Rom. III, 30. In Apostolica Ecclesia duo fuisse fidelium genera, fidem habuisse circa quædam discordem Rom. XIV, & diversos observasse cultus religiosi modos & ritus. Utroque Deo gratos justificatos esse. Ceterum illos, præsertim Judæos, non habuisse animos satis magnos & satis humiles ad charitatem Christianam inter se colendam. Controversias & contentiones circa externos religiosi cultus ritus & formas hinc exordium traxisse: continuari & augeri odiis, zulationibus, cæco zelo, partium studio & aliis humani ingenii vitiiis ferventibus, decrescante fide & charitate languascente. Ostendit denique,

Judæos errasse, credentes se posse justificari & salvari ex operibus legis sine fide in Jesum Christum, ut & Christianos Judaizantes, se justificari non posse per fidem in J. C. solam sine operibus legis credentes tanquam diversa & dissociata causa justificationis & salutis: adeoque, fidem solam insufficientem & redemptionem per Christum haud satis esse nisi opera legis confociantur; & suas partes eo usque diversas agant. Docere Apostolum, hanc falsam persuasionem esse & perniciosam. Fidem enim per se solam sufficere, neque legis opera valere quicquam, nisi perfecta obedientia totilegi & ab omni peccato immunis præstetur: adeoque justificationem ex operibus legis tanquam disjuncta causa, Christi gratiam irritam reddere: atque hoc modo neminem justificari posse. Dehinc argumenta Apostoli ad suos locos & classes reducit. In prima classe sunt argumenta, quibus probat, nos justificari per fidem sine operibus legis. Primum argumentum petitum est a justificatione Abrahami per fidem sine operibus; secundum ab electione & justificatione Jacobi & rejectione Esavi Rom. IX, 10, 11. Id argumentum evincere ostendit electionem & reprobationem hanc haud fuisse ex operibus, cum liberi nondum nati essent, neque mali quidquam aut boni fecissent; interpretationem proinde Calvinistarum falsam esse, cum intentioni Apostoli haud saveat sed causam adversam adjuvet. Fidem esse conditionem ad salutem necessariam; ceterum nostræ naturæ vires eidem haud sufficere sine auxilio gratiæ divini, nos præveniente, excitante & adjuvante. Si enim hæc conditio a nobis per naturæ vires perficeretur, Jacobum haud electum fuisse, aut Esavum rejectum, priusquam ille conditionem perfecisset & hic non fecisset. Ac Deum remunerantem hoc modo facientes, & castigantem non facientes, judicem agere non salvatorem. Sed auxilium gratiæ esse Dei donum gratuitum & concessum ex ipsius beneplacito iis, qui sunt grati & idonei receptores. Haud idoneos & ingratos ob ipsetam Salvatoris gratiam eum plectere. Omni scientia sua præcivisse eum & dignovisse idoneos & gratos ab ingratis & haud idoneis; atque ex hac præcognitione elegisse & rejecisse ante mundum conditum *ἀναρὰ δὲ ἁγία ἐπινοήσασθαι τὸ ἐν ἑαυτῇ ἔχειν*. Præcognitione.



tionem divinam non esse causam, quod alii idonei & grati, ἀλλοι, ἐκλεῖτοι, ἀκριβοί, alii vero haud idonei; ingrati, ἀνάξιοι καὶ ἀδύκμοι. Sed ipsorum capacitatem & gratitudinem vel incapacitatem & ingratitude[m] esse *βασικαίως* causam praecognitionis divinae. Deum operari quidem per vires & facultates naturae & rationis nostrae inditas, prout cum gratia sua concurrant; haud tamen inde sequi causam primam dependere a secunda; aut efficaciam gratiae divinae a nobis. Deum enim esse autorem naturae & omnium virium & facultatum ad eam pertinentium, & totam oeconomicam sanctificationis & salutis nostrae esse in potestate ejus & pendere ab aeterno consilio & proposito beneplaciti divini & supremo dominio liberi arbitrii ipsius. Hinc argumenta secundae classis & tertiae sequuntur & quaedam de consensu Pauli & Jacobi in doctrina de justificatione, quae in ipso libro Lectoribus examinanda relinquimus.

*MEMORIAE PHILOSOPHORUM, ORATORUM, Poetarum, Historicorum & Philologorum, nostrae aetatis clarissimorum, renovata cura FRIDERICI CASPARIS HAGEN.*

Francos. & Lips. apud Nathan. Lumscherum, 1710, 8.

Alph. 1. plag. 2.

**S**ingulare seculi nostri studium in excolenda historia literaria occupatur, cujus cum haud postrema pars sit, quae eruditissimorum virorum memoriam ab interitu & oblivione vindicare sinit, haud paucos in eo labore operam atque industriam suam collocare deprehendimus. Horum exemplo Cl. Hagenius incitatus, suo quoque loco rem literariam adjuvare praesenti scripto annisus est. Cum enim ceptas ab Henningio Wittenio Theologorum Memorias cura Virorum summi Reverendorum, deque re literaria meritisissimorum, Pippingii atque Goetzii; ulterius continuatas esse perspiceret; quoad Ictos autem, Medicos atque Philosophos laudatissimum hoc studium desiderari doleret, manum operi admovit, duasque Philosophorum, Oratorum, Poetarum, Historicorum & Philologorum decades in futurum

Judeos errasse, credentes se posse justificari & salvari ex operibus legis sine fide in Jesum Christum, ut & Christianos Judaizantes, se justificari non posse per fidem in J. C. solam sine operibus legis credentes tanquam diversa & dissociata causa justificationis & salutis: adeoque fidem solam insufficientem & redemptionem per Christum haud satis esse nisi opera legis consocientur; & suas partes eo usque diversas agant. Docere Apostolum, hanc falsam persuasionem esse & perniciosam. Fidem enim per se solam sufficere, neque legis opera valere quicquam, nisi perfecta obedientia toti legi & ab omni peccato immunis praestetur: adeoque justificationem ex operibus legis tanquam disjuncta causa, Christi gratiam irritam reddere: atque hoc modo neminem justificari posse. Dehinc argumenta Apostoli ad suos locos & classes reducit. In prima classe sunt argumenta, quibus probat, nos justificari per fidem sine operibus legis. Primum argumentum petitum est a justificatione Abrahami per fidem sine operibus; secundum ab electione & justificatione Jacobi & rejectione Esavi Rom. IX, 10, 11. Id argumentum evincere ostendit electionem & reprobationem hanc haud fuisse ex operibus, cum liberi nondum nati essent, neque mali quidquam aut boni fecissent; interpretationem proinde Calvinistarum falsam esse, cum intentioni Apostoli haud saveat sed causam adversam adjuvet. Fidem esse conditionem ad salutem necessariam; ceterum nostrae naturae vires eidem haud sufficere sine auxilio gratiae divinae, nos praeveniens, excitante & adjuvante. Si enim haec conditio a nobis per naturae vires perficeretur, Jacobum haud electum fuisse, aut Esavum rejectum, priusquam ille conditionem perfecisset & hic non fecisset. Ac Deum remunerantem hoc modo facientes, & castigantem non facientes, judicem agere non salvatorem. Sed auxilium gratiae esse Dei donum gratuitum & concessum ex ipsius beneplacito iis, qui sunt grati & idonei receptores. Haud idoneos & ingratos ob spem Salvatoris gratiam eum plectere. Omni scientia sua praescivisse eum & dignovisse idoneos & gratos ab ingratis & haud idoneis; atque ex hac praecognitione elegisse & rejecisse ante mundum conditum *ἀνά τὸν ἐλεῶναι τὸν θεὸν διὰ Χριστοῦ*. Praecogni-

tio.

tionem divinam non esse causam, quod alii idonei & grati, ἄλλοι, ἐκλεπτοι, ἀνεπίστοι, alii vero haud idonei, ingrati, ἀνάξιοι καὶ ἀδίκιοι. Sed ipsorum capacitatem & gratitudinem vel incapacitatem & ingratitude esse ὁμοιομοίως causam præcognitionis divinæ. Deum operari quidem per vires & facultates naturæ & rationi nostræ inditas, prout cum gratia sua concurrant; haud tamen inde sequi causam primam dependere a secunda; aut efficaciam gratiæ divinæ a nobis. Deum enim esse autorem naturæ & omnium virium & facultatum ad eam pertinentium; & totam œconomiam sanctificationis & salutis nostræ esse in potestate ejus & pendere ab æterno consilio & proposito beneplaciti divini & supremo dominio liberi arbitrii ipsius. Hinc argumenta secundæ classis & tertiæ sequuntur & quædam de consensu Pauli & Jacobi in doctrina de justificatione, quæ in ipso libro Lectoribus examinanda relinquimus.

*MEMORIÆ PHILOSOPHORUM, ORATORUM, Poetarum, Historicorum & Philologorum, nostræ ætatis clarissimorum, renovatæ cura FRIDERICI CASPARIS HAGEN.*

Francos. & Lips. apud Nathan. Lumscherum, 1710, 8.

Alph. 1. plag. 2.

**S**ingulare seculi nostri studium in excolenda historia literaria occupatur, cujus cum haud postrema pars sit, quæ eruditissimorum virorum memoriam ab interitu & oblivione vindicare sinit, haud paucos in eo labore operam atque industriam suam collocare deprehendimus. Horum exemplo Cl. Hagenius incitatus, suo quoque loco rem literariam adjuvare præsentis scripto annisus est. Cum enim ceptas ab Henningio Wittenio Theologorum Memorias cura Virorum summæ Reverendorum, deque re literaria meritissimorum, Pippingii atque Goetzii; ulterius continuatas esse perspiceret; quoad Ictos autem, Medicos atque Philosophos laudatissimum hoc studium desiderari doleret, manum operi admovit, duasque Philosophorum, Oratorum, Poetarum, Historicorum & Philologorum decades in futurum

faturum Witteniani operis supplementum evulgavit. In his sigillatim biographiæ Jo. Khunii, Jacobi Schalleri, Jo. Ittigii, Christiani Trentschii, Francisci Junii, Christiani Friderici Frankensteinii, Thomæ Hobbessii, Jo. Alphonsi Borelli, Christophori Schraderi, Johannis Pauli Felwingeri, Sigismundi a Bircken, Georgii Friderici Behaim de Schwatzbach, Octavæ Ferrarii, Danielis Casparis Stolbergii, Christiani Daumii, Georgii Ernesti Heldbergii, Andreae Sennerti, Jo. Friderici Waltheri, ductu programmatum, orationum, inscriptionum, & epistolarum, quæ hunc in finem publicam lucem aspexerunt, recensentur. Ceterum hoc ipso specimine Lectorum explorare benevolentiam voluit, quam si fuerit exportus, non modo integram Philosophorum centuriam imposteram se exhibiturum, sed & Jctorum ac Medicorum Memorias publicæ luci expositurum promittit. Quod ut in certissimum rei literariæ incrementum præstet, publico eundem nomine compellamus.

*Addenda ad pag. 136 hujus Sectionis.*

**S**cripseramus jam de typis quoque tradideramus ex, quæ supra de Habsburgensium Comitum Genealogia dicta sunt, quarum ad nos perferretur tertia ejus editio, VVratislaviæ hoc ipso anno 1715 procurata. In qua, satis quidem nitide excusa, illud nobis peccatum videtur, quod librorum Murensum & aliorum Auctorum verba, quæ maximam opusculi partem constituunt, eodem cum verbis Autoris caractere sunt impressa. Præfationem eruditam præfixit Christianus de Hellwich, in qua quædam de Serenissimæ Domus Austriacæ originibus profert. Sententias viginti de iisdem opèroste jam congessit Je. Ludov. Schœnleben in libro de Origine Habsburgico-Austriacæ: Noster vero de tribus potissimum est sollicitus. Prima est, quæ ex Romana Aniciorum & Perleoniolorum familia deducit, quam quidem sententiam Petr. Lambecius in Commentariis suis proposuerat, & ipsi quoque Augustissimo Leopoldo persuaserat. Altera VVolfg. Lazii, qui a Francorum occidentalium Regibus Habsburgenses derivavit. Tertia Guillelmauni, de quo supra, & Gerardi de Roo, qui Alemannica, h. e. Suevica stirpe prognatos dixerunt Austriacos. Sed omnium conatus vicit Dominicus noster, ob exemplorum raritatem plurimis aliis ignorus, Schurzsteischio tamen probe cognitus, qui etiam ex Italico itinere redux ipsi Augustissimo Leopoldo monumenta Murensea explanavit, & scripto quodam, quod nondum prodit, ulterius exposuit.

(145)

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Que Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA,  
*Tom. VI Sect. IV.*

---

APOLLONII PERGÆI CONICORUM LIBRI  
*octo & Sereni Anisiffensis de Sectione Cylindri &  
Coni Libri duo.*

Oxoniz, e theatro Sheldoniano, 1710, in fol. reg.  
Alph. 5 plag. 16.

**C**Um *David Gregorius* A. 1703 *Euclidis* Operum editionem sane præstantem dedisset; tum ipsum, tum celeberrimum *Hallejum* hortati sunt amici, ut alium e veteribus Geometris adjungeret. Operam igitur in edendis *Apollonii* Conicis ita partiti sunt, ut *Gregorius* quatuor priores Conicorum libros cum *Eutocii* Commentariis Græce Latineque prelo pararet, *Hallejus* autem tres posteriores ex sermone Arabico in Latinum verteret, atque octavum (quem temporis injuria desideramus) ex proprio ingenio restitueret. *Gregorio* primum ad manus erat *Apollonii* codex MSC. Græcus ex Bibliotheca *Savilii* Mathematica, ipsius calamo hinc inde emendatus: postea accessit alter a *R. D. Baynard* S. T. P. communicatus. Monet tamen celeberrimus editor *Hallejus* in præfatione, eadem fere utriusque fuisse communia vitia, unde utrumque ex eodem codice descriptum suspicatur. Ad *Eutocium* publicandum inservit exemplar Græcum *Baroccianum*, quod in Bibliotheca *Bodlejana* asservatur. Sed exiguanı duntaxat partem absolverat *Gregorius*, cum rebus humanis eximeretur: unde reliquum absolvit *Hallejus*. In libro quinto, sexto & septimo edendo idem *Hallejus* usus est apographo *Bodlejano*.

T

Codi-

Codicis Arabici ex versione satis antiqua a *Thabit Ben Corab* facta, sed annis abhinc circiter 450 a *Nasir Eddir* recensita. In consilium adhibuit codicem MSC. Arabicum alium, idem *Bodlejanum*, qui continet epitomen ejusdem versionis ab *Audobertec Schirazita* Persa ante 500 annos confectam, a *Christiano Ravio* ex oriente advectus & ab eodem barbare traductus. Quandoque etiam adjumento fuit altera Conicorum *Apollonii* Epitome ab *Abalphatb Isphabanensi* adornata, quam haud ita commode traduxit *Abrahamus Ecchellenfis* & Commentarii illustravit *Job. Alphonsus Borellus*. Interpretatione absoluta, *Golianum* exemplar antiquissimum, quod ab heredibus *Golii* redemerat, vir S. R. *Narcissus Marsb*, Archi-Episcopus Armachanus, ex Hibernia transmisit. Inde versionem suam emendavit *Hallejus* & lacunas aliquot supplevit.

Singulis libris *Pappi* Lemmata præfixit ex duobus Codicibus MSC. *Savilianis*, quæ Commentarii instar sunt in loca difficiliora. *Sereni* libri duo de sectione Cylindri & Coni, ob affinitatem materiz adjecti, nunc primum Græce prodierunt, quos e tribus codicibus Bibliothecæ Regiæ Parisiensis describi curavit *Henricus Aldrichius* S. T. P. Ædis Christi Decanus. Editionem operis multum promovit celeberrimus *Hudsonus*, Bibliothecæ *Bodlejanae* Præfectus, cujus humanitatem & studium promovendi bonas literas prædicat Editor.

**INSTITUTIONES PHILOSOPHICÆ AD  
faciliorem veterum ac recentiorum Philosophorum lectionem  
comparatae, opera & studio V. Cl. EDMUNDI PAR-  
CHOTII Senonensis, in Consultissima Juris utriusque  
Facultate Licentiatii & emeriti Philosophiæ Professoris,  
Tomus Secundus, quo Elementa Geometriæ & Physica ge-  
neralis continentur, & Tertius, qui Physicam specia-  
lem comprehendit.**

Lugduni, apud Antonium Boudet, 1711, 12.

Alph. i plag. 21 Tab. æn. 33.

**A**utor doctissimus, cujus Tomum I supra Sect. III p. 118 sequi  
recensuimus, in Elementis Geometriæ de lineis rectis & angulis,

gulis, triangulis, quadrilateris, pentagonis, hexagonis & polygonis reliquis, circulo, solidis & proportionibus palmaria quaedam theoremata, neglecto veterum rigore, laxioribus subinde demonstrationibus confirmat & nonnulla Geometriae practicae problemata subnectit.

Physicam definit per scientiam rerum naturalium & corporum, quae in hac universa mundi compagine continentur. Partem generalem, quam Tomo secundo complectitur, in quinque sectiones distribuit. Prima corpus physicum in se spectatum considerat cum quoad existentiam, tum quoad essentiam. Essentiam corporum in extensione consistere cum *Cartesio* sentit: existentiam eorum argumento *Cartesii* probat, a veracitate Dei petito, sed minus valido. Addit alia nonnulla, sed minoris roboris, e. gr. quod saepe audiamus voces blasphemias ab aliis prolatas, quae a Deo citra ullam causam occasionalem in nobis produci nequeant, quasi vero Deus in mundo ideali sancte permittere non posset, quod in actuali ex hypothesei dogmaticorum permittit. Urget quoque absurda nonnulla placitis Theologorum adversa; sed quae in foro philosophico exiguae sunt autoritatis. Sectione secunda de primariis & insensibilibus corporis naturalis principiis agit, nempe de principiis Pythagoraeorum, Platoniceorum & Peripateticorum metaphysicis, de materia & forma secundum *Aristotelem*, de principiis *Democriti*, *Epicuri* & Epicureorum tam veterum, quam recentiorum, tandemque de tribus *Cartesii* elementis, quae magna probabilitate defendi posse statuit. Sectione tertia principia sensibilia & secundaria corporum naturalium & mixtorum expendit, ubi de igne, aere, aqua, terra, sale, sulphure & Mercurio, de elementorum horum mixtione & mixti resolutione agitur. Ex quatuor Peripateticorum elementis tria tantum admittit, aerem scilicet, aquam & terram, quia in haec elementa resolvantur animalia, vegetabilia & fossilia, aer vero purus, aqua & terra pura in diversas specie naturas sensibiles dividi nequeunt. Sal, Sulphur & Mercurium Chymicorum inter elementa secundaria admittit, quia per primam & proximam corporum mixtorum resolutionem prodeunt. De igne *Cartesii* sententiam probat, itemque

que de aere. Aquæ particulas oblongas statuit, teretes, læves & flexibiles, quia hæc forma phænomenis aquæ explicandis maxime accommodata. Sectione quarta considerat simplices corporis naturalis affectiones, ex illius natura proxime fluentes, magnitudinem puta, divisibilitatem, figuram & situm, motum & quietem. Urget argumenta Epicureorum adversus materiæ divisibilitatem in infinitum, ubi bene imaginaria Geometrarum a realibus naturæ distinguit, ut adeo miremur, Cl. *Keilius* in Diario Hagienfi sibi persuasisse, Mathematicos nonnullos Germaniæ ideo non admisisse theorema quoddam ipsius, quo unico granulo arenæ totum systema planetarium ita repleti posse asseruerat, ut distantix particularum sint dato quovis intervallo minores, quod ex admissa extensi in infinitum divisibilitate hæc sequi non comprehenderent. Negant enim, quod facit *Keilius*, imaginaria Geometrarum ad explicanda realia Naturæ promiscue transferri posse, quia in Metaphysicis non minus, quam in Geometricis sunt versati: ut passim jam notatum & in his Actis. Demonstrat itaque *Keilius*, fictiones Geometrarum esse entia realia, atque notionem *continui* distinctam exhibeat principiis demonstrationis suæ faventem: tum enim Germani demonstrationem forsan admittent, cujus principia jam concoquere nequeunt. Sane, quæ principiorum instar assumit, compositionem ac divisionem continui, Philosophorum labyrinthum, supponunt: demonstratio autem niti debet principiis evidentibus atque concessis. Noster quoque recenset argumenta Epicureorum adversus atomos seu corpora insectilia, cum Epicureorum responsis, tandemque cum *Cartesio* concludit, materiam in indefinitum esse divisibilem. De motu dum tractat, primum definitionem *Aristotelis* explicat, quod sit *actus entis in potentia, quatenus in potentia*. Distinguit deinde triplicem motus speciem, nimirum 1 mutationem a loco in locum, seu motum localem; 2 a qualitate ad qualitatem, seu alterationem; 3 a quantitate ad quantitatem, seu accretionem & decretionem. Explanat porro definitionem *Cartesianam* motus, eamque ab objectionibus vindicat. Probat denique, quietem tanquam modum aliquem realem & positivum corporis



poris concipi posse, quia permanſio in eodem loco concipi poſſe videtur tanquam ſtatuſ corporis: non tamen concipi debere ut vim aliquam, qua corpus agere aut motui reſiſtere valeat, quia non concipitur ut aliquid activum, ſed tantum ut ſtatuſ paſſivus. Tempuſ definit per ſucceſſivam rei cujuſcunq; durationem, quæ initium habuit finemq; habere poteſt. Probat eſſe aliquid reale, ſi pro rebus durantibus ſumatur, quia in rerum natura exiſtit; non tamen eſſe entitatem a rebus durantibus diſtinctam, quia entitas ex præterito, præſenti & futuro componi nequit. Locum more conſueto diſtinguit in externum & internum: externum vero, hoc eſt, ſuperficiem corporis ambientis, eſſe locum proprie ſic dictum ſtatuit, eumq; mathematicè ſpectatum ut immobilem concipi poſſe, phyſicè tamen mobilem eſſe. Inter affectiones motuſ refert 1. quantitatem, quam explicat per id, quod reſpondetur ad quaſtionem, quantuſ ſit motuſ ſive id, quo motuſ quilibet cum altero comparatuſ vel major, vel minor eo dicitur, æſtimandam cum ex pondere mobilis, tum ex velocitate: 2. determinationem, h. e. directionem in unam potiuſ partem quam in aliam, a modo, quo ſit impuſſio, derivandam: 3. reflexionem, h. e. reſreſſum corporis mobilis ex alio corpore, quod penetrare non valet, reſilientis: 4. refractionem, h. e. curvationem, qua corpus mobile ob majorem minoremve liquidi, quod oblique ſubit, reſiſtentiam a recta, quam inſiſtebat, linea deſlectit. Deum ſolum veram & propriam omniſ motuſ cauſam effectricem pronunciat, quam etſi non formaliter, eminenter tamen in poteſtate ſua contineat; creatas mentes motum in corporibus proprie producere, eumq; ab ipſis corporibus proficiſci poſſe negat: omniem tamen motum majorum corporum a materia ſubtili & fluida, quæ in perpetuo motu ab autore naturæ contineatur, initium ducere cum *Carteſio* defendit. Hinc corpus aliquod eſſe alteri corpori tantum cauſam occaſionalem motuſ, cum ejuſdem ſectatoribus inferit. Conſervationem motuſ Deo itidem tribuit &, dum de cauſa motuſ reſlexi agit, elaterium a materia ſubtili per poroſ corporis fluente repetit: hoc vero motuſ reſlexi cauſam eſſe contra *Carteſium* propugnat, quod ſine ea cauſa nulla idonea ratio

tio resiltionis assignari queat. De legibus motus nonnulla in medium affert: *Cartesii* tamen regulas non probat; quas nec experientiz, nec rationi conformes dudum alii ostenderunt. Ad motum quoque refert gravitatem & levitatem, quam a verticofo ætheris circa Tellurem motu derivat, ubi una reperta *Gallilei* de acceleratione motus gravium in descensu explicat. Addit porro doctrinas mechanicas de æquilibrio solidorum, & hydrostaticas de æquilibrio fluidorum. Sequuntur tandem motus, quos in metum vacui refundebant veteres, ipse cum recentioribus a gravitate aeris & ejus elatere deducit. Sectione quinta seu ultima secundarias & compositas corporum affectiones seu qualitates ad exâmen revocat, lumen puta, colores, sonum, sapes & odores, calorem, frigus, humiditatem & fluiditatem, & siccitatem una cum qualitatibus occultis. De qualitatibus in genere tres propositiones affert. Scilicet 1. eas, quæ actuosæ dicuntur, h. e. in obvia corpora motum aliquem aut mutationem inducunt, in partium motu & in profluviiis substantialibus constitutas esse; 2. inertes seu passivas (quas & modales vocat) ex partium magnitudine, figura & situ esse deducendas; 3. qualitates denique, quæ sensibus percipiuntur, intendi ac remitti solere per majorem condensationem aut dilationem partium, per earundem additionem aut subtractionem, per majorem minoremve motum variamque texturam aut mixtionem. In lumine explicando *Cartesium* sequitur: colores in varia vibratione plurium pauciorumve radiorum luminis oculos nostros prementium confluit. Sonum in tremulo aeris motu ponit & sonos consonos fieri docet, cum corpora, ex quibus oriuntur, eam inter se rationem habent, qua ipsorum vibrationes stas vicibus simul incipiant & desinant. Sapes in figura & motu particularum salinarum & oleosarum sapidum corporis; odores in profluvio quodam substantiali pariter sulphureo ac oleoso, sed longe tenuiori collocat. Caloris naturam in celeri ac perturbato partium insensibilium motu; frigus in partium quiete aut motus imminutione respectu nostri, non vero in nitrosi aut salinis spiritibus; fluiditatem in partium exiguitate, figura æquabili & ad motum expedita ac denique in motu per-

perturbato ab æthere profectō. Firmitatem durorum non in solo partium contactu & quiete, sed in compressione a subtili materia ambiente; qualitates vero occultas in motu, quiete, figura & situ partium vel in substantialibus profluviiis consistere contendit.

Phyficam specialem in duas partes distribuit Cl. Autor, quarum altera de corporibus vitæ expertibus, altera vero de viventibus tractat. Pars prior sectiones habet quinque. Prima mundi Systemata, Ptolemaicum, Copernicanum & Tychoenicum recensentur. Ptolemaicum ulla ratione propugnari posse Autor negat, quia non minus cum Physica, quam cum Astronomia pugnat, utpote orbibus solidis & epicyclis absolis implicitum, nec explicans, quomodo Mars nobis propior fiat Sole & Venus ultra Solem vagetur. Systema Copernicanum & cum Physica & cum Astronomia congruere ostendit. Sed quia *Galileus* ob hoc Systema assertum damnatus fuit a Cardinalibus fidei inquisitoribus; illud ut thesin defendi non posse largitur, defendi tamen posse ut hypothesein probat. Tychoenicum denique cum Astronomia quidem, sed vix ac ne vix quidem cum Physica convenire judicat. Sect. 2 de fixis, Cometis, Sole, Luna, Venere & Mercurio, astrorum distantia & magnitudine, siderum influxu & astrologia judiciaria, atque computo ecclesiastico agit. Quæ de sideribus tradit, pauca sunt & aliunde jam satis nota: hoc unicum singulare videtur, quod, referente Nostro, *Caspinus* accuratis sæpiusque repetitis observationibus ad ductus Lunæ motum mensurum circa proprium axem tribuerit. Quod si quis siveris, quo modo fieri possit, ut eadem illius facies Terræ semper obvertatur; respondet Noster, manifestum id esse exemplo hominis qui circumferentiam majoris circuli in area exarati sic percurrit, ut semper in istius circuli centrum respiciat: nam eum in integro illo circuito circa se ipsum revolvi. Astrologiz judiciariz vanitatem & nugas perstringit: computum vero ecclesiasticum explicat, ex Chronologia varia de die, hebdomade, mense, anno, Cyclis Solis, Lunæ & Indictionum, periodo Juliana, epochis insignioribus eum sacris, tum profanis, emendatione

datione Calendarii, epactis repetit, quoniam sine his fundamentis cum ratione intelligi nequit.

Sectione tertia ad elementarem regionem & meteora in suprema illius parte apparentia progreditur: ubi sub initium Peripateticos refellit, qui regionem elementarem ex igne, aere, aqua, terra componi contendunt, igne nimirum ex concavo Lunæ exploso. Inter meteora primo loco venti comparent, quorum causam esse Solem statuit, qui aerem subiectum rarefacit ac dilatatur. Tribuit tamen etiam suas partes vaporibus e terra, aut mari, aut lacubus calore subterraneo sursum emissis, nivibus montium vertices operientibus aliisque consimilibus causis. Qualitatum quoque ventorum rationes reddit, alibi passim obvias. Ventis succedunt nubes & cetera meteora (quæ vocatur) humida, aura scilicet serotina, ros matutinus, pluvia, nix, grando: de quibus specialiora, utpote notissima, in medium afferre non attingit. Sequuntur meteora ignita, ubi tonitru per sonum ex violenta materiæ subtilis e disrupta nube erumpentis commotione ortum definit & *Cartesii* de fulgure ac tonitru hypothesin probat. Eundem quoque ducem sequitur in iride & reliquis meteoris emphaticis explicandis. Sectione quarta globum terræqueum & phænomena circa illius superficiem conspicua contemplatur. De globi terræquei, divisione & partibus ex Geographiæ elementis nonnulla repetit: in explicando æstu maris *Cartesii* hypothesi utitur: maris salitudinem esse ipsi contrariam probabilissimum iudicat: originem fontium probabiliorum statuit, quæ a pluviis ac nivibus fusis repetitur: terræ motum tribuit spiritui alicui sulphureo & nitroso in terræ visceribus accenso. Sectione quinta fossilia describuntur, salia pura, succi sulphurei seu oleosi, lapides & gemmæ, magnes & metalla.

Pars posterior Physicæ specialis in quinque; itidem sectiones dispescitur. Primam, Cl. Autor plantarum considerationi impendit, disquirens 1 de anima & vita vegetante, 2 de plantarum origine, de earum partibus, 4 de nutritione & incremento plantarum, 5 de ipsarum viribus & analysi, 6 de morbis & interitu earundem. Plantas omnes ex semine oriri statuit, & animam vegetantem vocat spiritum in semine inclusum, quo planta vegetatur.

getatur. De plantarum partibus ex *Malpighii* Anatomia plantarum nonnulla affert. Plantarum respirationem & succi nutritii in eisdem circulationem defendit. Morbos denique ipsorum partim causis interioribus partim exterioribus adscribit. Exteriores sunt 1 *rubigo*, quæ in leguminibus & frugibus a rosco quodam acricque humore exorta interiore plantarum, quibus infidet, substantiam corrumpit, 2 *roratio*, dum nimia imbris copia vitium flores exortiantur aliæque tenuiores plantæ, quæ nondum firmas egerunt radices, inundantur, 3 *uredo*, cum nempe humor rosco gelida nocte in vitis gemma constringitur, vel nimio Solis ardore pampinorum & racemorum fibræ torrentur, 4 *vermiculatio*, 5 *scabies* & *decorticatio*. Causam internam unicam assignat, nempe cum arbores senio consumptæ oclusis meatibus nihil amplius alimenti recipiunt, vel illud retinere ac distribuere nequeunt. Sectione secunda de animalibus generatim tractat, scilicet de eorum anima sentiente, ortu, speciebus ac morte. Anima brutorum in spiritibus animalibus, hoc est, in subtili & actuosa substantia, ex puriori sanguinis portione in cerebri anfractibus expressa & in cerebro potissimum vigente ipsi constituta videtur, quia per hoc principium functiones animales explicari possunt. Unde animam brutorum extensam & divisibilem esse contra *Thomistas* infert, eamque a parentibus in sobolem propagari statuit. Omnium animalium tam perfectorum, quam imperfectorum ex ovis originem defendit. Dividit ea in terrestria, volatilia & aquatilia. Terrestria subdividit in quadrupedia & insecta seu reptilia: volatilia in carnivora, bacivora & granivora distinguit: aquatiliam species innumeras agnoscit. Animalium vitam calore potissimum foveri ait, atque hinc mortem ab extincto corporis calore proficisci. Sectiones postremæ ea complectuntur, quæ sub Physiologiæ nomine vulgo a Medicis traduntur. Omnia, quæ hic dicenda sunt, vel ad partem hominis animale, vel ad vitalem, vel ad naturalem refert. Ad illam spectant, iudice nostro, sensus tum interni, tum externi; ad istam respiratio atque cordis & sanguinis motus, ad hanc denique alimentorum digestio cum chylosi & hæmatosi atque sanguinis in hepate, liene, renibus aliisque visceribus

U

ribus percolatio. Hic quidem Autor in compendio proponit, quæ apud Anatomicos & Physiologos fusius explicantur.




D. S. SCHMIEDERI, ACAD. NAT. CUR. SOC.

*Observatio Physica, de Nube arborea, tempestatis mutationem certo indicante.*

**P**hænomenon nostrum licet ex rusticorum, præsertim superioris Saxoniz & Variscorum regionem inhabitantium, Physica petiit, dignum tamen mihi visum est, cujus nunc & *Denominationis Rationem, & Materiam, Formam, Differentiam, Magnitudinem, Genesin, Tempus apparitionis & durationis, nec non Plagam*, ubi conspicitur, ac denique *Finem*, in præsentem exponam. Nubis arboreæ nomen gerit Phænomenon nostrum, ideo, quod ad arboris, ingentis sæpe, faciem accedere videatur, ut ex Schematistis Fig. 1 & 2 apparet, ubi A. & C. truncum, striæ vero albæ B. B. B. & D. D. D. ac floccinubium E. E. E. ramos atque folia constituunt. Vulgus in vernacula vocat *stinen Wetter-Baum*/ partim ex ratione adjecta, partim, quod ex ejus apparitione de mox futura, eaque vel turbulenta vel serena tempestate, & ex qua mundi plaga ista adventura sit, iudicium ferat, certissimumque istius prælagium existimet. Materiam constituunt nubes, non vero quælibet, sed istæ tantum albicantes, quæ leves sunt atque steriles dicuntur, omniumque semper supremum in aere obtinent locum. Forma, ut monitum jam fuit, arborea est, duplici quidem ut plurimum sub specie (neutiquam tamen uno eodemque tempore) apprens. Interdum enim truncum arboris ramosum & foliis carentem, Fig. 1, alio tempore foliis eundem quasi exornatum Fig. 2 refert, quæ folia E. E. E. primum nonnihil adhuc informia, nubes discerptæ inque floccos divisæ efformant atque representant. Sunt autem folia hæc, striis istis truncum & arboris ramos nobis sistentibus, quoad colorem candidum paululum obscuriora, procul dubio inde, quod iis quodammodo sint inferiora atque densiora, quo ita superior ventus, flare nunc incipiens, (atque unica nostræ arboris meteoricæ, ut infra audiemus, causa efficiens) ob situm depressiorem ista vel non attingat, vel si ea etiam tangat, ob flatum tamen adhuc leniorem

TAB. I  
Fig. 1. & 2.

NON-







nondum elongare, sed in floccos atque vellera saltem mutare valeat, cujus rei veritatem quotidie fere videmus, quando *Boreas*, præsertim vero *Eurus*, tempestate hæc nubila ac pluviosa, leniter jam spirare incipit. Observamus enim hic, quod ab ejus leniori afflatu nubes densæ discerpantur, attenuentur atque in ejusmodi floccos convertantur, quos *Virgilius* & *Lucanus* vellera vocant. Plebs vellera hæc vocat *Schäffgen*/ iudiciumque futuræ serenitatis ut plurimum credit. Alibi dicuntur hæc vellera *Karpfen-Schuppen*/ ajuntque, *der Himmel ist Karpfen schuppigt/ es wird gut Wetter werden/* sed hæc *wie in Kapoda*. Pergimus nunc ad arboris nostræ meteoricæ magnitudinem, quæ iam notabilis observatur, sed non semper. Interdum enim ea tanta est, ut ingentis etiam ad quercus imaginem accedat, interdum quoque pyri saltem vel pruni faciem refert. Magnitudine perspecta, ad generationem etiam ejusve causam tendimus, ubi potissimum fuerit atque palmarium, nubium ac ventorum, ut ex antea jam dictis luculenter patet, habere rationem, utpote cum quorum flatu istarum motus intime est connexus, dum horum perpetuo leguntur vestigia, cursumque eam versus semper dirigunt plagam, quam tectorum stabella atque turrium, die *Haus-und Thurm-Fahnen*/ ipsis demonstrant. Interim tamen attentum & sedulum ventorum ac nubium observatorem quotidiana docebit experientia, nubes a dicta flabellorum quandoque deflectere via, & nunc alia quadam collateralis, nunc prorsus contraria incedere, vel plane duplici inter se gaudere motu, quando earum quædam in hanc, quædam in aliam vel oppositam moveri videntur plagam, qui motus nubium ultimus causam sensationis arboris nostræ specialem indicat, quæ in nubium & ventorum supra paululum jam indigitata diversitate querenda est, cum ventorum & nubium detur duplex genus, superiorum nempe atque inferiorum. Hæc ventorum autem discrepantia hæcenus paucissimis Scriptorum Observationum meteorologicarum nota fuit, & adhuc propemodum ignota est, ut ex erudita *Dn. Wolffii, Prof. Mathes. Halens.* celeberrimi, Dissertatione, de *Hieme proxime præterlapsa*, (hiemem intellige dirissimam anni 1709 elapsi) §. II p. m. 7 patet, quando

ait: *merito igitur miramur, quo jure, qui hactenus observationes meteorologicas dederunt, ventum non nisi unicum cumque semper regularem allegent.* Hæc ille. Pergimus in descriptione nostræ arboris nubæ, dicimusque, quod nec quilibet ventus, nec quælibet nubes ad ejus generationem atque efformationem aptæ sint. Nubes enim ac vapores, ex quibus nostrum coalescit meteoron, primum ex sterilium & nonnihil tenacium, deinde venti ex superiorum & leniorum sunt genere. Quando itaque in suprema aeris regione ventus superior leniter spirare incipit v. g. ex plaga orientali, (spirante adhuc vento inferiori ex plaga v. g. australi) & ejusmodi nubium & vaporum genus offendit, sensim sensimque nimis leviores dissipat, tenaciores vero in longos ejusmodi tractus mutat & strias, & ita colligit, quo tandem arboris speciem nostris sistere videantur oculis. Ventum vero superiorem verissimam meteori hujus esse causam, duplex habemus argumentum, quorum prius est, quod striæ albicantes (ββββ) hactenus ductum inferioris venti adhuc spirantis secutz, subito nunc, ob instantem tempestatis mutationem certam patiantur affectionem, dum nempe inverti videntur, [Fig. 3. Cum enim ventus superior novus in eas sub (α) incidit, novas ex iis quasdam strias versus (b) efficit, quod fit, quando breviter tantum durat, quando vero persistit in suo flatu, plane eas invertit & secundum suum nunc inceptum dirigit motum. Alterum argumentum est, quod brevi post hanc striarum inversionem superior ventus, inferius etiam, ex plaga primum indicata spirare nunc incipiat. Tempus certum, & ratione partium anni & ratione horarum diurnarum, nostræ arbori nubæ non assignari potest, cum omni anni ac diei tempore appareat. Quam diu duret, itidem certo dici non potest, interdum enim per semihorulæ, interdum vero per unius horæ & ultra spatium visum nostrum delectat: quale indicium quoque esto de plagæ certitudine, qui enim ventorum & nubium motum intelligit, facile quoque percipit, certam isti non posse adscribi, cum nunc in orientali nunc in occidentali, mox in meridionali, mox in boreali, mox etiam in collateralis appareat. Ultimum denique finis arboris nostræ nubæ exponendus restat, qui ex hactenus

TAB. I  
Fig. 3.

nus dictis nemini amplius obscurus esse potest, cum tempestatum mutationem indicet atque præfagiat. Hoc saltem adhuc notandum, quod, quando in plaga occidentali conspicitur, ita ut rami versus orientem se extendant, pluviam; quando vero in orientali videtur, cælum serenum annunciet, ventumque (a ventis enim tempestates pendent) ex oriente spiraturum, prædicat; ut adeo Vulgus huic meteoro arboreæ nubis (*einẽ Wetter-Baumẽ*) nomen non inepte imposuerit.

*ACTA PRIMORUM MARTYRUM SINCERÆ & selecta, ex libris cum editis tum MSS. collecta, eruta vel emendata, notisque & observationibus illustrata, opera & studio DOMNI THEODORICI RUINARTI, Presb. & Mon. Benedicte. e Congr. S. Mauri. Editio Secunda ab ipso Autore recognita, emendata & aucta.*

Amstelædami, ex Offic. Wetsteniana, [1713, fol. Alphab. 3½.

**T**heodoricus Ruinartus Presbyter & Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri, magnum inter Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores nomen, Diviocortori Rhemorum 20 Junii A. R. S. MDCLVII natus, postquam excellentis ingenii signa dedisset, anno MDCCLXXIV familiæ Benedicti adscriptus, tantam sui existimationem apud Mabillonium excitavit, ut a Cl. Viro anno MDCCLXXXII laborum socius eligeretur. Sub quo quantum profecerit, opus, cui *Acta Sincera Martyrum* titulum dedit, quodque nos Supplem. T. I. p. 593 sequenter recensimus, satis declarat, quippe quod tanto eruditorum plausu susceptum fuit, ut Bailletus postquam omnes prope Martyrologiorum Autores enarrasset, sola ista Ruinarti monumenta divinis scriptoribus postponenda censuerit. Ita vero insignis homo postquam Historiæ Ecclesiasticæ campum semel ingressus est, anno MDCXCIV Victoris Vitenæ Historiam Persecutionis Vandalicæ accurate recensuit, quatuor insignia Ecclesiæ Africanæ monumenta adjecit, 1) Passionem Monachorum VII, qui apud Carthaginem sub Hugenio passi sunt,

U 3

2) Ho-

2) Homiliam de Laudibus Cypriani, 3) Chronicon breve quod ad seculi V finem perducitur, 4) Notitiam Ecclesiz Africanæ. Anno MDCXCIX Gregorii Turonensis Opera quæsitissimis Prolegomenis exornata, atque monumentis quibusdam ad Abbatiam S. Germani spectantibus locupletata orbi literato dedit. Anno MDCC sodalis Mabillonianus Tomos duos Sec. Bened. VI publici juris fecit. A. MDCCII Apologiam Missionis S. Mauri Apostoli Benedictinorum in Galliam, & disquisitionem de S. Placido primo hujus sodalitatatis Martyre exhibuit. A. MDCCIII Mabillonii Opus Diplomaticum adversus Bartholomeum Germonium vindicavit, inque secunda operis editione supplementum in fronte collocavit, quo præcipua Censoris argumenta refelluntur. Annus MDCCVI Ecclesiam ejus Parisiensem vindicatam vidit, quam operam Chartæ Vandemiri adversus Germonium præstitit. Annum MDCCIX edita Mabillonii vita nobilitavit, hominemque tantopere utilem & eruditum & religiosum asseruit. Atque jamjam sodalitatibus suæ Annales pertexturus erat, at dum eo sine Ecclesiarum atque cœnobiorum tabularia perlustrat, Lutetiamque redit die 17 Septembris A. 1707 in Monasterio S. Petri Aktivillarenfi, placida quiete defunctus orbi supremum vale dixit, eodemque tumultus loco præfens Epitaphium accepit.

HIC JACET DOMNUS THEODORICUS  
 RUINART, RHEMENSIS, PRESBYTER ET  
 MONACHUS S. GERMANI A PRATIS, PIE-  
 TATE, MORUM LENITATE ET DOCTRI-  
 NA CONSPICUUS, QUI IN HOC MONASTE-  
 RIO HOSPES EXCEPTUS, GRAVI FEBRE  
 DECUMBENS OBIIT DIE XXVII SEPTEM-  
 BRIS A. MDCCIX. REQUIESCAT IN PACE.

Hujus Acta Sincera Martyrum, quum magno eruditorum desiderio expetita rarius apparerent, ipsemet quidem Autor insignia illa monumenta novis additionibus facta Parisiis edere voluit, sed fato urgente impeditus omnem conatum expedire non potuit. Habemus tamen in altera illa editione ex ejusdem schedis adjecta Acta S. Tryphonis & Respici. Sermones Augustini

gustini de 20 Martyribus Africanis: Indicem Oleorum sacrorum quæ Gregorius M. ad Reginam Theodelindam misit. Juxta accessit Epistola Ecclesie Smyrnenfis de Martyrio Polycarpi cum versione Cotelerii, hujusque & Usserii notis: atque præterea Passio Perpetuæ & Felicitatis cum notis Holstenii & Posini, ab eruditis pridem expetita, atque antehac Parisiis A. 1664 edita, quanquam Samuel Basnagius eas Hæresi Montanistarum maculatas, Martyriique corona privandas, non sine ratione contendat in Historia Eccles. Gallico idiomate scripta L. XVIII Cap. IX pag. 1062. Inserta etiam Bonifacii Passio cum textu Græco, idque Emerici Bigotii studio, quam Holstenius Latinam tantum Interpretationem vidisset annoque citato cum Passione Perpetuæ publicasset. In illa recenti editione istud Lectori commodum accidit, quod verba Martyrum literis a textu distinctis expressa sint, ea præsertim quibus de SS. Trinitate atque divinitate Christi illastre testimonium dixerunt: atque illud ideo factum, ut hujus veritatis hostes agnoscant, sanctos Martyres id quod ore profitebantur, fuso insuper sanguine comprobasse.

**ANNALES ORDINIS S. BENEDICTI, OCCIDENTALIS monachorum Patriarchæ. in quibus non modo res Monasticæ, sed etiam Ecclesiasticæ historiæ non minima pars comprehenditur; Autore DOMNO JOHANNE MABILONIO, Presbytero & Monacho ejusdem Ordinis & Congregationis S. Mauri.**

### Tomus III.

Lutetiz Parisiorum, sumptibus Caroli Robustel, 1706, fol.

Alph. 9.

**P**ostquam de primo & secundo hujus operis Tomo in Actis A. 1705 p. 419 seq. & nuper de Tomo quinto A. 1715 p. 156 seqv. diximus, superest ut hoc loco de Tomo tertio agamus, de quarto in proxima Sectione dicturi. Continet vero hic Tomus res gestas ab anno DCCCL ad annum DCCCCLXXX & libros XV a tricesimo quarto ad XLVIII, ultimo incluso, quo  
tem-

tempore mire facies rerum mutata fuit, prout in Præfatione Cl. Autor ostendit: quoniam seculo nono a Normannis, decimo ab Hungaris, atque utroque per civiles atque intestinas discordias Ecclesia mirum in modum affligebatur. Illud quidem seculo nono mentione dignum est, quod eo tempore magna copia extiterit eruditorum Virorum, nec non præstantium Pontificum, at seculo decimo penuria fuerit ejusmodi Pontificum, immo plerique tum sacra summaque dignitate conspicui sedem istam, uti ipse Mabillonius loquitur, malefactorum spurcicia & atrocitate dehonestarint. Unde Baronius non dubitavit affirmare, Ecclesiam in nullo unquam graviori versatam fuisse periculo, quam illo seculo turbulento, quod propter asperitatem bonique sterilitatem *ferreum*; mali autem deformitatem *plumbæum*; Scriptorum denique inopiam *obscurum* appellat. Agit postea de meritis Caroli Magni & Ælfredi, Anglo-Saxonum Regis, in Ecclesiam, ac plurimos Viros eruditione claros recenset, cui operæ tamen non immorabimur, pauca tantum ex ipso Tomo, pro more nostro, speciminis loco excerpturi.

p. 19.

23.

Anno 852 Sancius Comes Wasconiz Pipinum in Aquitania novas res molientem cepit, & ad Carolum Regem adduxit, ubi jussu illius tonsus & in Sueffionense S. Medardi monasterium detrusus est, ex quo, ope duorum ejus loci presbyterorum monachorum, fuga dilapsus fuit. Eodem anno celebris habita est Synodus Episcoporum apud Sueffionas in monasterio S. Medardi X Calendas Majas, præsentem Carolo Rege, in qua inter alia de duobus illis presbyteris S. Medardi monachis actum fuit, qui Pipinum inde abducere moliti fuerant, quo publicam regni pacem lacerari potuisse credebatur. Hos vero consilio agitati facinoris convictos, riteque damnatos, S. Medardi congregatio a societate sua removit, ne quisquam Pipino operam ferre auderet, qui postea Carolo sacramentum bonæ fidei præstitisse & præter hoc *habitum monachi suscepisse regulæque observantiam more monachis solito promississe* dicitur in Annalibus Bertinianis. Hoc tamen non obstante iterum anno 854 e monasterio aufugit, & anno 864 apostata factus Normannis se adjunxit: sed ab Aquitanis captus & ad Carolum Regem adductus,

37.

108.

ctus, Francorum iudicio capitis damnatus, sed indulgentia ad  
 arctissimam custodiam relegatus est. Sub anno 856 de Frot-  
 mundo nobilissimo ex Francis viro Noster refert; quam post  
 patris mortem hereditatis bona cum duobus fratribus partitus  
 esset, reclamasse eorum patrum, presbyterum honorabilem,  
 qui in palatio regio præcellerat; sed eo devenisse rem dicit, ut  
 fratres simul irritatis animis patrum interficerent. Mox au-  
 tem sceleris pœnitentia ductus Frotmundus, una cum fratribus  
 ad palatium se contulit, a Rege & Episcopis consilium petitu-  
 rus, quo pacto hanc noxam expiarent. Convocatis itaque Epi-  
 scopis visum est, quod illi, ferreis catenis quoad brachia & lum-  
 bos constricti, loca sancta in cinere & cilicio circumirent, quo-  
 usque Deus eorum pœnitentiæ modum imponeret, quod & fe-  
 cerunt, donec diem obierunt; qua occasione doctissimus Ma-  
 billonius addit: mirum non immerito videri posse, quod tam  
 grave facinus tam levi pœna expiari potuerit, & monet, hos fu-  
 isse illorum temporum mores, quibus pro homicidio non raro  
 pecuniaria tantum mulcta, quam vulgus *Werdgildum* appella-  
 bat, fuerit imposita, maxime cum rei ad sanctorum basilicas  
 confugissent. Probat illud porro ex duabus Eginhardi episto-  
 lis, XVIII, in qua Eginhardus pro duobus servis, quorum frater  
 socium suum occiderat, moxque ad limina sanctorum Petri &  
 Marcellini confugerat, Marchradum Vice-Dominum rogat, ut  
*eis liceat solvere illum Weregildum pro fratre suo, ut ei membra*  
*perdonentur*: & XXV, ex qua cognoscimus, quendam confu-  
 giendo ad Regem & Episcopos atque sanctorum basilicas passim  
 redditum fuisse liberum a pœna, quæ vel circulatorum ferreorum  
 nexu vel pecuniaria illa mulcta redimebatur. Circa annum  
 865 vixit in Weissenburgenfi Alsatiz Monasterio *Otfridus* Mo-  
 nachus. Probat illud Cl. Autor ex triplici præfatione hujus  
 Otfridi Versioni Theodiscæ Evangeliorum præfixa. Prima car-  
 mine Theodisco inscripta est *Ludovico Orientalium regnorum*  
*Regi*, qui anno DCCCLXXIII decessit. Post illud carmen se-  
 quitur altera præfatio Latina ad Luitbertum Archi-Episcopum  
 Moguntinum, *cujus sagaci prudentia hunc librum probandum*  
*transmisit Otfridus, quamvis indignus, ut ipse dicit, tamen devo-*

p. 56.

57.

128.

*zione Monachus presbyterque exiguus, Moguntinz Ecclesiz præ-*  
 fuit Luitbertus ab anno DCCCLV ad annum DCCCLXXIX.  
 Hoc subsequitur carmen Theodiscum ad Salomonem Constan-  
 tensem Episcopum, qui anno DCCCXXXI electus, eodem  
 anno DCCCXXIII, quo Ludovicus Rex orientalis Franciz,  
 extinctus est. Scripta hujus Otrfridi sunt Volumen Evangelio-  
 rum, quod rhythmis Theodiscis composuit quinque libris, cu-  
 jus modo fecimus mentionem, & aliud adhuc carmen eadem  
 lingua scriptum. Volumen Evangeliorum matihum Flacius  
 Illyricus typis vulgavit, integrum opus in codice Cæfarez Bi-  
 bliothecz extat. Primus liber titulum præfert *Incipit liber Evan-*  
*geliorum primus Domini gratia Theodisce compositus*, qua occa-  
 sione Trithemii & Illyrici notat errorem. Prior titulum illum  
 male reddidit in hunc modum: *Ad Luitbertum Moguntiacen-*  
*sem Archi-Episcopum octavum, in Evangelium opus grande & in-*  
*signe; quod prænotavit Otrfridus gratiam Theodista Liber V.* Al-  
 ter vero scripsit Otrfridum huic Evangeliorum volumini *nomen*  
*gratia pro titulo* imposuisse, & hoc modo significare voluisse  
*opera non esse necessaria ad salutem*, qui, ut Mabillonio post Lam-  
 becium T. II Bibl. Vindob. p. 415 videtur, contra multa alia pec-  
 cavit in sua editione, quale est illud, quod Otrfridum Mona-  
 chum S. Galli vocat, & quod illi apposuit anno DCCCXLII,  
 quasi eo anno Otrfridus suum opus composuisset, quod utrum-  
 que veritati repugnat. Non ignotus etiam illius seculi Scriptor  
 est Ratramnus Monachus Corbejæ, qui de corpore & sanguine  
 librum scripsit, & quamvis editiones impressæ Bertrami præfe-  
 rant nomen, Ratramno tamen Corbejensi attribuunt Codices.  
 Idem de prædestinatione Dei Lib. II edidit; & æqualis, Mabillo-  
 nio teste, stylus est utriusque operis, ut non dubitandum sit, quia  
 huic Ratramno debeat adscribi. Duabus absolvitur partibus,  
 ex quibus nonnulla proponit Noster, qui jam in Præfatione in II  
 Partem sec. IV §. 6 hac de re copiosius egit. De Hattone re-  
 fert, quomodo Archi-Episcopus Moguntinus fuerit electus, qui  
 antea Abbas Augiz Monasterii erat, monetque, quod anno 917,  
 absoluto Romam itinere, *febre Italica* obierit, uti plerique vete-  
rum testantur, exceptis Hepidano atque Hermanno, qui obitum  
 ejus

p. 62.

279.

340.



ejus rejiciunt ad annum sequentem. Fuit Vir in fraudis artibus versatissimus, inter quas hæc insignior memoratur, quod Adelbertum Comitem, qui Ludovico Regi tum ob cæsura Conradum ejus fratrem tum ob alias causas invidus erat, dolo ad Regem adduxit, pollicitus se eum salvum & incolumem domum reduciturum. Dum ambo iter arripiunt, in Comitis Palatium *Babenberg* redeundum monet Hatto ad prandendum. Pransi demum iter ad Regem instituunt, a quo Adelbertus capitis damnatur. Hic Hattonis fidem appellat. Verum ille se promisso absolutum retulit, quippe qui Adelbertum domo egressum, salvum & incolumem ad prandium eo reduxisset. Multa quoque occurrunt, de *Odione* filio Roberti Fortis, qui ex Comite Rex Franciæ factus est, p. 130, 255, 280, 300, Lutetiam contra Nortmannos defendit, p. 253, 258, illos fugavit, p. 265, & Lutetiam iterum obsessam defendit, p. 270, quare Rex sed contra suam voluntatem dictus, p. 284, nec ubique agnitus fuit, p. 272. Exhibet Noster varia ejusdem Diplomata, & effigiem ex sigillis representari curavit p. 271, cui circumscriptum legitur ODO GRATIA DI REX. Accessit & sub finem Appendix LXV chartas veteres complectens, quibus etiam triplex Index, generalis, peculiaris Monasteriorum, & Autorum hoc Tomo laudatorum, fuit adjectus.

*ELIÆ CAMERARII, MED. DOCT. ET PROF.  
Publ. Tubingens. Ord. Viri. Ducis Consil. & Archiatri.  
Eclecticæ Medicinæ ac Physicæ Specimina quaedam miscellanea ad amicos peculiaribus Dissertationibus scripta.*

Francofurti ad Moenum, apud Johannem Maximilianum  
a Sande, 1713, 4-

Alphab. 2.

**I**N Speciminibus hisce ostendere sustinuit Autor Clariss. qua ratione discentes, præjudiciis depositis, libere solideque celeberrimum Virorum scripta in suos adhibere usus queant, etiam cum modeste ab iis dissentiant. Sunt autem hæc Supplementa

ta quasi Dissertationum Taurinensium Epistolicarum, quas in Actorum Supplem. Tom. VI p. 15 recensuimus, eodemque modo elaborata. Speciminis loco ex tribus Dissertationibus methodum Autoris fusius nunc indicabimus, ex reliquis potiora argumenta allegasse sufficiet.

Pag. I.

- Ante omnia *Vicusseni* de delirio ac melancholia discursum An. 1709 coram Regia Societate Gallica habitum recenset *Cammerarius*, a quo in eo discrepat, quod omnem Melancholiam sine febre esse, & Melancholicos omnes circa unum alterumve objectum tantum errare ac delirare, salvo quoad cetera ratiocinio, scribat; advertit etenim plures, qui inepte de plerisque judicarunt, suamque pertinaciam, affectui huic propriam, ac depravatam judicium ad pleraque objecta extenderunt; innumeros potius credit dari gradus hujus morbi, quorum plerique ad illum stultitiæ apicem nunquam contingunt, multi etiam eum transcendunt, delirio quasi universali facto, ac in aliis in furorem transeuntes, ejus rei plura adducit exempla.
16. Spissiores sanguinem obtinere Melancholicos, & inde spiritus animales extractos itidem crassos esse, adstruit *Vicussenus*; Noster vero sanguinis spissitudinem eis equidem non denegat, at solam sufficere non credit, cum ea in diversissimis morborum generibus sine ulla melancholiæ labe soleat evenire; nec sanguinis crassitiem spirituum quoque inferre spissitudinem putat, cum spissiores sanguinis moleculæ a tubulis cerebri excludantur, nec facile admittantur, utpote ad spirituum munus ob-eundum prorsus inepti: imo dubitandum esse dicit, num regionum calidiorum incolæ ob crassitiem præcise sanguinis juxta *Vicussenium* frequentius delirio corripiantur, an vero calor atque acrimonia humorum, & cum primis aliqua in genere nervoso ficcitas inde exorta plus tribuant? Alimenta nimis nutriencia ad melancholiam disponere, eo ipso, quod nimis nutriant, haud existimat, nisi quantitas nimia cruditates ac viscidum inde & minus excoctum producat chylum. Illa vero in genere omnia multum ad cudendum triste hoc malum tribuere sibi persuadet, quæ vigorem sanguini atque elaterem vitalem adimere diutius potentiusque valent. Ad subjectum melancholiæ demonstrandum
- 17.
- 18.
- dum

dum se accingit *Vicuffenius*, unum idemque sentiendi & imaginandi organum statuit, idque centrum ovale; quod nihil aliud esse dicit, quam plexum parvulorum vasculorum summæ tenuitatis, prodeuntium ex cinerea cerebri substantia, ac sine interruptione ad originem nervorum tendentium, atque ex lateribus parvulorum istorum tubulorum ex quovis quasi puncto prodire magnum numerum tubulorum credit, quibus mediantibus inter se communicent; Spiritus animales ibi continuo a sanguine arterioso ad cerebrum alluente separari, ac eo æquabili fluxu influentes æqualiter implere centrum ovale; in interioribus vero horum tubulorum insculpta esse vestigia ab objectis mediantibus spiritibus animalibus impressa, ac tremori ab iisdem spiritibus in hisce tubulis excitato alligatam esse certam ideam. Huic hypothesei *Camerarius* primum Dissertationem *D. Lapegronis* in Societate Regia Mompessulana A. 1708 opponit, in qua corpori calloso hic primas defert, illudque animæ sedem dicit.

• Dein delicatæ hujus partis structuram allegatam in dubium vocat, siquidem hæc propter suam teneritudinem a nullo hætenus rite examinari & evolvi potuit; negat porro, probari posse, insculpta esse interioribus horum tubulorum vestigia ab objectis impressa; dubitat de cavitate illorum tubulorum, aut certe considerat proportionem inter hos tubulos eorumque cavitati impressa vestigia & incredibilem objectorum numerum, ac tandem concludit, nimium in structura mechanica adeo occulta mysteria quæri, nimium corpori in hoc negotio adscribi, magis respiciendum ad animam, in hac enim credit asservari innumeras illas ideas, huicque imprimi; excitandas denuo vel occasione motus alicujus sensorio communi communicati, vel etiam sine hoc internæ animæ motibus seu cogitationibus. In statu igitur præternaturali, pergit *Vicuffenius*, si tubuli centri ovalis sint nimis commixti, aut inæqualiter comprimantur, si spiritus animales inibi stuant modo nimis irregulari, ac quasi præcipiti, aut si quædam in illis sit obstructio, oriri illico varias delirii species, imprimis melancholici. Ac omnino si forte acciderit, ut partes quædam horum spirituum aliquanto crassiores inter se uniantur, cohereant ac forment speciem quandam repaguli

prope illud vestigium, quod antea impresserat aspectus v. g. vitri, adeo ut spiritus animales amplius influere non possint in illud vestigium, quod est vicinum, & quod antea repræsentabat Melancholia, eo ipso credet, se vitreum esse, omnesque possidere vitri proprietates. Ad hoc regerit *Camerarius*, quod si spiritus sint vel subtiliora sanguinis miasmata ac moleculæ, vel elasticæ aeris ac subtiliores spirulæ, difficillimum sit, istum obstruendi modum docere, cum halituosa illorum natura facillime ab effluentibus de novo ac indefinenter novis spirituum copiis statim disjiceretur, ac removeretur. Statuit potius, hanc animæ in errore invictam pertinaciam a defectu cognitionis rectæ oriri, siquidem videmus, Melancholicos quosdam solis ratiocinii solidis adhibitis manum dare, ac de errore suo desistere.

p. 33. A Melancholia ad alias deliriorum species transit *Vicussensis*, quorum causam non eandem esse pronunciat; Et de phrenitide quidem statuit, impetuosum atque inordinatum spirituum animalium motum omnia producere symptomata, quæ morbum istum violentum comitantur, maniam vero pendere ab eadem causa, & æqualia esse, utut nimis violenta, symptomata, febrem si excipias, qua maniaci non detinentur. Existimat vero *Camerarius*, si eadem maniz & phrenitidis causa foret, æ eadem symptomata, (quæ sæpissime non minus violenta sunt, in mania, ac in phrenitide,) eundem sane quoque sanguinis statum esse debere, quod tamen dici vix poterit, cum maniacus sine febre degat, phreneticus continua exæstuet; motum spirituum impetuosum, violentum, turbatum, pro causa allegatum, nimis generalem esse rationem, cum etiam hæc in motus convulsivos & epilepticos cadat, imprimis cum non semper phrenetici sint furiosi, suisque impetus eorum intervallis distinguatur, sanguinis tamen ista spirituumque impetiosa confusio supponatur perpetua. Nec adeo diversas credit maniz & melancholiz causas, cum facillime una earum species in aliam abeat.

36. Lethargicorum errores deducit *Vicussensis* a spirituum paucitate, & interrupto cursu; *Camerarius* vero existimat, soporosos affectus referre quandoque delirium aliquod, sed non proprie tale, ac potius speciem oblivionis. Et si vel maxime delirium eis jungatur,

p. 37.

45

47

58

62

64

75

77

gatur, id vix paucitati ac absentia spirituum adscribi posse, si-  
quidem hæc mortem potius efficeret. Ultimam delirii ac na-  
turalem quasi speciem, somnia scilicet, explicat *Vicussenius*, di-  
cendo, huic omnes homines, inæqualiter tamen, subjacere, ac  
adscribendum id esse irregulari spirituum animalium influxui,  
quem efficiat inæqualis conniventia seu compressio vasculorum  
centri ovalis, imo animam, quoad ista somnia, in plenaria esse  
inactione. Circa quod dogma *Camerarius* non quidem ne-  
gat irregularem spirituum influxum, sed & id certum esse judi-  
cat, dari aliquid in ista confusione ordinati, cum ea potissimum,  
saltem ex parte, reddat amica quies, de quibus frequentius vel  
attentius vigilando cogitavimus; cui accedit imperscrutabilis  
somnia ratio, quæ res futuras ac postea demum evenientes  
evidenter animo sistunt. Plenariam vero animæ inactionem  
durantibus somnia symptomata incubo laborantium & actio-  
nes stupendas somnambulorum sufficienter refutare existimat.  
Sed pergimus ad reliquas Dissertationes Autoris. In *IV* igitur  
de microscopiis differit, quibus omnibus *Leeuwenhoekiana* longe  
antefert, utpote quæ & imaginum amplitudine & claritate exi-  
mia res ante oculos ponunt; dubiam tamen subinde ejus tenuit  
mentem nimia de microscopiis *Leeuwenhoekii* fiducia, ultra,  
quam par est, extensa eorum certitudine. Varia itaque ex *Ar-  
canis* ejus *Natura resectis* in hæc & sequentibus quinque disser-  
tationibus examinat loca, suamque addit epicridium. E. g. com-  
parationem globulorum fecum cerevisiæ cum globulis sangui-  
nis, eorumque geneleos; numerum magna animalium in  
semine pulvis conspectum, & in infusione piperis visum; tubæ  
Fallopianæ usum, quo ovulum ex ovario deduci vulgo creditur,  
negatum. Taxat porro *Leeuwenhoekium*, quod aerem sangui-  
ni permixtum non a cibis, quibus intertextus ille est, derivet, nec  
aerem illum sub bullarum specie comparere credat; & quod  
aliam sanguinis formationem non concipiat, quam quod parti-  
culæ cibi per continuam in stomacho & intestinis motum ita mi-  
nutatim dissolvantur, ut, ubi dissolutæ particulæ in vasa veni-  
unt, nec alium, nisi lentum per lineam rectam progressum ha-  
bent, coagulentur, vel separentur ab aqueis aliisque particulis.

Ulte-

- P. 78. Uteriori vero examini relinquit Noster, num veri vermes sint, qui ex facie hominum solent extrahi, an vero toti pilorum fasciculi, quorum aliquando ultra 30. in uno fasciculo ex *Lecuwenboeki* sententia sint collecti, imprimis cum genesis horum pilorum asserta nondum satis evidens sit. Hinc ejus de cuticulæ textura, squamis & poris sententia examinatur, & disquiritur, an tenerrima intestinorum ac lactea vasa osculis destituantur, eorumque extremitates pellicula quadam claudantur? an medicamenta assumpta adeo celeriter per vascula in sanguinem trans-eant? an aer per vasa intestinorum deferatur? an mucus intestinorum musculus sit? an humoris crystallini in oculo structura sit fibrosa? an humor oculum humectans ex interiori oculo per tunicam corneam assidue protrudatur, palpebris deter-gendus? an retina particulis oblongis globulisque constet? an niger Æthiopum color squamis cuticulæ sit adscribendus? & an sal commune ad calculi generationem concurrat? In *Dissertatone X* cum *Mortono* Autori res intercedit, cujus novas hypo-theses observatis suis adaptatas examinat. Cum enim hic morborum omnium causas in nervis eorumque fluido quærat, se-quentes ventilantur quæstiones: an partium origo a cerebro ner-visque sit derivanda? quod spiritus animales sint? an hi corpus radorum solarium instar irradiant, & ex nervis elabentes vitales permaneant? an in morbis contagiosis primum spiritus ac dein humores inficiantur? an affectio hypochondriaca, paralysis, scorbutus, chlorosis, sine prævio humorum vitio oriantur? an quævis mala spirituum diathesis crasin mox sanguinis pervertat, & vice versa? an ex hac hypothese morbi sympathici, metastas-es, periodicus febrium recursus rite possit explicari? In *Dissertatone XI* *Baglii* de *fibra motrice* præfationem adoritur *Camorra-rius*, & quærit, an in Medicina theorica ex Geometrizæ legibus sit judicandum? quousque Hippocratis laudes habeant locum? an pauca remedia morbis curandis sufficiant? an in morbis chro-nicis a pharmacis abstinendum? an in febribus purgandum? an fusio sanguinis in febribus accusanda? an ex ægri odore, quem spirat, ab omnibus Medicis certa formari possit prognosis? an a-norexia longi aut periculosi morbi semper sit indicium? an nu-gæ sint,

græ sint, quæ de fluidis eodemque vitii & correctione scripserunt Medici? In *Dissertatione XII* inquiri, an juxta methodum *Jacobi Bernoullii* secundum principia hydrostatica vesica inflata gravioris non sit ponderis quam complicata, licet aerem gravitate haud destitui supponas? In *Dissertatione XIII* de subitaneo mercurii barometrici, pluvia imminente, lapsu seu descensu agit, ubi relatis *Borelli*, *Ramazzini*, *Boccabadati*, *Torti*, *Schellhammeri*, fratrisque sui, *Rudolphi Jacobi Camerarii* hac de re opinionibus, suas suppeditat conjecturas problemati huic solvendo infervientes. Dicit scilicet, in atmosphæram, tanquam tenue receptaculum, recipere sese ingentes halituum moles, quæ ex aquis, paludibus, terris continuo elevantur, maximam partem aquosas, & cum aereis particulis intime combinari, inde gravio-rem redditum & spissiorum aerem urgere & premere mercurium; imminente vero pluvia copiosiore unionem istam ac disperfarum aquarum partium cum aeris vinculum solvi, & aqueas partes graviores fieri, accedenteque ventum vehementia tum humiditate præcipitari ex sublimioribus regionibus ingenti numero, sibi que passim obviam factas laxius coherentes sub nebularum vel nubium specie ita versus terram devolvi, sicque aeris pondus imminui; non mirum igitur esse, delabi in tubo mercurium. In *Dissertatione XIV* in tria dispeccantur a Nostro generis Autores, qui de creationis historia scripserunt; dum ipsis sacri textus verbis sensuique primum obvium aliqui inhærent constanter; alii verbis quidem insistunt, vestigiisque textus, non tamen sine vi ipsi illata ac quadam detorsione, inque proprias hypotheses coacta haud parum inflexione; alii denique liberius evagantur, suisque cogitationibus largius indulgent, idque non pari ubique modestia. In primi generis scriptoribus deprehendit *Austr.* dum specialius rem determinare aggrediuntur, desiderari non immerito certitudinem majorem, adeo ut quanvis inhærent sacri textus verbis studeant, difficultatibus tamen haud contemnendis implicari se sentiant. Ad alteram classem inter alios *Zimmermannum* cum *thesibus suis Scriptura Copernizantis* refert. In tertia duos quasi ordines deprehendit; primus eorum est, qui pro lubitu temere satis & audacter

p 234.

239.

Y

creatio.

p. 268.

301.

323.

creationem mundique ordinem aufert excogitare, suis speculationibus congruum, ac aliis tanquam vera proponere, imo pro principiis evidentibus venditare; alterius vero ordinis assecras eos vocat, qui suis quidem indulgent conjecturis, nemini tamen eas obtrudentes physicamque, rem eo ipso amplificantes, augentesque. Ex utroque ordine non nisi bigam Virorum doctissimorum allegat, ex priore *Cartesium*, ac *Burnetum*, ex altero *Georgium Godofredum Leibnitium & Hugenum*; illos quidem non nisi breviter obiterque tangendo, horum vero hypotheses modeste pensitando. In *Dissertatione XV* Controversiam circa naturam ipsam inter *Leibnitium* ac *Sturmium* agitatam examini subjicit, quidque de illa habendum, inquit. In *Dissertatione XVI* ubi de minori hyberni & perigæi Solis efficacia differit, examinatis quorundam scriptorum hac de re hypothesebus, causam ejus præcipuam dicit minutias aqueas sub certa dispositione ac configuratione in aere hærentes. Cum enim aqueæ moleculæ in aere hæreant vel sub guttularum jam concretarum forma; vel attenuatæ nimis, dissipatæ, ab invicem separatæ, pelluciditatem aeris non turbantes; vel compactæ ac minutissimas quasi moleculas aut nebularum parvas portiones constituentes; vel in glacieculas parvas, tenuissimas, in lamellulas quasi glaciales congelatæ ac concretæ; hos duos posteriores modos pro problematis solutione applicat. In *Dissertatione ultima* de selectu experimentorum curiosorum, non machinis speciosis ac pretiosis adornandorum, sed facilium, differit, eorumque specimina in 35 tentaminibus exhibet.

C. A. H.

DE TITULO THEOLOGI JOANNI  
*Prophete in inscriptione Apocalypseos tribus dissertationiuncula.*

DE titulo *Theologi* Joannæ Apocalypsi jam olim præscripto meditationem hoc loco suscipere libet: idque eo magis, quod novissimus interpres, *Campegius Vitringa*,  
 profus



prorsus nihil ad eum (a) annotavit. Probe novi, interpretes plerosque omnes (certe quidem diversum sentientem novi neminem,) consentire, titulum *Theologi* Joanni Apostolo eidemque Evangelicæ historiæ triumque Epistolarum autori κατ' ἐξοχήν in memorata Apocalypsis inscriptione tribui. Tantum de appellationis hujus causa non idem omnes sentiunt. *Jo. Owenus* (b) eum propterea existimat vocari *theologum*, quod ipse *Apoc. I, 2* scribat, ἡ μαρτυρεῖν τὸν λόγον Ἰησοῦ. *Quenstedio* (c) hoc ea de causa factum videtur, quod præ ceteris N. T. scriptoribus aperte prædicet τὴν θεότητα τοῦ λόγου. Ac sane proprium est Joanni, DEI filium appellare λόγον, *Joan. I, 1, 1 Joan. I, 1, Apoc. XIX, 13*. Non longe hinc abeunt, qui inde hujus appellationis repetunt originem, quod Joannes ille planissime de Deitate Christi locutus sit. In hoc numero *Gerhardus* (d) est, *Calovius*, *Beza*, & *Grotius* (e), tum *Heideggerus* (f), *Suicerus* (g), *Ensius* (h), & quis non? Mihi vero gravissimis adducto causis aliud videtur. Statuo quippe, hoc *Theologi* titulo alium designari Joannem, a quo inscriptionis istius autores (perperam quidem,) credebant divinissimam illam Apocalypsin profectam esse. Constat enim inter omnes, & inscriptiones & subscriptiones librorum N. T. non esse ab eorum autoribus adjectas, sed ab aliis ætatis posterioris. Expromam, quid sentiam, eruditorumque committam judicio. Dico itaque, *Joannem* illum *Theologum* non esse *Joannem Apostolum*. Sententiæ meæ causas, quæ tres sunt, paucis exponam. *Primam* peto ex *Eusebii* atque *Hieronymi* silentio. Uterque enim de Joanne Apostolo separatis agunt capitibus, alter in *scriptorum Ecclesiasticorum catalogo*, alter in *ecclesiastica historia*. Neuter vero meminit hujus cognominis: id quod non eorum negligentiam arguit, sed ignorationem. Quod si his ignotum fuit, id cogno-

Y 2

minis

- (a) *Quia*, inquit p. 2, nunc inter doctos homines nemo fere dubitat, quin sit ab alia, & quidem posterioris ævi, manu, nihil ad eum (titulum Theologi) monebimus. (b) In *Theologumenis* p. 4. (c) *System. Theol.* p. 2. not. VII. (d) *Exeg. L. de Script. S. S.* 294. (e) In *Prolegom. ad Apocal.* (f) In *Exequir. Bibl.* (g) *Thef. Eccl. 9. θεολόγος*. (h) In *Bibliotheca sacra* p. 406.

minis inditum fuisse Joanni Apostolo, magna fiducia hinc colligo, vulgarem, qua id creditur, sententiam esse falsam. Occurrere quidem possit quispiam, & *Athanasii* (i) mihi verba sine memoriam revocare, quibus diserte fatetur, Joannem Evangelistam, qui & Apocalypsoos autor sit, dictum fuisse *Theologum*. Sed Medusæum hoc caput non extimesco, cum ex ipsis Pontificiis *Montsauconius* (k) probarit, *Synapseos* illius autorem non esse *Athanasium* illum Anti-Arianum, sed alium integro inferiori seculo. Facilius multo rejecerim argumentum ab autoritate *Chrysofomi* ac *Theophylacti* (l) ductum, quos constat Joannem vocasse *Θεολόγον* & *Θεολογικώτατον*. Hoc enim prorsus levè est, cum ab iisdem quivis doctores sacri dicantur *Θεολογῆν*, ab iisdemque omnes Apostoli *Theologorum* appellatione insigniantur, nihil singulare habente Joanne. Alterum argumentum mihi suppeditant inscriptiones trium Epistolarum Joannis, in quibus singulis cognominatur *Apostolus*. Si enim Joannes ille appellari consuevit *Theologus*, cur, quæso, non idem nomen Epistolis illius præfixum est? Immo vero quia Joannes in illis *Apostolus*, in Apocalypsoos inscriptione appellatur *Theologus*, manifestum est, Joannem a Joanne discerni, nec eundem horum scriptorum autorem ab illis creditum fuisse, qui hosce titulos præfixerunt. Progredior ad tertium idemque ultimum sententiæ meæ fundamentum. Scilicet titulum illum *Joannis Theologi* Apocalypsoos libro præscriptum fuisse a Græcis, ne dubitare quidem fas est. Græci vero quondam tantum abest, ut hunc librum habuerint pro factu Apostolico, ut *Hieronymo* (m), *Apocalypsin Joannis in Græcorum Ecclesiis ne inter scripturas quidem canonicas suscipi*, scribendi necessitatem quarto adhuc seculo imposuerit manifesta & publice confessa veritas. Etsi enim unus & alter in Orientis quoque Ecclesia Joannem Apostolum illius prophetiæ agnosceret autorem, non tamen ea erat vox publica. Constat quippe, Apocalypsoos mentionem omnissam esse in tribus librorum sacrorum sive Canonicorum recensio-

bus

(i) In *Synopsi Script. S. T. II Opp. p. 62 & 152.* (k) *Vid. Fabricius Bibl. Græc. lib. V. cap. 2 §. 6 p. 307.* (l) *Vid. Suicerus loc. cit.* (m) *Epist. ad Dardanum, T. III p. 46 D.*

bus Græcis, quarum una in *Canonibus* legitur *Apostolicis*, altera in ultimo *Concilii Laëdiceni*, A. 364 celebrati, canone, tertia in quodam carmine *Gregorii Nazianzeni*, quod & *Ensus* (n) exhibet, addens (o), ne quinto quidem seculo Græca in Ecclesia dubitationes de libro Apocalypseos sublatas fuisse. Sic nec *Eusebius* (p) audet pronuntiare, quod Apocalypsis sit fœtus *Johannis* genuinus. Illud tamen fatendum est, orthodoxos Græcæ Ecclesiæ Doctores, etsi non pro Apostoli, tamen pro viri *Θεοπνεύστου* libro habuisse Apocalypsin. Audiamus *Dionysii*, Alexandrinorum seculo III Episcopi, (qui in suis adversus *Nepotem* Chiliastram libris *de Apocalypsi Joannis diligentissime*, teste & judice (q) *Hieronymo*, disputavit,) verba ab *Eusebio* (r) servata. *Librum hunc*, inquit, *a Joanne scriptum esse, non infitior. Fateor etiam, sancti cujusdam & Θεοπνεύστου viri id opus esse. Sed hunc ipsum esse Apostolum, cujus est Evangelium & Epistola Catholica, haud facile concesserim.* Nonne ex his, quæ dixi, plane conficitur, per *Joannem Theologum* inscriptionis hujus autores alium ab Apostolo significasse? Innuunt autem *Joannem*, presbyterum Ephesinæ Ecclesiæ, cujus sepulcrum Ephesi ostendi, suo adhuc *απο* testabatur (s) *Hieronymus*, quemque nostra quoque in memoria *Dodwellus* (t) pro autore Apocalypseos habendum censuit. Quæris, cur eum cognominarint *Theologum*? Cave credas, eos illud potissimum secutos esse, quod autor hujus libri deitatem Christo asserat. Nam etsi *Θεολογία* (u) strictiore notione sæpius doctrinam illam designat, ac *Θεολογῆν τὸν Χριστὸν* vel *τὸ πνεῦμα* est *deitatem Christi* vel *Spiritus sancti tueri ac docere*; hinc tamen non sequitur, a studio in asserenda Christi deitate adhibito quempiam simpliciter appellari posse *Theologum*, nisi hic usus nominis demonstraretur exemplis. At his caremus, ni fallor. *Suicero* quidem videtur eadem de causa *Gregorius Nazianzenus* cognomen *Theologi* nactus esse, quod Christi Deitatem ab Arianorum insultibus acerrime defenderit. Sed erare

Y 3

rare

(n) *Lib. cit. p. 156, qui & vid. p. 148, 152 & 158.* (o) p. 148. (p) *Hist. Eccl. lib. III cap. 25.* (q) *Catal. script. Eccl. cap. 69.* (r) *Lib. VII Hist. Eccl. cap. 25.* (s) *Catal. script. Eccl. cap. LX.* (t) *Dissert. Cyprian. IV § 1.* (u) *Vid. Suicero lib. cit.*

rare *Suicerum*, ex vita Nazianzeni illius Episcopi, a *Gregorio* presbytero scripta, apparet. Ibi enim dilerte scribitur, eum appellatum esse *Theologum*, QUOD in disciplina Theologica emineret. De asserta divinitate Christi, eaque hujus cognominis causa, ibi altum silentium. Quid? si hic Doctor aliquis *Theologus* cognominari debet, sane *Athanasius* si non majori, priori certe jure, eo nomine ornari debebat, quippe maxime strenuus Ariani erroris infectator. Id vero factum non memini. Quid ergo? Simpliciter existimo, inscriptores Apocalypseos *Joannem* suum appellasse *Theologum* duabus de causis. Primum indicatum ierunt, libri istius autorem non esse hæreticum, sed hominem de Ecclesia. Atque ita discedebant ab eorum opinione, qui (x) *Cerintho* autore scriptam esse Apocalypsin nimis temere judicabant. Deinde illi isto nomine ostensuri erant, autorem fuisse divinitus instinctum adeoque verum prophetam. Nam illo tempore, quo hæc inscriptio Apocalypsi præfixa fuisse videtur, prophetæ etiam appellabantur *Theologi*. Ita *Pseudo-Dionysius Areopagita* (y) prophetas V. T. nominat. τῶν θεολόγων εἶς, inquit, ὁ Ζαχαρίας, ---- ἕτερος τῶν θεολόγων, ἰεζεκιήλ. Scilicet autor ille, interprete *Pachymere*, prophetas vocat *Theologos*, ὡς θεῶν λόγους λέγοντας. Ceterum non hæc eo consilio disputo, ut Joanni Apostolo Apocalypsin abjudicatam velim: quanquam non ignoro, præter anonymum quendam recentissimum (z) id quoque fecisse *Erasmum*, *Joach. Camerarium*, *Luc. Oslandrum*, alios, ac ipsum *Lutherum* (a) rem in medio reliquisse. Equidem nullus dubito, inimo persuasissimum habeo, Joannis Apostoli calamo exaratum esse librum Apocalypseos: idque dilucide probavit, ut alios præteream, *Gerhardus* (b) noster: *Dionysii* vero Alexandrini argumenta adversaria, *Eusebio* allata, refutavit perdocte (c) *Ensius*. Illud duntaxat contendo, in in-

(x) Vid. *Eusebius* lib. VII cap. cit. (y) *Loca eius indicat Suicerus loc. cit.*  
 (z) *Obsev. Hal. Germ. T. III cap. 12 §. 14, 15.* (a) *Pref. in Apoc. Adde, quæ concessit Fabricius in Cod. Apocr. N. T. p. 959 sq. & Bibl. Græc. lib. II cap. 5 §. 8. p. 147 sq.* (b) *In Exeg. L. de Script. S. §. 293 sqq.* (c) *Lib. cit. p. 402 -- 409.*

inſcriptione Apocalypſeos, quæ nemine diſſentiente (d) ab alio, quam Apoſtolo, præfixa eſt, *theologi* nomen eſſe *διὰ τὴν ἰκόν*, eoque Ioannem illum, quem inſcriptionis illius autores perperam pro vero ſcriptore habebant, diſcerni a Ioanne Apoſtolo.

**WOLFGANGI FRANZII S. THEOL. D. ET**  
*in Academia Witteberg. P. P. Hiſtoria Animalium, cum*  
*Commentariis & Supplementis obſervationum ex recen-*  
*ſiori Hiſtoria Naturali &c. Opera JO. CY-*  
**PRIANI, S. Theol. D. & P. P. in**  
*Acad. Lipſ.*

Francofurti & Lipſiæ, apud Gotthofr. Leſchium, 1712, 4.

Alph. 21.

**M**Entio huius libri facta in his Actis eſt Anno 1688 Menſe Majo. Tum enim prodierat *Continuationis Hiſtoria Animalium Franziana Tomus prior*, dilucidationem quadrupedum completus; in quo *Tomus alterius* de Avibus, Piſcibus, Serpentibus, Inſectis, annuo tempore inſecuturam promiſerat editionem Autor Summe Reverendus, *D. Cyprianus*. Quod promiſſum quo minus ſervare poſſet, dux res impediverunt: primum officia, quæ gerit, Academica, interdum ſeſttri ſpatio, & amplius, nullam in opere lineam duci paſſa: deinde annotandorum copia incredibilis, qua factum eſt, ut, quæ *Posteriores* conſtituere *Tomum* debuerant, octuplo priora ſuperent, ampliora etiam futura, ſi quidem Serpentum hiſtoriam atque Inſectorum pari perſequi ubertate, ut Avium & Piſcium, Summe Rev. Autor voluiſſet. Ceterum ſe totum Opus ſic habet. Primum in eo locum integra *Franzii Hiſtoria* occupat: hanc excipit *Continuationis Pars prima*, ab illis nihil differens, quæ edita in lucem anno 1688 eſt: ſequuntur deinceps *quatuor reliqua Partes*, Franziano ordini reſpondentes: quibus noviffime accedunt *quinque Indices*, Capitulum unus, alter Animalium, tertius Loco-

(d) Nam ab Apoſtolico ne uſitatus quidem erat *theologi* titulus in Eccleſia Chriſtiana, ſed doctores tunc vocabantur alii Apoſtoli, alii Evangeliftæ, alii Prophete, alii Paſtores. Vid. *Ephes. IV, 11.*

Locorum Scripturæ S. quartus Hodego - Homileticus, quintus denique rerum inprimis memoria dignarum. Propositum Autoris in conficiendo hoc libro fuisse, tam corrigere passim, quam supplere *Historiam Franzianam* ex optimis scriptoribus *Physicis, Anatomicis, Geographicis, Historicis, prætereaque usus animalium & abusus* notare, variaque singulis Capitibus annexere *Moralia*, ostensum a nobis jam tum est, cum editionem A. 1688 recenseremus. Quo loco cum etiam singulariora quædam ex *Continuationis parte prima* speciminis loco dederimus; nostrum nunc erit ex iis quæ nova accesserunt, hoc est ex reliquis *Partibus*, itidem nonnulla expromere. Præmissum vero *Parti secunda* Præloquium est, in quo de Avibus in universum, de illarum Nomine, Partibus, cum externis tum interioribus, Divisione, Definitione, usu & Abusu, Aucupioque explicatur, additis Similitudinibus quibusdam & Emblematis. In ipsius *Tractionis Capite primo* Aquila consideratur. Hujus undecim recensentur Species: post de volatu ejus, de visu, & que aliis rebus ad illam pertinentibus differitur: §. IV & sequentibus de veterum Romanorum Aquila, & quemadmodum ab ea distet hodiernum Imperii Romano-Germanici insigne, disquiritur: in abusibus Aquilarum numeratur, tum cultus divinus, quo eas persecuti sunt Thebæci, Arabes, alii, tum auspicia ex earum volatu capta, tum etiam, quod Romani, suos consecraturi Imperatores, Aquilam e rogo emisserunt, quæ animam defuncti in cælum ferre crederetur, & hujusmodi plura. Tandem Christum in cælum ascendentem, item resurgentes Beatos cum Aquila comparat Noster, multasque alias ex natura Aquilarum depromptas similitudines addit. *Capite Tertio* Phœnix proponitur, primumque in *Ægyptiacum* dispescitur & Græcum: deinde queritur, utrum vera sit avis, an fabulosa? Prolatis in utramque partem testimoniis, eorum accedit sententiæ Autor, qui veram esse avem negant. Refellit igitur argumenta contraria, in iisque etiam illa, quæ ex quibusdam Scripturæ S. locis desumuntur, ut ex Job. XXIX, 18, ubi dicitur, כַּחֲמֹר מְרִיבִים *multiplicabo dies moor:* כַּחֲמֹר מְרִיבִים igitur novitquam Phœnicem sed arenam significare ostendit, absurdosque Rabbinos esse, fingentes, Evam, postquam

postquam comedisset de fructu arboris prohibitz, comedendum quoque ceteris animalibus dedisse, quæ omnia obedierint ipsi, præter unam avem Phœnicem, ob eam rem non morientem, sicut dicatur, **פנין** ut *Phœnix multiplicabo dies meos*, l. c. Postea docet, a Sacerdotibus Ægyptiorum consulto esse fabricatam Phœnicis fabulam, ut esset pro more symbolum aliquod & Hieroglyphicum, cum variarum rerum, tum vero præcipue ipsius Mundi, ejusdemque conversionis: cujus Periodum, hoc est, Annum magnum sive Platonicum, cum alii aliter computaverint, factum esse, ut diversa item a diversis tribueretur Phœnici ætas: itaque, exempli causa, 1461 annos concedere Phœnici apud Tacitum quosdam, conversionem autem Anni magni, seu ἀποκατάστασις siderum, a compluribus totidem definitam annis esse, ut ex Manethone, Dione, Firmico & Censorino probaverit Salmasius. Postremo etiam quæ alii & Theologi & Philosophi comparare cum phœnice soleant, commemorat. Cap. II Bocharti & Seb. Schmidii interpretationes expendit super Renanum Jobi cap. XXXIX, quorum ille Struthionem avium maximam, hic alaudam e minimis unam intellexit. In fine hujus *Partis* duæ additæ *Appendices* sunt, quarum altera de Avibus tractatur fabulosè cum Græcorum tum Hebræorum Arabumque, præterea de Faunis etiam, Ficariis, Satyris, Onocentauris, quorum nomina in Esaia leguntur & Jeremiæ Interpretibus: in altera autem *Appendice* variz recensentur aves omissæ, tum domesticæ tum exoticæ, Moraliaque mox adjunguntur, Sequitur *Partis tertia*, quæ pisces complectitur. Hæc omnium amplissima est, in ejusdemque Capite primo, occasione eorum quæ Franzius habet, multa disputantur de piscibus in genere, de eorum divisione, partibus, cognatione cum avibus, alimentis, generatione, respiratione & somno, sensibus, morbis, captura, usu denique & abusu. Cap. II de Cetus, dissensus de pisce Jonam deglutiente, cetusne proprie dictus, an Canis Carcharra fuerit, examinatur: eodem, Jobi textus de Leviathane, & Cap. III de Behemoth explicantur. Cap. IV de Torpedine, ejusque vi stupefactiva agitur. Cap. VIII de Testaceis, Purpuræ & Conchæ margariferæ historia prolixè traditur. *Partis IV* caput I est de Serpentum

pentum differentiis, senecta, partibus, sensibus, veneno, ejusque remediis; quibus inserta est dissertatio de dono, quod perhibent, naturali Regum Galliz & Magnæ Britanniz, contactu suo morbos tollendi. Cap. II de Vipera, inter alia in generandi modum inquirat. *Pars V* Insecta tum in genere tum in specie contemplatur. In Apum memorabilibus Cap. III observatur Monarchia foemina: in Muscis Cap. III admirandam structuram per microscopium conspicuam, & quarundam lucem nocturnam, ephemerum simile Muscas, Scarabæos multiplici specie, interque eos Cantharides noctilucas cognosces. Cap IV Locustarum non minor quam muscarum diversitas numeratur, atque detrimenta integris regionibus illata recensentur. Ad Erucas pertinent Kombyces, de quibus recentiorum observationes recensentur. Cap. VIII Araneorum multa genera, interque eos octo oculis, & binis oculis, generatio fecundissima, centum plerumque plus minus ovorum, fila, eorumque conjunctione telæ geometrico modo structæ considerantur; simulque notatur, Fila illa Meteorica, aliis Fila Mariæ, autumnii tempore frequentia, araneorum esse telas. Ad finem capituli de Tarantulis earumque affectu & cura quædam subjiciuntur. Partes vero duæ istæ de Serpentinibus & Insectis prioribus contractiores sunt. Plura ex libro integro volumus commemorare, cum ex dictis de utilitate ejus quis hauri difficulter judicare possit.

**LEXICI MINERALOGICI SPECIMEN A  
D. JO. JAC. SCHEUCHZERO, Prof. Mathes.**

*Figuro transmissum.*

ABALKIAKEL. v. Actites.

ABNODENISCHRA. }  
ABNODINESCHAR. Chald. } v. Actites.  
ABNODNESCHRE. Syr. }

ABRAUM. Germ. Tamm Erde, so über den gang liget, *Sachsenberg. Bergm. Redens-art.*

ABSINTHUS. *Alberto M. lapis est niger rubeis virgulis vel guttulis. Videtur Asyetes Plinii corrupto vocabulo. B. de Boot, Lap. & gemm. p. 548.*

ABSTRICH. Germ. die unart, so ins treiben von dem werk abgezo-



abgezogen wird. *Schenberg Red-artb beyrn Schmelzbütten.* Was sich erstlich im treiben von der glæte abgesetzt, wird gewaschen, berechnet und der *alte vorrath* genennet. *Kirchmai. Erkler. Bergmann-wort.*

ABU MALEJIO. }	
ABU MUA E. }	v. Cinis Sampznfis.
ABU MUE. }	
ACCIAIO Ital. }	
ACCIARUM Lat. }	i. q. Chalybs. v. Ferrum.
ACESIA. }	
ACESIS. ΑΚΕΣΙΣ. }	v. Chryfocolla.
ACESTIS. ΑΚΕΣΤΙΣ. }	
ΑΧΑΚ, ἀχάκ v. Calx viva.	

ACHATES, reperta primum in Sicilia, juxta Flumen ejusdem nominis *Plin. Hist. Nat. L. XXXVII c. 10.* Hinc nominis origo, derivata post ad alias gentes; Græcis quippe vocatur ΑΧΑΤΗΣ, Germanis ACHAT, AGATH, ACHATSTEIN, AGATHSTEIN, AGSTEIN, quæ vox distinguenda a GAGATE, qui etiam AGSTEIN & AUGSTEIN dicitur, sicuti & vulgo ipse noster ACHATES aliquando hoc nomine *Augstein* venit, Anglis & Gallis AGATE, Italis, Siculis, Hispanis, AGATA, ACHATE.

Notæ Achatis characteristicæ & distinctivæ :

1. Duritie marmor longe superat, ut & politura, hinc inter lapides pretiosos communiter refertur.
2. Plerumque quidem, ut alii hujus generis lapides, supericie externa est asper, & rudis, diffractus tamen insignem lævorem, polituræ & nobilitatis indicium, ostentat.
3. Ab *Onyche* differt, quod onyx zonis & crustis variorum colorum constet; Achates vero lineis & maculis ludat.
4. A *Jaspide* (quacum confunditur apud *Kenst. de fossil. p. 51* sub uno *Jaspidis* titulo) quod *Jaspis* sit rudior, mollior, magis opaca, & mire confusos plerumque habeat colores, prædominante tamen purpureo vel viridi. In *Achate* vero colores magis sunt ab invicem distincti, prædominante plerumque albo & nigro.

*Worm. Mus.* 96, *Calceol. Mus.* p. 246.

SPECIES.

1. PASSACHATES. Plin. loc. cit. legunt alii PHASSACHATES, alii PSAPHACHATES, *Salmastus* autem in *Solin.* p. 92 JASPACHATES. Achates Jaspidi similis.

ΤΑΛΩΨΙΑΣΠΙΣ, vitreæ perspicuitatis Jaspis. *Orph. de lap.* p. 230, *Salm.* l. c.

*Achate Polombina. Imperat. Hist. Nat.* pag. 544.

*Achates Palumbum exprimens. Agric. Nat. Foss.* L. VI pag. 302 male.

Not.

Medius quoad materiz puritatem & splendorem inter Achatem & Jaspidem, ut ad hanc referri deberet, nisi adesset quædam perspicuitas.

2. CERACHATES. *Plin.* l. c.

*Achates cornu exprimens. Agric. Nat. Foss.* L. VI p. 303.

*Achate cornea. Imper.* l. c.

Not.

Qui Κέρας Græcorum admittunt pro radice vocis, huc referunt, cum *Wormio Mus.* p. 96, *Agricola* l. c. & aliis eum Achatem, qui lineis & maculis cornu refert, figura, quod rarum, vel colore. Qui vero ceram Latinorum, eum qui cerea est facie. *Salm.* in *Sol.*

p. 94, 95.

3. SARDACHATES. *Plin.* l. c.

Σάρδοι αἰματώεις Ἀχάτης. Sardam sanguinei coloris referens Achates. *Orph. de Lap.* p. 230.

*Achate Sarde. Imperat. Hist. Nat.* p. 544.

*Achates Sarde modo rubens. Agric. de Nat. Foss.* L. VI d. 303.

*Achates tota splendida flamma ignea rubedinem amulans. Calceol. Mus.* p. 248.

*A reddish semiopaque Flint. Plot. Nat. Hist. of Staffordshire* p. 175.

Not.

Rubens est ad flammam potius quam sanguinem accedens, nunc opacus, nunc semipellucidus.

4. HEMA-

## 4. HÆMACHATES. Plin. l. c.

*Achate sanguinea.* Imperat. l. c.

BLUTSTEIN nostratibus. Gefn. Fig. Lap. 149.

BELO Chin. Rumph. Ambojn. Rarit. p. 287.

Not.

Hoc nomine veniunt, non qui sanguineis maculis irrubescunt, vel rubentibus & albis venis distinguuntur, sed qui toti sunt sanguinei coloris, & non distincti rubentibus & candidis maculis. Salmas. in Sol. p. 94.

## 5. HÆMACHATES alter, qui sanguineis maculis irrubescit. Solin. Polyh. c. 5.

*Achates sanguineis maculis irrubescens.* Salmas. in Solin. p. 94.*Achates distinctus rubentibus venis & albis.* Plin. l. c.*Achates, quem sanguinea vena transcunt.* Hamachates. Agric. Nat. Foss. p. 203.

*Achates lineis colorem sanguinis exprimentibus conpersa.* Hamariti lapidi in colore non multum dissimilis, ut merito Hamachates nuncupari possit. Calecol. Mus. l. c.

*Achates niger rubentibus venulis.* Spen. Mus. p. 116.

*Achates sanguineis venis in se convolutus & flavis lineis maculisque varius.* Cord. Obs. Sylv. p. 120.

Not.

In hunc censum venire possunt Achatæ quicunque coloris sunt sanguinei, sed non puri, verum aliis coloribus sociati, sive nunc sanguineæ sunt striæ sive bractus integri maculosi.

6. Ἀχάτης Μιλιτοπάρη, Achates in quo minium. Orph. de lap. p. 230.

*Achates, que unius coloris est invicta Athletis.* Plin. l. c. legend. qua minii coloris est. Salm. in Sol. p. 95.

*Achates miniacis maculis lacteo corpori immixtis.* Cord. l. c.

Not.

Satura quadam rubedine, a tenui flammeo & sanguineo colore distinguitur Miniaceus, qui si in Achate est obvius, hoc miniaci Achatæ nomen meretur.

7. PERILEUCOS filo ab ore (ora) gemma ad radicem usque candido descendente. Plin. l. c.

Ἀχάτης περιλεύκος. Salm. in Sol. p. 92.

*Achates niger venis obfusus albis.* Marbod. L. XVI c. 2.

**CROW STONES** blake, streaked white, which polish so well, that I have seen them set in rings, and have been taken at least for the *black Achat*, or **MELANOLEUCOS** of Aldrevand. Mus. Met. L. IV c. 1.

Not.

Hoc nominis meretur, qui lineis candidis & plerumque lacteis vel una vel pluribus est conspicuus, rectis vel circularibus: pro nota characteristicam habet Salm. l. c. *circulos in medio lapidis nigros & albos, junctos & variatos*, ad distinctionem sequentis.

3. **LEUCACHATES.** Plin. l. c.

*Achate bianca.* Imperat. Hist. Nat. p. 544.

*Achates ob perspicuitatem in candore pulcherrima.* Calceol. Mus. p. 247.

**WIDURIS** Malab. & Javanensibus quibusdam **BELGAR**. Rumph. Amb. rar. p. 287.

Not.

Sunt hi albi toti, vel albis lineis tractibusque distincti. Salm l. c. Illi per sepe sunt semipellucidi, albumini ovi similes, hi ad præcedentem quoque speciem possunt referri.

*Achates nigra venulis purpureis & albicantibus, in qua vena alba fluvium referens ejus latera cingit.* Worm. Mus. 97.

9. *Achates vitrea perspicuitatis.* Plin. l. c. Solin. l. c.

Ἰάλωψ ἰασπίς, vitrea perspicuitatis Jaspis. Orph. de Lap. pag. 230, 231.

Ἀχάτης τῶ εἶδος ὑπεκωνίζων ἔχων περιφέρειαν λευκὴν ἔχων.

*Achates coloris subcaerulei, extrinsecus circumferentiam habens albam.* Ita vulgo vertunt, sed male, judicante Salm. in Sol. p. 94, 95, cum vitream perspicuitatem indigites, sive caeruleam perspicuitatem, Epiphanius, sicuti etiam vitreum pellucidum & caeruleum interpretatur Philargyrus.

*Achates nigra habens in medio circulos nigros & albos similes Hamatiti.* Isidor. sed falso hic τὸ ὑπεκωνίζων Epiphanii sumit pro nigro. Salm. p. 95.

Not.

Not.

*Achates pellucidi* tum Orientales tum Europæi plerumque sunt candidi, vel *ὑπερλευκότεροι*, subcœrulei quid oculis inferentes, a *Leucachate* in eo impruinis differunt, quod hic lactei sit candoris, vel saltem albuminæ ovis similis, ille vero *vitrea magis perspicuitatis*.

10. DENDRACHATES *velut arbuscula insignis*. Plin. l.c. ΔΕΝΔΡΑΧΑΤΟΣ Anonym. MSC. de virtutib. Lapid. citatus a Du Fresne Gloss. Græc. App.

ΔΕΝΔΡΟΦΥΤΟΣ ΠΕΤΡΗΣ, *Dendrachates*, ΔΕΝΔΡΗΙΣ ΑΧΑΤΗΣ, *Achates arborefcens*. Orph. de Lap. p. 202, 203. *Achates, in cujus planitie vel arbores delineata conspiciobantur*. Camill. Leonard. Spec. Lap. L. III c. 3.

*Achate figurata di Alberi*. Imper. l. c.

BOOMTIES ACHATES. Rumph. Amb. Rar. p. 257. Confundit cum Dendrachate *arbusculas marinas* Gesn. Fig. l'ap. p. 174, sed male.

Not.

Vitreæ plerumque est perspicuitatis, sed arbusculis nigris Dendritarum ad instar insignis, ut *Dendrites Achatinus* commode dici possit.

11. *Achates similes limbum (al. palmitum) floribus*. Plin. l. c. Ignotus prorsus.

12. *Achates cum spicis, quas diceret nunc ex vitreo excidisse*. Cardan. de subtilit.

13. *Achates in cujus medio herba Rorismarini conspici potest*. In Pinacotheca Lautieri vidit Ol. Borrich. Act. Hafn. 1677 p. 206. *Agate, ou il y a de petits rameaux de sauelles noires*. Moncom. Voyag. T. I. 24.

Not. Idem est hic, ni vehementer fallor, cum Dendrachate No. 10; licet forsâ foliola sint latiora; varians hæc in ramusculis & foliis latitudo meo iudicio non variat speciem, nisi in infinitum velimus multiplicare entia.

14. *Agata Sardonisba ripiena di sebbusbe*. Settal. Mus. p. 89. No.

Conferri hic potest cum n. 12.

15. A. N.

15. ANTACHATES, *cum writur, Myrrham redolens.* Plin. 1. c. legunt alii ANCHACATES, an potius STACTACHATES, quod stactæ odorem, i. e. myrrhæ habeat. Salm. in Sol. p. 133.

ANATACHATES & ANTHACHATES. Agric. de nat. Foss. p. 246, 276.

Not.

Prævio Agricola judico, referendum hunc esse ad succinum aliudve bituminosi generis fossile; nihilominus in serie Achatum, *Plinium* secutus, eum adducere volui.

16. CORALLOACHATES *guttis aureis Sapphiri modo distincta.* Plin. 1. c. *similis Corallo aureis guttis distincta.* id. CORALLACHATES, *qui coralli modo rubet.* Worm. Mus. 96.

*Achate che somiglia a Corallo.* Imper. 1. c.

*Coralloachates a Corallii forma.* Boot. Hist. Gemm. & Lap. L. II c. 96.

*Achates corallo colore similis.* Agric. Nat. Foss. L. VI p. 303.

Not.

Si Corallii modo rubeat, referri potest ad *Hamachaten* No. 5. Si formam habeat Corallii i. e. figuram externam, est sui generis Achates, qualem reperiri vix credo, si, quod *Plinius* nominis Autor, *guttis aureis Sapphiri modo*, (vel, ut autumo, lapidis Lazuli instar) est conspersa vel *distincta* sui est generis, placet altera appellatio Pliniana, quod huc referri debeat Achates *similis*, colore scilicet, *Corallo-aureis guttis distincta.*

17. ACHATES, *qua reddunt species fluminum, nemonum & jumentorum etiam effeda (al. edera) & staticula & equorum ornamenta.* Plin. 1. c.

*Corona di Agata Sardonica, le cui varie specie per è diversiflineamenti di fiumi, boschi, giumenti, che in molte di esse effigiati, solo dalla natura, e ingemmamenti che seco annesso portano varii nomile cagionano.* Settal. Mus. p. 89.

*Een Achat steen, waarop men in zyn voluemen koleur ziet een onderaardsche roots, en door de zelvs eenige bergen in t'verschiet hebbende boven in t'verwulfsel twe door gebrokene gaten, door welker scene een stralend licht komt vallen.* Rumph. Amb. rar. p. 90.

A:ba-

*Achates coloris candidi macula incarnata semidiaphana undis albis cincta & lacum quasi representans aliisque viridibus variegatus. Mus. Tigurin.*

Not.

Infinitus forsan est Achatum, qui huc referri possunt, numerus, infinite variantibus casu singulari lineis & maculis, quibus tamen plerumque possessores vel scriptores plus addunt imaginatione delusi, quam revera iis inest.

18. *Cepites, Tuinsteen, een sort van Achaat mit streepen, die geestige fortresfen en andere gedaantens verbeelden. Rumph. Amb. Rar. p. 289.*

Not.

Affinis hic Achates marmoribus Florentinis referri quoque potest ad n. 17.

19 *Achates leonina pelli (al. pellis) similis. Plin. l. c.*

ΛΕΟΝΤΟΣΕΡΗΣ ΑΧΑΤΗΣ εἶδος ἔχων διαφανὸν αἰμαμακρότοιο λέοντος. LEONTOSERES, *Achates colorem habens fulvum indomiti leonis. Orph. de Lap. p. 230, 231.*

Notat hic Salm. in Sol. p. 95, *λεοντοσέρην Α'χάτην* dictum esse Orpheo, non quod Leonina pelli similis, ut Plinius intellexit, nec quod colore Leonis sit, ut voluit Epiphanius, sed a virtute & potentia, quam habet sistendi franandique Leonum & ceterarum ferarum iras & impetus, σερῆ idem quod σερῆ vinculum, cingulum, σερῆζω, σερῆζω ligo, frango, vincio.

Α'χάτης χρώμα ἔχων λέοντος, *Achates Leonis colorem habens. Epiphan. de 12 Gem. p. 6, 10.*

AGAPIS lapis est colore pelli leonina, ab ἀγάπη i. e. dilectione sic dictus, quod ab omnibus diligatur. Facilitatem admirandam contra scorpionum ictus, ac viperarum morsus habet, alligatus vulneribus, aqua prius madefactus, ex templo dolorem mitigat & sedat. B. de Boot L. II p. 548 ex Lud. Dulce.

Notat de Laet de Gemm. & lap. L. II, 195, *Agapis* nomen corruptum esse ex *Achate*, nam & Plinius l. c. scribit, *Leonina pelli similis potentiam habere contra scorpiones dicuntur*: id quod Agapi heic tribuitur.

LEONINA, sc. *Achates*. B. de Boot L. II c. 96.

LEONTIOS, a Leonis pelle ita dicta gemma. Plin. L. XXXVII.

c. 2.

Αα

LE

LEONTODORON, Græcis. Agric. Nat. Foss. L. VI p. 303,

Calceol. Mus. 148.

BROCAVELLA, Italis. Boot. l. c.

LEONACHATE S, *reccntiorum Brocatalla forte vulgo*. Calceol. Mus. l. c.

Not.

Manebimus nos in Pliniana descriptione & Achatem hujus nominis volumus, qui fulvo Leonis colore est insignis.

20. PARDALIOS, a *Panthera pelle ita denominata*. Plin. L. XXXVII c. II, Agric. l. c.

Huc referenda forte sequens λεοντοσέτης descriptio Orpheana.

κατάσικτος σπιλάδεσσι

Πυρσάσιον λευκάς τε μαλαινομένους χλοεράς τε.

distinctus Punctis

Rutilus albisque nigrescentibus viridibusque, p. 230 v. 10, 11.

Achates ob varias maculas Panthera animalis feri, pelli maculosa qua sunt similes, & quas per totum corpus hinc inde conspersas habet. PANDALION Græcis dicitur, PANTACHATEM juniores vocant. Calceol. Mus. p. 248.

21. Achates Pyrrhi, in qua IX Musa & Apollo Citbaram tenens, non arte sed natura sponte ita discurrentibus maculis, ut Musæ quoque singulis sua redderentur insignia. Plin. L. XXXVII c. I.

Rex Pyrrhus digito gestasse fertur Achatem,

Cujus plana novem signabat pagina Musas,

Et stans in medio Citbaram tangebatur Apollo.

Natura non artis opus, mirabile dictu. Marbod. de lap. L. VII c. I.

Not.

Mirabile non tam naturæ, ut autumo, quam artis productum, quemadmodum hujus generis alia pro naturalibus venditantur & hodie, quæ Christum crucifixum aliaque ostentant.

22. Achate alii ἀνθρωπώμοεφοι.

Achates, in quo Natura Heroïnæ depinxit capillis crispatis, & pectore balteo instructam. Kirch. Mund. subterr. L. VIII p. 30.

Achates in qua conspicitur Regium caput diademate ornatum, naturalibus id exprimentibus venis, absque omni artificis manu, conspicitur Venetiis in Ecclesia Divi Marti. Calceol. Mus. p. 21.

Achates, in qua hominis imago conspicitur coloribus ita eleganter effigi-



*effigiata, vestimentis ita affabre delineata, capiti, collo, brachiis & pedibus, quae sua respondent textura, ut hominem non sine veloci gressu itineri intentum esse praeuntes, in augustissimo rerum naturalium conclavio, auspiciis Soren. Ferd. Gonzaga erecto, videtur.* Calceol. l. c.

*Een Achaat, waarin men de gedaante van een biddenden Paus ziet in syn gedaante en verwen.* Rumph. Amb. Rar. p. 290.

23. *Achates, quae circulum ita exacte fusco colore notatum habet, ut circino perfectior exarari non possit. In circuli medio Episcopi cum mitra effigies exacta apparet. Deinde si paululum invertatur, alterius imago visitur. Quod si iterum vertatur, duae imagines apparent, & mulieris & viri, alioque modo inversa adhuc alia.* Bopt L. II c. 95.

Not.

Potest & hic inter ἀβερροπόρος referri, peculiarem tamen locum propter circulum, quo humanae figurae sunt cinctae, meretur.

24. *Achates, qui cor & pulmones simul venarum aliquo ductu egregie representat.* In Bibliotheca Francofortensi visitur. Konig. Regn. Miner. p. 106.

25. *Achates, in quo medius Onyx oculum referebat, habuit quondam Joh. Ludovicus Guetius, unde Achatem OMMATIAM aut ONYCHOPHTHALMUM vocare lubuit.* Velsch Heccat. I. Obf. 22.

*Sunt Achates, inquit Cardan. de subtilit. f. 290, qui referunt avium oculos, alii piscium, quidam humanos oculos, LEUCOPHTHALMI, quidam lupi, LYCOPHTHALMI, quidam caprae, AEGOPHTHALMI vocati.*

*Agata Sardonica representante un' occchio di Cavallo.* Settal. Mus. 89.

OPHTHALMIOS, VISCHOOGS-ACHAAT, *is buiten an de rand licht bornverwig, darna en Kring van den reder Koller, en in t'mitten een witten oogappel.* Rumph. Amb. Rar. 289.

*Achates grisei coloris in annuli formam arte effigiatus, qui linearum vel tractuum caeruleo-fulgentium signatura, oculum bovinum pulchre exprimit.* BOOPHTALMOS a me possessore denominatus.

26. *Achates, quam ipsa rerum natura Christo tanquam DEO*

LEONTODORON, Græcis. Agric. Nat. Foss. L. VI p. 303,  
Calceol. Mus. 148.

BROCATELLA, Italis. Boot. l. c.

LEONACHATE S, recentiorum Brocatalla forte vulgo. Calceol. Mus. l. c.

Not.

Manebimus nos in Pliniana descriptione & Achatem hujus nominis volumus, qui fulvo Leonis colore est insignis.

20. PARDALIOS, a *Pantbera pelle ita denominata*. Plin. L. XXXVII c. II, Agric. l. c.

Huc referenda forte sequens λεοντοσίρης descriptio Orpheana.

κατάσιτος σπιλάδεςσι  
Πυρσάσιον λευκάσι τε μελαινομέναισι χλοεράσι τε.  
distinctus Punctis

Rutilis albisque nigrescentibus viridibusque, p. 230 v. 10, 11.

Achates ob varias maculas *Pantbera animalis feri, pelli maculosa qua sunt similes, & quas per totum corpus hinc inde conspersas habet*. PANDALION Græcis dicitur, PANTACHATEM juniores vocant. Calceol. Mus. p. 248.

21. Achates Pyrrhi, in qua IX Musa & Apollo Citharam tenens, non arte sed natura sponte ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Plin. L. XXXVII c. I.

Rex Pyrrhus digito gestasse fertur Achatem,  
Cujus plana novem signabat pagina Musas,  
Et stans in medio Citharam tangebatur Apollo.

Natura non artis opus, mirabile dictu. Marbod. de lap. L. VII c. I.

Not.

Mirabile non tam naturæ, ut autumo, quam artis productum, quemadmodum hujus generis alia pro naturalibus venditantur & hodie, quæ Christum crucifixum aliaque ostentant.

22. Achate alii ἀνθρωπόμορφος.

Achates, in quo Natura Heroïnam depinxit capillis crispatis, & pectore balteo instructam. Kirch. Mund. subterr. L. VIII p. 30.

Achates in qua conspicitur Regium caput diademate ornatum, naturalibus id exprimentibus venis, absque omni artificis manu, conspicitur Venetiis in Ecclesia Divi Marci. Calceol. Mus. p. 21.

Achates, in qua hominis imago conspicitur coloribus ita eleganter effigi-

*effigiata, vestimentis ita affabre delineata, capiti, collo, brachiis & pedibus, quae sua respondent textura, ut hominem non sine veloci gressu itineri intentum esse praeuntes, in augustissimo rerum naturalium conclavio, auspiciis Seren. Ferd. Gonzaga erecto, videtur.*  
Calceol. l. c.

*Een Achaat, waarin men de gedaante van een biddenden Paus ziet in syn gedaante en verwen.* Rumph. Amb. Rar. p. 290.

23. *Achates, quae circulum ita exacte fusco colore notatum habet, ut circino perfectior exarari non possit. In circuli medio Episcopi cum mitra effigies exacta apparet. Deinde si paululum invertatur, alterius imago visitur. Quod si iterum vertatur, duae imagines apparent, & mulieris & viri, alioque modo inversa adhuc alia.* Bopt L. II c. 95.

Not.

Potest & hic inter ἀνθρωπομορφος referri, peculiarem tamen locum propter circulum, quo humanae figurae sunt cinctae, meretur.

24. *Achates, qui cor & pulmones simul venarum aliquo ductu egregie representat.* In Bibliotheca Francofortensi visitur. Konig. Regn. Miner. p. 106.

25. *Achates, in quo medius Onyx oculum referebat, habuit quondam Joh. Ludovicus Guetius, unde Achatem OMMATIAM aut ONYCHOPHTHALMUM vocare lubuit.* Velsch. Heccat. I Obf. 22.

*Sunt Achates, inquit Cardan. de subtilit. f. 290, qui referunt avium oculos, alii piscium, quidam humanos oculos, LEUCOPHTHALMI, quidam lupi, LYCOPHTHALMI, quidam caprae, AEGOPHTHALMI vocati.*

*Agata Sardonica rappresentante un' occhio di Cavallo.* Settal. Mus. 89.

OPHTHALMIOS, VISCHOOGS-ACHAAT, *is buiten an de rand licht bornverwig, darna en Kring van den reder Koller, en in t'mitten een witten oogappel.* Rumph. Amb. Rar. 289.

*Achates grisei coloris in annuli formam arte effigiatus, qui linearum vel tractuum caeruleo-fulgentium signatura, oculum bovinum pulchre exprimit.* BOOPHTALMOS a me possessore denominatus.

26. *Achates, quam ipsa rerum natura Christo tanquam DEO*

ac con libri sui deditavit hunc in modum B. KRISTO R. S. XXX. h. e. ex interpretatione Lambecii, Biblioth. Vindob. L. I p. 25, BEATORI ORBIS vel BEATORI GENERIS HUMANI CHRISTO REGI SEMPITerno TRIUNO CRUCIFIXO, extat in Cimeliotheca Czfarea.

27. *Agata, in cui la natura apri la scuola di Arithmetica, mentre sognandovi tai numeri 491, 191, parve che vander volesse innarrivabile il di lei prezzo.* Settal. Mus. 81.

28. *Αἴγληϊς σμάραγδος*  *Fulgens Smaragdus.* Orph. Lap. p. 230. v. 5.

Not.

Hoc titulo venire potest Achates smaragdi colorem viridem præ se ferens.

29. *Ἀχάτης ἐν ᾧ χαλκός.* *Achates in quo Æs.* Orph. Lap. 230 v. 7.

Not.

Huc pertinent, qui æneas miculas vel Pyritæ ænei particulas præsentant.

30. *Ἀχάτης, ἐν ᾧ χρομὴ ἑαροτρεφέος μήλοιο.* *Achates in quo verni pomi color.* Orph. 230 v. 7.

31. *Achates carnei coloris, in quo Natura Luna corniculata effigiem lactea semicirculo tam perfecte efformavit, ut ne ab arte quidem elegantius pingi potuisset, unde Seleniten aliquando vocavit, sed cum adversa quoque parte attentius inspiceret, Aphrodisium deinceps appellavit, quod Veneris seu Vesperuginis phasces exacte referat, quas in Itiner. Extat. Kircher. P. I Dial. I. productit. Casp. Schott. Iconisim. V Fig. 3 & 6 p. 133, teste ipso Possessore Velschjo. Eph. Germ. Dec. I. ann. I. Obf. 156 p. 336.*

*Agata orientale di ovata figura, in cui scuopresi bellissima una luna, sotto di cui un'altra come se nel'acqua fosse, si riflesse, e sopra alla quale ombreggia un non so che di nuvoloso.* Settal. Mus. p. 83.

*Achates ἀσποειδής.* Kirch. Mund. Subt. L. VIII p. 13.

32. *Achates, in quo natura Hemispharium pinxit cæli distinctis orbibus, in medio terra rotunda quasi aque supereminens, in reliquo hiatus terra fumum emittere videtur, qui Aerem obumbret.* Cardan. de subt. f. 290.

*Achates*

*Achates,* in quo quinque Orbes perfectissimi designati. In Pinacotheca Lautieri vidit Ol. Borrichius Act. Hafn. 1677 pag. 206.

33. *Achates* quatuor coloribus insignis, sed pluribus lineis distinctus, quem ideo ELEMENTARIUM sive ΤΕΤΡΑΣΤΟΙΧΕΙΟΝ nominare placuit: caeruleus enim color Aquae indicium nobis facere visus, albus Aeris, ex flavo rubescens Ignis, reliquo obscuro fusco & quasi hepatico Terram notari posse existimavimus. Velsch. Hecat. l. Obf. 42. possess.

*Achates* politis continuis variorum colorum venis aequali distantia procurrentibus conspicui. Spen. Mus. p. 116.

*Achates* tricolor, qui non minus ELEMENTARIUS sed ΠΕΡΙΣΤΟΙΧΕΙΟΣ appellari posset. Nos tamen a linearum miris duobus ENGRAPHUM potius vocavimus. Velsch. l. c. possessor.

*Achates* bi color hepatici coloris obscuri, atris lineis intercurrentibus, & ipse elementarius, ΔΙΣΤΟΙΧΕΙΟΣ dici posset. Velsch. l. c. possessor.

Not.

Observandum & hic & alibi in Mineralogia, non omnia sub eodem numero recensita semper esse synonyma, si in arcto sensu synonymiam consideremus. In tanta colorum, partium, figuræ, situs, variatione laxior significatus locum habet, secus ac id fit in Botanica, ubi eadem species harumque individua ejusdem semper sunt figuræ, coloris, eorundem florum & fructuum. Non exiguam infinita hæc in Mineralibus, imprimis coloratis, ut sunt Achates, Iaspides, Marimora, Silices, parit difficultatem, quapropter liberum est cuique ex synonymis id seligere, quod objecto suo videtur adæquatum, vel etiam, ubi necessitas postulât, formare novum.

34. *Achates*, qua ruforum crinium globum graphice expressum exhibet, & omnino conferri potest cum CORSOIDE Plinii, quum λόρον simpliciter capillum significet. Salm. in Solin. p. 537 possessor.

35. *Achates*, in quo minutus forex conspicitur. In Pinacotheca Lautieri vidit Borrich. Act. Hafn. 1677.

36. *Achates* albus nigra musca prægnans. Rumph. Amb. Rar. p. 287.

37. *Achates pallidi Coloris totus innumeris venis veluti capillartibus nigricantibus cancellatus.* Velfch. l. c. Possessor.

38. *Achates flavus, sed nigro minutissime punctatus.* Velfch. l. c.

39. *Agata Orientale Sardoni cadi ovata figura di colore bianchiccio, nel cui midollo risplende una massa di acqua, che volgendola si vede muoversi.* Settal. Mus. p. 80.

Terrestres globi, (COCCOS vocant) in Occidentali India.

OVA SOLIS. Nieremberg. Hist. Nat. L. XVI c. l.

COCCUS PARAGUAYANORUM (VENTER CHRYSSTALLINUS ÆTITES GEMMATA)

*extra ex rubro impuro & albo mixtus expolitus ejusdem cum optimo Chalcedonio coloris, & in Meditullio vacuus, sponte rumpitur, vacuus & ingentem strepitum edit.* Ionston. Notit. Regu.

Miner. Tit. 2 c. 4 art. 2 p. 44, 45. Bausch de Ætit. p. 13.

Not.

Ad Ætitem hic quoque referri potest, qua globosus & cavus, & quidem ad Ætitem gemmis prægnantem, potius tamen materiz sc. respectu huc pertinet in numerum Achatum.

40. *Agata del Chile dentro del quale molti Crystalli si veggono a risplendere, e chiamata Cocco dai Chilesi, e quando e maturo, scoppia come un pezzo di Artiglieria.* Settal. Mus. 53, 88.

*Agata nel seno di cui brilla trasparente vaga miniera di berilli da che i Latini chiamano BERYLLOACHATES.* Settal. Mus. 89.

*Achates globosus continens in se Crystalla sexangula, Ætite species.* Sibbald. Scot. Nat. P. II L. IV p. 50.

Not.

Non differt hic a præcedente, nisi contento: quod hic est aqua, ibi fluores gemmei. Qui sub eundem numerum lapidem utrumque disponere cupit, ei per me licet, quemadmodum & ego ad eundem titulum redigo Achatas omnes Fluoribus quibusvis, seu gemmei fuerint, seu viliores, Crystallini, prægnantes.

41. *Agata di colore alla pietra ciana o sia Lazulfi commile, ma trasparente, ritrovato ne pezzi della pietra Lazuli.* Settal. Mus. 89.

*Achates serenissimi vernique cæli, a quovis vapore labore expurgati, colorem instar Sapphiri referens, SAPPHIROACHATES dicta.* Calceol. Mus. 248.

*Achates*

*Achates cinereis ac lividis in caeruleo venis convolutus.* Cord. Sylv. Obs. p. 220.

*Achates caeruleo albus punctis venulisque hepatici coloris densissime interpersis.* Spener Mus. 116.

Not.

Est hic igitur Achates magis minusve caeruleus: forte non admodum ab eo differt ὁ ὑποκωνίζων. n. 9.

42. *Achates ovi columbini magnitudine & figura, variis coloribus laminatim quasi distinctus, cernere etiam licet album, nigrum, fuscum, flavum, griseum, aliosq; mira jucunditate junctos.* Worm. Mus. 97.

*Achates politis continuis variorum colorum venis aequali distantia procurrentibus conspicui.* Spener. Mus. p. 116.

*Achates, in quo color caeruleus, candidus, viridis, niger & alii diversi apparent.* Calceol. Mus. 248.

*Achates crudus coloris ex caeruleo rubro & viridi variegatus; roher unvollkommener Agath von unterschiedlichen Farben.* Mus. Tigrin.

*Achates ovi gallinacci magnitudine coloribus, albo, caeruleo, rubro, favo pulchre variegatus, in quo stipulae pellucens; vidi apud Da. Salom. Hirz. Praefectum Eglisvienstem.*

Not.

Pertinent huc quicunque πολύχρως, quos non facile ad alias species reduceris; coloribus variis ludentes.

43. *Achates Hepatici coloris; Leber Farber Achat.*

44. *Achates purpurei coloris, nigris & albis venulis conspicuus.* Spen. Mus. 116.

45. *Achates Malachita & Chalcedonio mixtus.* Spener. Mus. 116.

*Achates Muscaicus venis parallelis ex Chalcedonio mixtis.* Id. l. c.

46. *Achates cruce signatus.* Sibbald. Prod. Hist. Nat. Scot. P. II L. IV p. 50.

47. **LAPIS INDICUS** *figura nuclei pini, sed oblongior aliquanto, uncia unius longitudine, extremitas altera radicem quasi quandam habet, qua alteri lapidi inserta fuisse videtur, altera planior, latior, coloribus cum Achate certat. Limbo enim est purpureo, qui cingit violaceum, hic candida linea reliquum separat ad cinereum tendens, natura politus est.* Worm. p. 97.

TABULÆ

## TABULÆ CHRONOLOGICÆ, CONTINENTES

tum sacra tum profana, maxime notatu digna, a creatione mundi, usque ad Christi nativitatem, Autore BENJAMIN MAR-

SCHALL, A.M. Aedis Christi apud Oxon. (nuper) alumno,

& Rev. Episcopo Vigornienſi a sacris.

Oxonii, 1713, fol. maj.

Plag. 8 patentes.

Cum jejunæ plerumque soleant esse hujus generis tabulæ, nec ex certis probatisque principis compositæ, ac tot diversæ hypotheses, & ætæ mirifice rem chronologicam turbent, bonam inivit apud studiosos illius gratiam C. Marschallus, quod veterem historiam integram, ex probatissimis monumentis hausitam, uno hoc conspectu exhibuit. Tabula III definit in anno nativitatæ Christi, eamque appendix excipit, cujus prior pars historiam Servatoris, posterior res Judaicas & Christianas ad Hierosolymas a Tito everſas complectitur, sacra quidem ex Scriptura, prout Ebræo codice continetur, advocato in subsidium Josepho; reliqua ex *Africano, Georgio Sincello, Eusebio & Hieronymo* desumptis, sed ita, ut simul uteretur observationibus, quibus summi Viri, *Jos. Scaliger, Usserius, Marshamus, & Doivellus* tenebras illas illustrarunt. Una est æra generalis ante & post Christum natum, ad quam reliquæ attemperantur. Nomina autorum compendiis literarum ubique adjiciuntur. Sed in sacris, & præcipue in appendice, usus fere est calculo & observationibus Reverendissimi Episcopi Vigornienſis, de cujus acumine & profunda illarum rerum cognitione illustribus documentis Orbi literato constat. Delibabimus hic tantum speciminis loco æconomiam LXX hebdomadum Danielis, minuta omnia, ipsorumque disquisitionem aliis relinquentes ex professo illam suscepturis. Conſciunt illæ 490 annos Chaldaicos, 360 dierum, & initium sumunt in anno 20 Artaxerxis. Primæ VII hebdomades ad obſignationem usque *viſionis & prophetiæ* impletæ sunt a. 397 ante Christum, quo Malachias ultimus Prophetarum vaticinia sua condidit. Tum alie LXII hebdomades ad *excisionem usque Messie* intercedere debebant. Postquam itaque ostendit, omnia quæ de Messia prædixerant Prophetæ, in Salvatore nostro fuisse impleta, supputat tandem, finem hebdomadam incidere in annum Christi 32 ætæ vulgaris, quo Dominus eodem mense, die, ac hora, quibus agnus Paschalis mactari solebat, obierit. Post illas LXIX hebdomadas *populus Domini esse* desinit, qui novum sibi prædicatione Evangelii per orbem Romanum adscivit. Superest autem hebdomas *septuagesima*, quæ computanda est ab illo tempore, quo *futurus Messie populus pactum cum multis confirmaret*, & terminari debet in *defectione hostiæ & sacrificii*. Cum itaque per *futurum Messie populum* Romanos intelligat, initium hujus hebdomadis refert ad A. Chr. 63, quo Romani cum Parthis, Medis & Armeniis pacem firmaverant, & sic in a. 70, quo penitus exciſæ sunt Hierosolymæ, terminatur.



# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA,  
*Tom. VI Sect. V.*

*TITI LUCRETII CARI DE RERUM NATU-  
ra libri sex ad optimorum Exemplarium fidem recensiti. Ac-  
cesserunt variae lectiones, quæ in libris MSS. & eru-  
ditorum Commentariis notatu digniores  
occurrunt.*

Londini, sumt. & typis Jacobi Tonson, 1712, fol. rog. augustiss.  
Alph. 3 plag. 2 cum figuris nitidissimis.

**C**larissima fuerunt ingenia, quæ operam & studium suum in Titum Lucretium contulerunt, illumque modo fide scriptorum librorum castigarunt, modo illuminarunt, & quidquid illius fuerit inemendatum, reddiderunt explicatum, quo pertinent inprimis *Lambinus, Gifanius, Nardius, Faber, Fayus, Creechius*. Illustrandi sane sunt libri Lucretii, quibus lucem accendere necesse est, sive respicias ad Latinitatem, quæ bona quidem, aliquid tamen seculi sui redolet & archaismos pæne multos præ se fert; sive ad ipsa argumenta, quæ interiora philosophiæ Epicuri sapiunt.

Editio, cujus in præsens habemus mentionem, nuda quidem est ab observationibus; tamen polite vero & tam accurate expressa est, ut illis, qui Poetæ hujus studiosi sunt, magnos & pulcherrimos fructus afferre possit. Primum elegantia & nitor cum chartæ, tum characterum, quibus nihil fere potest accedere, editioni huic magnam conciliant auctoritatem; deinde ipsa contexta oratio Lucretii multum accurate exhibetur, quoniam

Editor exemplum Cl. Creechii secutus est; si pauca exceperis loca. Post hæc imagines acceperunt, quæ singulis libris debent præfigi; a quibus editio hæc non minus ornamenti ac decoris accipit; & demum, quod summum rei est, copia variarum lectionum accessit, in quibus Critici ingenium possunt exercere. Has discrepantes scripturas collegit Editor variis monumentis adjunctus, quum D. *Pellet*, Medicus eruditissimus, benigniter cum eo communicavit *editionem Pii Bononicensem*, quippe qui *Jo. Baptista Pius* conquisiverat multos Lucretii scriptos codices eosque vetustissimæ antiquitatis; quorum diversas lectiones inseruerat observationibus suis. *Jo. Morus* Episcopus Eliensis *editionem Gifanii impressam Antverpiæ 1565* cum notis marginalibus & emendationibus *Jacobi Gufii & Theodori Munckeri*: aliamque apud *Gryphium 1540*, cum duabus collationibus *Nicolai Heinsii*, utroque olim libros *Petri Francii* Professoris Amstelodamensis, ex bibliotheca sua suppeditavit. *Robertus Cannon* S. T. P. Ecclesiæ Eliensis Canonicus, fragmentum Gottorpiarum & tres MStos codices *Isaaci Vossii* & ipsas ejusdem Vossii emendationes, quas publicare promiserat notis ad Catullum, ad usum hujus Lucretii exhibuit. Præter hos libros alias editiones adhibuit Editor, quarum discrepantes scripturæ heic adparent, e. g. *Gifanii L. Bat. 1595*, *Paræi Francof. 1631*, *Fayi in usum Delphinii Paris. 1680*, *Nardii Florent. 1647*, *Baronis de Coutures Par. 1692*; *Fabri* emendationes; lectiones MSti codicis Bodlejani, margini codicis, qui fuit *Thomæ Creech*, adscriptas; & conjecturas *Th. Creechii* notis ejus interpositas. Ab eodem bibliopola proxime *Ovidii Opera*, quæ emitteuda suscepit *Cl. Burmannus*, cui ad manum sunt plurimi MSS. & emendationes affinis sui *Heinsii*, exspectamus.

**CÆSI SÜETONII TRANQUILLI OPERA**  
 & in illa *Commentarius SAMUELIS PITISCI*, in  
 quo *Antiquitates Romanæ ex Autoribus idoneis fere*  
*nongentis Græcis & Latinis perpetuo tenore*  
*explicantur.*

*Tomus II.*

Loco

Leovar dia, excudit Franciscus Halma, 1714, 4.  
 Const. Alph. 7 plag. 14 Tab. zn. 30 aliisque  
 multis textui insertis.

**I**N interpretando illustrandoque Suetonio multi quidem Viri doctissimi laborarunt, quos omnes tamen Cl. Pitiscus superavit, cujus operam, quam in enucleando Autore isto ante annos 23 præstitit, in Actis nostris commendavimus A. 1690 p. 480. Jan novam editionem priore multum auctiorem & egregie delectatam auctoris illius dedit, quæ libros de Cæsaribus, Claris Grammaticis & Rhetoribus exhibet. Accedere huic debebant ea, quibus Suetonium illustrarunt Richardus Thomson, cujus in illum notas Isaacus Casaubonus laudat in epistolis, & Wolffgangus Hungerus, qui in observationibus ad Cuspiniani Cæsares se etiam in illum scripsisse narrat; sed fortuna hæc omnia negavit Cl. Pitisco. Ipse vero Editor nova hacce editione *Σφάλματα* non solum, quæ in priori editione commiserat Typographus, omni cura correxit, sed etiam errores emendavit, de quibus amici eum monuerunt. Contextum sermonem Suetonii ex Virorum magnorum editionibus, maximam partem Grævii, Patini & Gronovii, emendatum dedit. Commentarium Observationibus novis haud paucis locupletavit, & notas, quæ huic editioni accesserunt, ut primo intuitu cognoscantur, & a prioribus distinguantur, asteriscis notavit. Variantes autem Lectiones iterum inferere noluit, ne in nimiam molem opus hoc excresceret, sed viros doctos, qui eas literis consignaverunt, indicavit, & ad illos, si alicujus sunt momenti, sæpius Lectorem ablegavit. Addidit inscriptiones varias Romanas de Cæsaribus, & monumentum Ancyranum a Busbequio descriptum & ab Andrea Schotto vulgatum, cum Lipsii, Casauboni & Gronovii annotationibus. Indicem absolutissimum triplicem 1) Editionum, 2) auctorum cum laudatorum tum in transitu notatorum, emendatorum, explicatorum, 3) rerum adjecit, & in ultimo phrasium non tantum subjecta, ut olim, sed etiam prædicata suis locis collocavit, ut usui facilius inservire possit, & omnia ea, quæ ad Suetonii meliorem intellectum editionisque splendorem aliquid facere visa sunt, cum summa laude Cl. Editor præstitit,

C. A. H. CONTINUATIO EMENDATIONIS  
libri Tertulliani de *prescriptionibus adversus  
hereticos.*

**P**OSTquam in Actis A. 1715 M. Julio libellum hunc emendare cœpi, nunc porro laborem istum prosequar. Sequar vero & hic textum, quem vocant, in Romana Thomassii editione exhibitum, collatis Pameliana atque Cerdana editionibus, quarum tamen, ubi consentiunt, mentionem omittam.

*Capitis XXX* initium hunc in modum mihi refingendum videtur: *Ubi tunc Marcion, Ponticus nauclerus, Stoa studiosus? ubi Valentinus, Platonis affectator?* Marcionem fuisse Stoicæ, Valentinum Platonicæ disciplinæ alumnum supra jam memiait *cap. VII*: ubi pariter ad *Stoam* allusit, scribens: *Nostra institutio de PORTICU Salomonis est*; ibidemque paulo ante usus est vocabulo (a) *affectatrix*. Sic Gellius *lib. V cap. 10* dicit *auditorem affectatoremque Protagoræ*. Pro *Stoa* igitur hoc *cap. XXX* perperam legitur *Stoica*, & pro *Platonis affectator* non magis recte *Platonica sectator*. Neque enim vox *philosophiæ* præcessit. Subsequentia ita lege: *Nam constat illos fuisse Antonini fere principatu, & in Catholicam primo doctrinam credidisse &c.* Tria interjecta verba: *neque adeo olim*, sunt manifestum glossæ, continens conclusionem, ex Tertulliani verbis deductam. Scilicet hæretici illi Antonino demum imperante exstiterunt: *neque adeo olim*, sed sero, doctrinas suas disseminarunt.

*Cap. XXXII* juxta finem male sic legitur: *Ita omnes hereses, ad utramque formam a nostris ecclesiis provocata, probent se quæ putant apostolicas, sed adeo nec sunt, nec probare possunt, quod non sunt.* Pro *quæ putant* scribo *quoquo modo*, jubente ipso Tertulliano, statim hæc adjiciente: *nec recipiuntur in pacem & communicationem ab ecclesiis quoquo modo apostolicis.* Quid sunt, inquires, *ecclesiæ quoquo modo apostolicæ*? Disce, quæso, ex ipso hoc capite, ubi Autor docet, *Apostolicas ecclesias recte dici illas, quæ vel Apostolum habent autorem, vel virum Apostolicum, vel denique cum his in eadem fide conspirant.* Porro pro *nec probare possunt, quod non sunt*, manifestum est ita legi oportere: *nec probare possunt, quod sunt vel sint.* *Cap.*

(a) Cerdanus hoc loco exhibet *affectatrix*. Male.

*Cap. XXXIV* sic legendum arbitror: *Eligant igitur sibi tempora universa hareses, qua, quando fuerint, cum (id est, quamvis) non interfit, qua, quando, dum (hoc est, dummodo) de veritate non sint. Usque &c.* Pro *cum* vulgo legitur *dum*.

*Cap. XXXIX* *farciant* male scriptum est pro *farciant*. *Homero centones*, inquit, etiam vocari solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum *farciant* corpus. Sic *Periphanes* *Plautinus* in *Epidico III*, 4. 39: *Alium quoras, cui centones facias*. Eadem opera hinc emendari potest *Isidorus*, ipsa *Tertulliani* verba repetens *lib. I cap. 39*: *Centones apud Grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum faciunt corpus ad facultatem cujusque materiae*. Pro *faciunt* ne dubites legere *farciant*, & rō ad ante propria delebis, *Tertulliano* duce.

Eodem *cap.* pro *Hosidius Geta* *Pamelius* eumque sequens *Cerdanus* reponunt *Ovidius Geta*. Sed priorem lectionem omnino esse sinceram, jam docuit ad h. l. *Rigaltius*: cui assentitur, subductis rite rationibus, *Fabricius Biblioth. Lat. lib. I cap. 12 p. 230*, & *Supplem. ad lib. I cap. 15 p. 109*. Optandum est, ut *Justus Fontanini*, vir eruditissimus, in lucem producat suam *de Cornelio Gallo* dissertationem, in qua se docuisse, *Hosidium* illum *Geta* cum *Ovidio* turpissime confundi, ipse testatur *lib. II de antiquitatibus Hortae coloniae cap. 2*.

*Cap. XLV* hanc fuisse *Tertulliani* conclusionem arbitror: *Hac in fidei veritatis scientiam legentibus pax & gratia Domini nostri Jesu Christi in aeternum! Fidei veritatis* reposui ex fine capitis praecedentis, ubi haec exstant: *qui exorbitant, & fidei veritatis periculum non cavent*.

*Cap. XLIV* sub initium ita legitur: *a qua (veritate) devertere nemini expedit, qui meminerit futuri judicii*. Lego *devertere*, secutus *Tertullianum*, qui supra *Cap. III*, *Nonne*, inquit, *ab ipso Domino quidam discipulorum scandalizati diverterunt?* Et *Cap. V*: *Ac per hoc non eos probabiles facis, qui in hareses diverterint, cum maxime diversti (lege devertete) ab ejusmodi objurget*.

Eodem *Cap.* vulgaris lectio haec est: *Credo, allegabunt, nihil unquam*

unquam sibi ab illo, vel ab Apostolis ejus, de *sevis* & *perverfis* de-  
*Erinis* futuris prænuntiatum. Pro *sevis*, quod huc minus qua-  
 drat, in editione Thomafiana in margine, haud dubie ex conje-  
 ctura; adscriptum video *feris*. Verum hoc haud paulo ineptius  
 est. Equidem non ambigo, veram scripturam esse *sevis*. Gellius  
*lib. XII Noct. Attic. cap. 13: Scævus profecto & cæcus animi forem,*  
*si, cum haberem tui copiam, issem magis ad alium, quam ad te.*

*Eodem Cap.* hanc legimus conclusionem: *Talia capit opi-*  
*nari eos, qui exorbitant, & fidei veritatis periculum non cavent.*  
 Pro *capit* legi utique debet *cupit*, subaudi *Christus*. Omnia enim  
 inde a verbis: *Itaque veniam merebuntur, proferuntur ei* *εὐνοίας*  
 ad finem usque *capitis*. Id quod propterea etiam moneo, ne  
 quis hanc loquendi figuram non statim animadvertens einen-  
 dandi pruritu corripatur. Tam enim notum est, quam quod  
 notissimum, lectores, ubi sensum non inveniunt in locis obscu-  
 rioribus, procliviores esse ad ea mutanda, quæ bellissime se ha-  
 bebant. Hanc ipsam ob causam aliquot hujus libri loca *διωρή-  
 νη* explanabo, & ita a corruptionis periculo pro virili parte præ-  
 stabo tutos.

Age igitur redeamus ad *Caput III*, cujus initio recte legitur.  
*Solent quidem isti miriones, cetera.* In Thomafiana editione  
 margini adscripta nota pro *miriones* mavult legi *infirmiores*.  
 Verum frustra sollicitatur hic locus. Nam Tertullianus novo  
 vocabulo *miriones* vocat, qui non desisteabant *mirari*, cur ortæ  
 sint hæreses. Redi ad *Caput I*, ubi scribit, *non oportere nos MI-*  
*RARI super hæreses istas, sive quia sunt: futura enim prænun-*  
*tiabantur; sive quia fidem quorundam subvertunt: ad hoc enim*  
*sunt, ut fides habendo temptationem, haberet etiam probationem.*  
 Et *capite secundo* octies meminit idem illud *mirantium*. Nimi-  
 rum Tertullianus eos insectans, qui mirabantur, ubi mirandi nul-  
 la erat causa, nomen iis novum fabricavit *mirionum*. Fuit etiam  
 alias *novator verborum*, (quod de Sallustio dicit Gellius *lib. I cap.*  
*15,*) adeoque non est, cur miremur *miriones* Tertullianeos. Nec  
 repugnat *ἡ ἀναλογία*. Namque & a *morus* dicitur *morio*, a *mu-*  
*lus multio*. Ut taceam *flagriones* ac *verberones*, Comica servo-  
 rum nomina.

*Eodem*

*Eodem capite rectissime editum est: Nemo sapiens est, nisi fidelis: nemo major, nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem usque perseveraverit.* Facile cuiuspiam species gradationis movere suspicionem potest corruptæ scripturæ. Ipse aliquando arbitratur, pro *major* repetendum esse *fidelis*. Sed superiora relegenti accuratius patebit, sana omnino esse hic omnia. Nimirum præmiserat objectionem hancce: *Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit, ideo hæreses veritatem videbuntur obtinere?* Hi enim sunt *maiores* & excellentiores ceteris de vulgo Christianis. Ne igitur a bove *majori* discat arare vel potius errare *minor*, monet Tertullianus, neminem esse Episcopum vel martyrem verum, nisi qui idem sit veritatis Christianæ assertor, hæresiumque inimicus.

Cap. VI scribit, hæresium opera esse *adulteras* (b) *doctrinas*. Cave reponas *adulterinas*. Nam cap. IV pseudapostolos vocat *adulteros evangelizatores*, & cap. XVII scribit, hæreticos scripturis sacris affingere *adulterum sensum*, & cap. XXXIV hæreses appellat *Ecclesias adulteras*, ac denique cap. XXXVIII *adulterum stylum* dicit. Horatius quoque lib. I od. 15 *adulteras crines*, & Lactantius lib. VI cap. 23 *adulteram mentem* dixit.

Cap. XXXVIII obscure, sed tamen incorrupte, hæc legimus: *Quod sumus, (hoc est, id, quod sumus,) hoc sunt Scripturæ ab initio suo. Ex illis sumus, antequam aliter fuit, antequam a vobis interpolarentur.* Significat Tertullianus, catholicos Christianos idem sentire ac docere, quod sentiant doceantque sacre Scripturæ: namque ex his se esse Catholicos Christianos, antequam Scripturæ corruptæ fuerint ab hæreticis. Corruptissime illa verba exhibentur a Cerdano, ita nimirum: *Quod sumus, hoc sunt. Ab initio suo ex illis sumus, antiquum nihil aliter fuit, quam sumus. Quin denique fuit, antequam a nobis interpolarentur.* Sane Cerdanus ad edendum Tertullianum se accingens idem mihi fecisse videtur, quod Cumanus ille ad lyram accedens.

Cap.

(b) Tertullianus indicat, puram nulloque contaminatam errore Ecclesiam esse *virginem*, quæ *suppletur* ab hæreticis, quos ideo sæpe *adulteri* reos agit. Vid. Cap. 30, 31, 38 & 44.

Cap. XLII antiquo utitur vocabulo, scribens: *Et hoc est, quod schismata apud hereticos fore non sunt, quia cum sint, non parent.* (c) Parent, id est, apparent, conspicua sunt. - Non patet exstat apud Petronium *Satyr. cap. 97*, tanquam formula Jurisconsultorum, quæ a Gellio *Noct. Attic. lib. XIV cap. 2* sic profertur: *Non liquet.* Ceterum de eodem *parenti* verbo adiis Scioppium *Suspect. lect. lib. II cap. 20*.

Sed adhuc quædam supersunt annotationes Criticæ five therapeuticæ, quas nunc exhibebo.

Cap. II: *Sed enim febrem ut malam & de causa & de potentia sua, ut notum est, abominamur potius, quam miramur.* Equidem non dubito, sic scribendum: *Sed enim febrem, ut malum & de causa & de potentia sua notum, abominamur potius, quam miramur.* Scilicet admirationis objectum est res insolita & extraordinaria. Quare cum nobis nota satis sit & causa & effectus febris, eam, inquit Tertullianus, minime miramur.

Cap. III: *Quis hoc dicens non ipse sibi respondet, &c. Pro quis lego qui, id est, quomodo vel cur?*

*Ibidem: Eo pariter massa frumenti in horrea Domini reponitur. Malim horreo, quoniam in sacris libris numerus singularis adhibetur.*

Cap. X extremo: *Ero itaque nusquam, dum ubique convector: Quærite & invenietis: & velut si &c. Pro & velut si lege velut si, exptingens rō &c.* Subsequentia verba jam alibi emaculavi.

Cap. XI: *Nemo quærit, nisi qui aut non habuit aut perdidit. Res ipsa loquitur, reponendum esse habet. Videtur Tertulliani animo obversatus esse celebris Stoicorum syllogismus, quem neperivny vocabant: Quod non amisti, habes. Cornua non amisti. Ergo cornua habes.*

Cap. XII: *Quis miles ab insederatis, ne dicam ab hostibus regibus donativum & stipendium capiat? Pro regibus mihi videtur scribendum regis sui, propterea quod hæc verba proxime præmittuntur: Quis servus cibaria ab extraneo, ne dicam ab ini-*

*mico*

(c) Rursus hic pessime legitur in Cerdani editione sic: *quia cum sint non parent schismata, est enim notus ipsa.*



*mico domini sui sperat?* Uti ergo hic exstat: *domini sui*; sic altero loco omnino scripsisse Autor videtur: *Regis sui*.

*Cap. XIV* duas distinctiones infero, sic legens: *Ceterum mamente forma ejus in suo ordine, quantum libet, quaras, -- obumbrari. Est utique &c.* Vulgata lectio habet *quantumlibet* pro *quantum libet*, & ante *est* ponit comma, ubi requiritur *τέλεια ὑγυμῆ*.

Paulo post *eodem Capite*: *Novissime ignorare melius est, ne, quod non debeas, noris, quia, quod debeas, nosti.* Lego, exigente orationis serie: *non nosti.* Recordor loci non absumilis in Octavio Minucii Felicis cap. XVIII, 9, ubi *τὸ non* male irrepsit. Verba enim ita fluere oportet: *Magnitudinem Dei, qui se putat nosse, minuit: qui vult minuire, non novit.*

*Eodem Capite*: *Denique, ubi adierint ad nos.* Rectius Pamelius & Cerdanus: *adierunt.* Ceterum *τὸ denique* cave corrigas. Proprium enim est Tertulliani, hac voce uti pro *deinde*; quo sensu eandem usurpavit supra *Cap. II* ineunte, & infra *Cap. XXXIX*.

*Cap. XV*: *Hoc enim dirigebamus.* Melius Pamelius & Cerdanus: *huc.*

*Cap. XVI*: *Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter incunda constitutionis induxerim, nisi ratio constiterit, inprimis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat prohibenti quaestiones inire, &c.* Inducere Tertulliano est aliquid novi docere. Inducere novam heresin, item inducere aliquid de arbitrio suo, dixit supra *Cap. VI*. Eodem sensu hæc vox occurrit *cap. 14* & *34*. Porro pro *constitutionis* scribo *disputationis*, quam vocem hoc ipso capite ter repetitam videmus. Jam totum locum sic refingo: *Hoc* (quod capite præcedenti suasi, non esse cum hæreticis disputandum ex Scriptura sacra,) *de consilio diffidentia, aut de studio aliter incunda disputationis non induxerim, nisi ratio constiterit, &c.* Sententiam Tertulliani paraphrasi exponam hæc: *Hoc non trado faciendum ea de causa, quasi cause nostræ diffidam, & ejus examen reformidem, aut quod cupidus sum nova disputandi ratione inslarefcendi: sed quia ratio subest, maxime illa, quam peto a diserto mandato Apostoli, disputationes cum hereticis prohibentis.* Scilicet *de consilio, de studio* posuit Autor

pro consilio, studio, more suo. Sic supra Cap. VI & infra cap. XXII de arbitrio suo pro arbitratu suo.

Cap. XVII: *Tantum* (id est, tantundem) *veritati obstreperit adulter sensus, quantum & corruptor stylus.* Dele &, quippe prorsus supervacuum.

Cap. XVIII rescribo sic: *nihil promovisse, a quo gradu negante & defendente adversa parte,* hoc est, hæreticis æque, ut tu, ex Scriptura sacra suas doctrinas defendentibus & Ecclesiæ sententiam negantibus. Male proinde editum est: *negandi & defendendi.*

Cap. XX sic suum sensum suaque verba restituo Tertulliano: *Christus Jesus, Dominus noster,* (permittite ita dicere interim, *quis quis est* (subaudi *Christus,*) *cujuscunque -- repromissor,*) *quid esset, &c.* Parenthesis illa apprius necessaria est, qua Tertullianus rogat hæreticos, ut sibi, ab ovo rem repetituro & a primis fundamentis, interim concedant, ut Christum nominet *Dominum nostrum,* de cetero jam in medio relinquat, *cujus Dei sit filius, &c.*

Cap. XXI extremo: *Communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, quod nulla doctrina diversa.* Hoc est testimonium veritatis. Recte Pamellius & Cerdanus *diversa & hoc* conjungunt in eandem periodum, iaterjecto commate. Debebant vero primo locoponere voculam conditionalem, quam utique præsens oratio requirit. Lege itaque sic: *Si communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, quod nulla doctrina diversa* (scil. *facit,*) *hoc est testimonium veritatis,* hoc est, ex eo apparet, nostram doctrinam esse veram. Per *doctrinam diversam* significat doctrinam hæreticorum, quos initio subsequenter capitis vocat *diversam partem.*

Cap. XXII: *Quam scripturam qui non recipiunt, nec Spiritus Sancti possunt esse, qui necdum discipulis Spiritum possunt agnoscere missum.* Præfero Pamelianam lectionem, quam & Cerdanus sequitur. Ea hæc est: *Quam scripturam qui non recipiunt, nec Spiritum Sanctum possunt agnoscere discipulis missum. Discipulis,* id est, discipulis Christi. Sic etiam loquitur cap. 30 & 44.

Cap. XXIV lego: *Adco pro temporibus quedam reprehendunt,*

*duant, qua & ipsæ aquæ committobant.* Pro qua perperam scriptum est in qua. Ibidem paucis interjectis ita pergo: *Viderint, qui de Apostolis judicant, quod Petrus Paulo & in martyrio adequatur,* hoc est, ii, qui judicant, Paulum plus scientiæ, quam Petrum, habuisse, perpendant, quod etiam in martyrio Petrus fuerit Pauli socius. De formula *viderint* repete superius cap. 7 & 11. Paulo post ita scribendum censeo: *cum ista fueris conditio eorum.* *Ista, inquam, non ita.*

Cap. XXV lego ita: *An illius denuntiationis, - - an (pro itom) illius præcepti, &c.* Ibidem sic scribo: *De occultis autem, ut de absensibus, ob (vulgo apud) conscientiam non hæc, sed illa dixisset.* Conscientiam dicit pro scientiam cum altero, uti cap. 24.

Cap. XXVI meo judicio hæc scripserat Tertullianus: *Porro consequens erat, ut, cui demandabat Evangelii administrationem, non passim nec inconsiderate administrandam addiceret, (d) fovendum - jactaret.* Id Dominus palmam edixit sine ulla - sacramenti. Ipse præceperat, si (vel ut si) quid in tenebris &c.

Cap. XXVII manifestum est, sic scribi oportere: *nullum (pro nullam) respexeris Spiritus Sanctus, uti eum (vulgo eam) in veritatem deduceret.*

Cap. XXXV dele voculam *res*, ac mecum ita lege: *Posterior nostra (subaudi, disciplina) non est: immo omnibus prior est.*

Cap. XXXVII vera hæc mihi videtur esse scriptura: *Mea est possessio. Quid hic, hæretici, ad voluntatem vestram seminatis & pascitis?* Editum erat ita: *Quid hic cæteri.*

Cap. XXXVIII pro inepto illo *remediaremus* scripserim *red-deremus.*

Cap. XLII Hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si adjacentibus elevationem operentur. Pamelius & Cerdanus pro adjacentibus exhibent jacentibus. Probo. Sed & pro non scribendum puto quam. Eodem cap. sic lego: *Idem licuit Valentiniensis, quod Valentina.* Vulgo *licuit.* Sed rectius *licuerit*, id est, *licebit.*

(d) Eadem vox usurpatur cap. I extrema.

ANNALES ORDINIS S. BENEDICTI, OCCIDENTALIS Monachorum Patriarchæ, in quibus non modo res monasticae, sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur; Autore Domino JOHANNE MABILLON, Presbytero & Monacho ejusdem ordinis e Congregatione S. Mauri.

## TOMUS IV.

Lutetiae Parisiorum, 1707, fol.

Alph. 9 plag. 15.

Quartus hic Annalium Benedictinorum Tomus, res gestas ab anno Christi DCCCCLXXXI ad A. clæ LXVI inclusive complectitur & Libris XIV a Libro XLIX ad LXII absolvitur. Nostrium erit, ut ex hoc quoque Tomo quædam speciminis loco Lectori suppeditemus.

- P. 12. An. Chr. 983 Imperatorem Ottonem II adiit Ruodolfus Abbas Campidonensis, cujus rogatu eidem cœnobio liberam eligendi Abbatis facultatem confirmavit, adjecitq; ut nulli alii, præterquam Imperatoribus & Regibus Abbas ejus loci subjectus esset. *Data III idus Junii, anno Dominica incarnationis IncœccLXXXIII, indictione XI, anno vero regni secundi Ottonis XXII, imperii autem XV. Actum Verona.* Eodem tempore putat epistolam ab Ottone scriptam esse, qua ait, *se ob quarundam rerum necessitates nuper Johanni Monacho Abbatiam Sancti Vincentii Capuae sitam donasse Rothfrido, Abbate nec abjudicato nec deposito, quare huic quasdam cellas in Supplementum concessit; quam epistolam integram Mabillonius exhibet; ex quibus apparet, illo tempore sine ullo impedimento Imperatores de electionibus clericorum & bonis ecclesiasticis egisse arbitrium.* A. 988 Hugo Capetus liberam Abbatum regularium electionem restituit monasteriis, quæ jam a multo tempore laicis Abbatibus tradita erant, & ipse, antequam ad regiam dignitatem eveheretur, abdicavit se Abbatis munere monasteriorum Sancti Germani & S. Dionysii apud Parisios, in quibus regulares Abbates suo loco instituit.
98. Otto III A. 996 Romam venit, ut coronam pro more peteret,

peteret, quo in itinere ipsi Joannis Pontificis mors nuntiata est, & epistolas accepit a Romanis proceribus & Senatoribus, quibus illi adventum ejus se maxime optare significarunt, & declararent, se in eligendo Pontifice sententiam ejus expectare; qui etiam Brunonem Clericum in capella regia secularibus literis egregie eruditum, magna indolis sed (quod minus bonum) multum servide juventutis, ut Scriptor Anonymus Vitæ Sancti Adelberti Pragenfis Episcopi testatur, Papam designavit, qui Gregorii V assumpsit nomen, & Ottoui die festo ascensionis Domini, quæ in XII Kal. Jun. eo anno incidebat, imposuit coronam, uti in Chronico Saxonico recensetur & Noster ex variis diplomatibus declarat. A. 988 Arnulfus ab Hugone Capeto fuerat Archi-Episcopus Remensis constitutus, qui hac arte amicitiam ejus & favorem contra Carolum Principem, regni æmulum, sibi conciliare sategit. Verum ille Hugonis spem sefellit, & in patrum sui Caroli partes transit, quo nomine Arnulphum cepit & A. 991 in Concilio Remensi, ut removeretur, effecit. Causæ hujus consilii adductæ imprimis duæ sunt, quarum altera defectus natalis dignitatis sine dispensatione, quippe ex Concubina Lotharii Regis natus credebatur, altera, direptio urbis Remorum a Carolo Principe facta, cujus proditiæ urbis causa Arnulpho attributa fuit. Accedebat, quod defecissent a partibus Hugonis, cujus favore honor Pontificatus ad eum delatus fuerat. Quum itaque omnia ad illius perniciem concurrerent, coactus ipse libellum, cur se a munere abdicaverit, edidit, quo facto nihilominus in captivitate retentus fuit. Sed improbavit A. 994 hæc dejectionem Joannes XV, & Hugone Rege mortuo, Gregorius V Pontifex Summus A. 997 toti Regno Francorum anathema intentavit, nisi Arnulphus in libertatem restitueretur, quod & factum, quippe eodem anno custodia liberatus ad priorem sedem rediit.

Malta de modis eo tempore in probanda innocentia atque veritate usitatis occurrunt. Sic cum *Wilhelmus Sancius* Walconiz Comes, monasterium S. Severi in capite Walconiz condere vellet, quod antea in bello cum Nortmannis gesto foverat, & a convocatis militibus, qui illum locum sub sua potestate tenebant, ut ipsi istum venderent, postularat, his vero, voluntati

p. 99.  
51.

70.

85.

105.

115.

- ejus repugnantibus, rem judicio æque frigida finire iussit. De-  
 bebatur itaque parvulus ab Episcopo aquis submergi, sed cæli serenitate subito in tonitrua & coruscationes mutata, Comes facile  
 p. 282. obtinuit, quod volebat. De simili veritatis probatione exemplum alibi adducit, & post Hincmarum in Opusc. XXXIX *de Judicio aqua frigida* T. II Opp. p. 684 tradit, quod prædictæ per aquam probationis hæc ratio fuerit, ut innocentes aqua reciperentur, nocentes autem non reciperentur. Frequentior adhuc fuit consuetudo controversias duello aut ferro candente finiendi, quæ *Judicium Dei* vocabatur. Sic quum A. 1030 monachi quidam peterent ab illis, qui iniuste quosdam de monasterio S. Victoris rapuerant, se possessores allodiariorum dicentes, ut ea restituerentur, hi in jus vocabantur, sed diem ex die trahentes, petierunt sibi dari spatium, *in quo possent facere exagium*, id probationis genus erat, quo peracto, *Dei iudicium contra se videntes recesserunt dolentes*. Tum adhibita ab eis mulier, quæ pro illis juraret; sed hujus manus, Dei, ut credebatur, iudicio exusta. Quidam vero ex illis extremum facturi periculum, *sulerunt sibi de platels unum parvulum; quem resticula vincientes, projecerunt in stagnum, probaturi, num emergeretur, at ubi viderunt eum non in aquam receptum*, mox etiam manus dederunt. Sic quum  
 290. *Eduardus* Angliæ Rex A. 1033 *Alwinum* Ecclesiæ Wintoniensi Episcopum pravi consortii cum Matre sua *Emma* haberet suspectum; hæc innocentiam suam ferri candentis examine probavit, & novem ignitos vomeres, super pavementum Ecclesiæ positos, deposito populo, rejecta chlamyde succincta a duobus Episcopis, nudis pedibus, Episcopis eam deducentibus, illæsa perambulavit. Quum A. 1036 *Haimericus* Vice-Comes *Torarcensis*, qui centum solidorum equum aut centum ipsos solidos a Monasterio S. Albani *pro Abbatis mutatione & relevatione* sibi deberi affirmaret, id vero pernegaret *Theodericus* Abbas, ejus rei causa Vice-Comitem adiit, *paratus aut calidi ferri iudicio, secundum legem monachorum, per suum hominem probare; aut scuto & baculo, secundum legem secularium defendere*: duellum prætulit Vice-Comes, obtulitque Abbas hominem sancti  
 412. • *Albani, qui & Sacramentum faceret, & Sacramentum fidem tractatio daret.*

*daret.* Verum intercessere Comitibus optimates, injustam esse consuetudinem opponentes, eisque Vice-Comes acquievit; hanc pugnam in periculum animæ cessuram intelligens. Aliud insolitum inter monachos duelli exemplum occurrit, quum inter *Vindocinenses & majoris monasterii* Monachos fuit controversum, ubi iudices rem duello dirimendam censuerunt. Ob id majoris monasterii monachi hominem conducere in negotiis ejusmodi *omnibus venalem*, quem Vindocinenses recusarunt, alium qui legalis esset, adduci postulantes, qualem ipsi offerebant. Quum his iudices assentirentur, illi statim omisso duello juri suo cessere. Optimo, inquit Mabillonius, *exemplo, quod utinam in similibus causis frequentius eveniret, ubi pro rebus levioris momenti turpiter litigatur, magno religionis scandalo, & ipsius sapientis familiaris detrimento. Tantumne erat unius vernaculi possessio, ut pro ea dimicaretur; contra divinæ leges?* dicit alio loco, quum propter unius hominis libertatem duello pugnatum esset: *Et nimirum id obtinuerat illorum temporum consuetudo, qua licitum esse vulgo creditur, quod publicum est.*

p. 564.

625.

635.

Huic pariter Tomo adjecta est Appendix LXXXVI diplomatum atque variorum documentorum, pro more triplici indice addito: Extremo tandem quædam Addenda & Corrigenenda in superioribus Tomis; præter ea, quæ jam in aliis Tomis notata sunt, occurrunt.

## LE DROIT DE LA NATURE ET DES GENS, &c.

i. c.

*JUS NATURÆ ET GENTIUM, SEU SYSTEMA Generale Principiorum momenti maximi Moralium, Jurisprudentiæ & Politicæ, ex Latino B. Baronis de PUFENDORFF traductum, Autore JOH. BARBEYRAC; cum notis Interpretis, & Præfatione, Introductionem in universum Opus continente. Editio secunda auctior & emendatior.*

Amstelodami, apud Petrum de Coup; 1712, 4. chart. august.

Alph. 7 pl. 6.

Com

Commendavimus doctissimum opus hoc in Actis nostris A. 1707 p. 25, quod omnino summa laude dignissimum esse, publicus evincit applausus, qui ex eo colligitur, quod tam brevi tempore novam eamque auctiorem & emendatiorem editionem dare necesse fuerit Cl. Barbeyraco, cujus industriam, qua in adornanda hac nova editione usus sit, declarabimus. Primo stilum elegantiore reddere omni modo conatus est, quum Galorum lingua indies magis magisque perpoliatur: versionem suam, si quo in loco lapsus fuerat, emendavit: adducta veterum auctorum loca partim auxit, partim accuratius ad meliorum editionum fidem expressit: notas suas secundis curis auxit & ultra DC novas adjecit; qua in re Illustri *Thomasio* se multa debere profiteretur, cujus nonnulla scripta, item dissertationes nondum viderat Cl. Autor, dum primam hujus Operis editionem adornaret, sed jam illa adhibuit, & si qua in re ab illo dissentit, libere sed modeste suam sententiam exposuit. *Hertii* autem notas, quas Francofurtensi editioni operis Pufendorffiani adjecit, desiderio suo non satisfecisse profiteretur Cl. Autor, quas Virum istum alioquin doctissimum in gratiam bibliopolæ festinante calamo conscripsisse, conjicit. De Interprete Germanico operis ejusdem loquens, *Immanuellem Weberum* Professore Giffensium, Cl. *Scruvio* autore, nominat. Sed nec ex hujus annotationibus eximium fructum se potuisse capere, docet Cl. *Barbeyrac*, quum nimis concise ab illo omnia tradita fuerint. Nec majoris usus sibi Anglicam fuisse versionem, queritur, quam etiam nonnullis in locis reprehendit. Verum de Pufendorffii laude applausuque, quo ab omnibus Illustris illius Autoris opus hoc exceptum fuerit, partim gloriatur, quum illud jam in Anglicam, Germanicam & Gallicam linguam videamus translatum, partim acres quosdam illius Censores, qui lectionis S. Patrum, Conciliorum & Canonici Juris Dd. neglectum aliaque ipsi objecerunt, reprehendit. Quinque priores libri hujus operis omni, qua potuit, industria castigati atque aucti fuerunt; sed quum eo tempore doctissimus Autor ad ornandam Professionem Juris & Historiarum Lausonium fuisset vocatus, pari diligentia in corrigendis tribus ultimis libris defungi

ROM



non potuit, in quibus nihil mutavit, nisi, quæ velut aliud agendo annotaverat: nihilominus versio illorum commendanda est, quum elegantior prima statim vice a Cl. Barbeyrac elaborata fuerit, quam priorum librorum, quum illi labori frequentius fu aptiorem se reddidisset. Jam de ipsis additionibus emendationibusque quædam afferamus. Doctissima præfatio emendationibus non caret, cui in primis integer §. X additus fuit, ubi longa sed utilissima digressione probatur, Patrum Christianæ Ecclesiæ lectionem a cultore disciplinæ Moralis tuto posse omitti, qui plerumque officia hominis & Christiani confuderunt, leges præscripserunt humanæ societati contrarias, & omnes fere erroribus sciant, quod singulorum exemplis probat. Defendit hanc opinionem contra nimios quosdam illorum admiratores, qui ex horum neglectu magnum in Christianorum fidem damnum redundare sibi persuaserunt. Objiciunt quippe, religionem illam suspectam utique videri, quæ piis eruditisque propagatoribus caruisset, quam laudem eo ipso Patribus negaremus: sed respondet Autor doctissimus, exempla luce clariora extare, quæ doceant, quam sæpissime lapsos esse pios illos homines: immo negat, Patribus laudem *Propagatorum fidei Christianæ* deberi, per quos Apostoli a Salvatore missi potius essent intelligendi, qui singularibus donis divinis ornati, Christi Evangelium omnibus gentibus annuatiaverunt, & verbi divini ministros ordinaverunt; illis vero nullam *infallibilitatis* promissionem factam aut dona quædam *extraordinaria* contigisse. Ratio itaque nulla dari potest, cur priorum sex seculorum Doctores pietate aut doctrina alios, qui decimo aut undecimo seculo vixerunt, antecedere debeant. Homines erant boni Patres illi, ergo humani nihil a se alienum esse credere debebant: & illorum pietas non negatur, licet veritati in favorem eorum nullam vim inferamus. Pergit postea Cl. Autor, atque ex ipsis historiæ Ecclesiasticæ monumentis Patrumque illorum scriptis probat, quam turpiter sæpius in rebus moralibus item in S. Scripturæ explicatione pii illi Viri lapsi fuerint, ut proinde doctissimum illorum Patrum neutiquam cum iis de quibus hisce temporibus eruditus orbis gloriatur, sive quoad eruditionem aut orationem, sive

quoad ordinem vel methodum comparari posse, pronuntiare nullus dubitet. Adjecit etiam nonnullas observationes, quæ hujus controversiæ illustrationi inservire videntur. Primo loco notat, neque Christum, neque Apostolos unquam promississe, ministros ecclesiæ Christianæ omni pietatis & eruditionis numero absolutos esse futuros, quum potius de zizaniis, de falsis Apostolis, de hæresibus multa in Novo Testamento prædicta inveniantur, & contrarium quoque ex aliis S. Scripturæ locis cognoscatur. Vid. 2 Thess. II, 3 seq. 1 Tim. IV, sq. 2 Petr. III, 3, Jud. v. 18. Secundo observat, omni accidisse tempore, ut non semper illos, qui eruditione aut virtute alios antecesserint, præ iisdem etiam fuerint in honore, ut proinde dubium non sit, quin exstiterint eo tempore viri, quibus major sapientiæ, pietatis, eruditionis, virtutum laus debebatur ac illis, quorum notitia ad nos pervenerit. Tertio docet: uti nos S. Patrum scriptis ad historiæ explicationem confirmationemque, non vero, ut fides nostra illis innitatur, adeoque hæreseos minus accusandum esse illum, qui in Patribus, non nisi ad veritatem habito respectu, bona laudet, mala vero reprehendat. Ultimo loco observat, principales fidei doctrinas omnibus temporibus integras conservatas fuisse, nec admixta hominum commenta evangelii puritati aut veritati detrudere. Jam ex ipsis additis notis quædam delibanda veniunt. L. III c. VII §. 6 not. 2 in obligationem de re illicita inquit & de ejusdem valore agit. Observatum fuit a Cl. Autore, *omnes ritus, quibus aliquid, quo contra bonos mores peccatur, adheret, eo ipso invalidos non esse*, quum sufficiat, rem intrinsece vitio non laborare, licet respectu ad unam alteramve contrahentium personam habito, nonnulla concurrant, in quibus contra leges impingatur. Distinguit itaque inter ea, quæ *Jure Naturæ* vetita sunt, & quibus *Juris Civilis* prohibitio obstat. Quod ad priora attinet, sequentibus regulis se expedire conatur: 1) Quicumque se ad rem per se illicitam obligavit, ad satisfaciendum contractui non obligatur, nec ab altera contrahentium parte ad id cogi potest, licet suis promissis haud fatiafecerit. Sed si 2) ille, qui crimen se perpetraturum promissit, illud implevit, exigere non potest, quæ illius nomine fuerunt promissa.

sa. Quodsi tamen 3) quzdam ob turpem causam fuerint soluta, tanquam indebita repeti non possunt, quum & dantis & accipientis turpis causa sit, l. 8 *π. de Condict. ob turp. vel injust. caus.* quam regulam contra dissentientem Titium nostrum *Observ. in Lauterbach.* CCCLIV defendere annitur. Si vero *Juris Civilis* dispositio in contractu laesa sit, videndum est, num cum *Extraneo*, an cum ejusdem reipublicae *Cive* conventio illicita fuerit inita; si cum extraneo, qui istas leges scivit, actum sit, & ipse conventionem quzsi verit, neque ad satisfaciendum contractui, neque ad prestandum interesse alteri adstringitur; sed si hic ipse conventionis inite causa fuerit, ad prestandum id, quod interest, obstringitur, quod eo magis observandum venit, si extraneus illas leges ignoraverit, nisi post conventionem late sint, tum enim nec ad prestationem ejus, quod interest, civis adstringi potest. Quod si inter duos cives contractus fuerit initus, aliud obtinet, quippe poenae statutz ambo sunt rei, interim unusquisque pro viribus suis obligationi satisfacere debet, nec sine alterius consensu contractui renunciare potest. Quodsi vero sine magno prejudicio illi satisfieri non posset, ille, cui res quzdam promissa est, prestita re ejusdem pretii contentus esse debet. Hæ sunt regulæ, quas de hac controversia Cl. Autor suppeditavit, rationibus solidis confirmavit exemplisque illustravit. Aliæ etiam additiones notatu dignissimæ novæ huic editioni adjectæ fuerunt, e. g. de natura, jure & effectu *Juris Proprietatis* L. IV c. IV, §. - - n. 2, Cap. V §. 3, n. 1, 2, §. 4, n. 1, §. 8, not. 6, Cap. VI §. 1, n. 1, de *Prescriptione* L. IV C. XII, §. 8, n. 3, de *bona fide Possessore* L. IV, C. XIII, §. 3, n. 1, item de *Culpa*, quæ in Contractibus prestanda venit, L. V, C. IV, §. 3, n. 1, §. 6, n. 2, §. 7, not. 8 &c. ut alia taceamus, nihil addentes, quam votum, ut doctissimus Autor promissioni suæ de nova versione Gallica cum suis notis operis Grotiani de *Jure Belli & Pacis* edenda satisfaciatur, quod sane omnibus non poterit non esse acceptissimum. In fine tandem Cl. *Barbeyraci* Oratio inauguralis de dignitate & utilitate *Juris & Historiarum* ac utriusque disciplinæ amica conjunctione, Latino sermone conscripta, quam d. XIV Kalend. Apr. M DCC XI Lausonii recitavit, apparet.

HERMANNI ADOLPHI MEINDERS, *Acti Bielefeldensis, Tractatus de statu Religionis & Reipublice sub CAROLO M. & LUDOVICO PIO in Veteri Saxonis sive Westphalia & vicinis regionibus; accessit Commentarius ad Capitulationes binas CAROLI M. de partibus Saxonie nec non ad indiculum Superstitionum & Paganiarum Saxonicarum; item dissertatio singularis de origine & jure decimarum in Westphalia.*

Lemgoviz, impensis Henrici Wilhelmi Meyeri, 1771, 4.

Alph. 3 plag. 2.

CONSULTISSIMUS Auctor, qui eruendis patriæ antiquitatibus diligenter incumbit, anno hujus seculi decimo indicem scriptorum publicavit, quæ prelo subicere animus ipsi est, cui promisso ut fidem faceret, hoc opus *de statu religionis sub Carolo M.* in lucem emisit, quod variaz aliaz dissertationes *de forma & regimine, de re militari, de nobilitate & servitute, de judiciis criminalibus, de re nummaria, de re domestica sive economica, de lingua, vestitu, habitu & Legibus Veterum Francorum & Saxonum* sequentur. Quem jam exhibemus librum, quatuor imprimis dissertationibus de religione Veterum Saxonum absolvitur, quibus quinta *de origine & jure decimarum in Westphalia* adjecta est. Prima dissertatio Commentarium ad Capitularia duo Caroli M. continet, quæ una cum *Indiculo Superstitionum & Paganiarum* Illustrissimus FERDINANDUS Paderbornensis & Monasteriensis Episcopus, dum Romæ in Alexandri VII. P. M. aula versaretur, ex Vaticanæ bibliothecæ MSto desumpsit & in Monumentis suis Paderbornensibus publici juris fecit; cujus vetustioris ætatis monumenti magnum in cognoscendis illorum temporum ritibus usum esse, doctissimus Auctor ostendit. Monet postea ex *Adami Bremensis* Hist. Eccl. L. I, Eginhardum de adventu, moribus & superstitione Saxonum librum scripsisse, quem, si adhuc superstes esset, magnam lucem antiquis Saxonum rebus adferre potuisset credit. Inter alia sancivit Carolus: *Si quis a diabolo deceptus crediderit, secundum morem Paganorum, virum aliquem, aut feminam strigam esse, & homines comedere, & propter hoc ipsam incendit, vel carnem ejus ad comedendum dederit, capitis*

Pag. 6.

19.

29.

*capitis sententia puniatur.* Sed miratur Consultissimus Autor, hodie, in Westphalia inprimis, Pontificios in ea persuasione permanere, quod homines auxilio dæmonis aduti, in bruta converti possent, quod ipsi saniores ex Pontificiis rejecerunt. Notat Pag. 33. etiam ex Plinii L. XXVII c. I, veteribus gentilibus solenne fuisse, humana carne vesci, qua multos morbos sanari posse existimarent. De hostiis porro humanis agit, occasione sanctionis, *si quis hominem Diabolo sacrificaverit, & in hostiam more Paganorum demonibus obtulerit, morte moriatur, & ex Cæsare atque Tacito* 37. probat, majores nostros Diis suis etiam victimis humanis litasse. Attameu non obstante severa illa prohibitionem superstitionem illam usque ad *FridERICI Barbarossæ* tempora in vicinis regionibus durasse, ex *Helmoldi Chron. Slav. L. I c. 53.* apparet. De Decimis, quæ Sacerdotibus solent dari, observat Autor Cl. illas jam a Caroli temporibus originem traxisse. Nimirum in Capitulari sæpius allegato hæc verba c. XVI inveniuntur: *similiter secundum Dei mandatum precipimus, ut omnes decimam partem substantiæ & laboris sui Ecclesiis & Sacerdotibus donent;* idemque Diplomata Ecclesiæ Verdenf. A. 786 & Bremenf. A. 788 concessa confirmant. Objicit Illustris Rhetius, multis documentis probari posse, Carolum M. decimas sibi & suæ mensæ reservasse, & bene meritis tam ecclesiasticis quam secularibus personis quasdam concessisse. 54. Consentit & Gryphander, putans eas inde originem trahere, quod in partibus Saxoniz laici decimas obtineant, quod in aliis Germaniz regionibus vel plane non vel raro usu veniret. Dissentit tamen ab illis Consultissimus Autor, quum sententiam suam ex Carolinis Legibus confirmari videat. Ad secundi Capitularis in partibus Saxoniz principium doctissimus Meinders monet, Saxones in unum corpus & rempublicam cum Francis coaluisse, ipsisque facultatem ad comitia veniendi & de summa rerum deliberandi ac statuendi competiisse. Testatur Eginhardus, bellum cum Saxonibus ita esse finitum, ut abjecto Dæmonum cultu & rejectis patriis ceremoniis, christianæ fidei atque religionis sacramenta perciperent, *& Francis adunati,* 82. *mus cum eis populus efficerentur.* Idem Poeta antiquus vitæ Carolinz scriptor testatur. 84. Consentiant diplomata Bremenf. &

- Verdense*, item allegatum jam sæpius Capitulare Caroli M. iterum hic dissentiente Rhetio, ad cuius argumenta docte Noster respondet. Occurrunt postea variz antiquorum nominum e.g. Heribanni, Solidi, Wergildæ explicationes, quibus tamen non immorabimur, inprimis quum Celeberrimi Speelmanni vestigia quam sæpissime legat.
- III. Pergimus ad secundam dissertationem, qua Cl. Meinders religionem gentiliam & statum religionis Christianæ aliasque res & ritus Ecclesiasticos Veteris Saxoniz & Westphaliz sub Carolo M. & Ludovico Pio explicat. Fundamenti loco Indiculum Superstitionum & Paganiarum Saxonicarum in Concilio Listinensi A. 743 promulgatum posuit, quem primum etiam FERDINANDUS Paderbornensis ex bibliotheca Vaticana in lucem produxit, Cl. Autor vero suis notis hic illustravit. Disputat in Præfatione contra Conringium, qui hunc Indiculum ad Saxoniam gentem spectare illa ex ratione negavit, quod A. 743 tempore Concilii Listinensis lux Christianæ fidei in Saxonia nondum accensa fuerit, quum in hoc Indiculo superstitiones recitentur, quæ in gente jam Christiana religione inbuta superstites fuerunt. Ad quæ Noster respondet, ex Eginhardo & Wittechindo apparere, illo jam tempore Saxones nonnullos Franciæ socios & vicinos Christianam fidem profiteri cœpisse, notumque esse, quod Wunefridus, alias Bonifacius dictus, ante Carolum M. verbum divinum in vicinis Saxoniz regionibus prædicaverit. Agit postea de veterum Germanorum templis, sacerdotibus, sacrificiis & Deorum idolis, & ex Cæsare atq; Tacito ostendit, eos ante Romanorum in Germaniam adventum nulla habuisse templa lapidibus vel alia materia extructa: postquam vero Augustus Cæsar partem Germaniz, in qua & Marforum gens fuit, armis subegit, Romanorum consilio atque auctoritate Germanos primum templum Martis ad exemplum Romanorum constituisse credit, quippe quod sub initio regiminis Tiberii a Germanico Cæsare excisum fuisse, ex Tacito constat. Copiose imprimis de *Tanfane* Templo agit, quod in Marfis celeberrimum fuit, qui in Comitatu Ravensbergico aut circa hunc locum sedes suas habuisse creduntur. Unde hodie in veteri vico *Burgholz*.
- 125.

**Holshausen** prope arcem vetustam Ravensberg locus quidam invenitur **Dämpffen** vocatus, quem, jam aquis repletum, a Germanico **Dämpfen** dictum & extingendis ignibus olim fuisse consecratum vulgo credunt. Noster tamen a **Tanzan** illud vocabulum rectius derivari contendit. **Irnensulam** etiam Saxoniam explicat, & per illam non Martem vel Mercurium, sed Germanorum **Arminium** designari monet. Plura de aliis Diis Germanorum addit, probatque, veteres Germanos Atheos, ut quidam crediderunt, non fuisse. Sequitur professio fidei vetusta Saxonica, olim, ut videtur, apud sacrum lavacrum usurpari solita, quam ipse **Indiculus** superstitionum & Paganiarum excipit. Omnia doctis notis illustravit **Cl. Autor**, quæ lectu sunt dignissimæ. In tertia dissertatione, qua in veritatem vel falsitatem diplomatum Carolinorum inquit, queritur, Viri **Cl. Heinrici Meibomii** opus *de Veritate & Falsitate Carolinorum diplomatum*, quod in Introductione ad Saxoniam inprimis inferioris historiam promisit, & **Goldasti** Scriptum de fictitia **Ludovici Pii Imperat.** de rebus Romanæ Ecclesiæ constitutione, cujus in Republicatione pro Imperio **C. XX** spem fecit, publici juris non esse factum. Laudat vero primum **Caroli M.** industriam, qua armis veteres Saxones atque **Westphalos** ad veri Evangelii cognitionem adegit, quam vim contra populum, omnino barbarum & detestandis superstitionibus e. g. immolationi victimarum humanarum, addictum, salva fide fieri posse contendit. Disquirat postea, num tota Saxoniam **Episcopis** a **Carolo M.** facta sit tributaria? Videntur illud affirmare multi **Autores** & **Capitulationes**, inprimis **Præceptum Trutmanno Comiti** datum, apud **Baluzium** **T. I** **Capitul.** fol. 249, his verbis: *Saxones indominabiles, ipsique Deo & nobis tam diu rebelles, quousque illius & nostra virtute ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam, Deo annuente, perduximus, pristinaque libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devote addiximus.* Interim Noster neganti accedit sententiæ, quod Saxoniam a **Legatis Regiis, Ducibus, Comitibus & aliis Ministris** fuisse gubernatam, & tributa quoque **Filco regio** pependisse, constat. **Explicit deinde servitutis rationem,**

p. 127.

138.

141.

218.

225.

225.

226.

- P. 229. tionem, quæ Caroli M. ætate obtinuit, probatque, Diplomata  
 243. Ecclesie *Verdenfis* & *Bremenfis* lubricæ fidei esse, quod & ipsi Pontificii Auctores agnoscunt. Idem de Osnabrugensi dicendum, quod Cranzius primum produxit, & FERDINANDUS Paderbornensis ex ipso, ut credidit, avtographo edidit. Atamen illud Carolus Cointius T. VI Annal. Eccl. Franc. p. 825 & Daniel Papebrochius in Propylæo, quod Actis Sanctorum T. II Aprilis præfixit, P. I §. 28 impugnarunt, quorum rationibus, quæ autoritatem Diplomatis destruunt, Noster addidit, quod Carolus in eo Diplomate insueto titulo *Dominatoris Saxonici* utatur.
246. Negat sequenti Capite, Carolum M. Episcopis in Saxonia & Westphalia civilem & criminalem jurisdictionem concessisse, & suam sententiam contra dissentientes, Ferdinandum in Monumentis Paderbornensibus, Henricum Turckium in Fastis Carolinis ad annum 784 §. 5 & Nicolaum Schatenium L. VIII
259. Hist. Westph. p. 523, defendit, ad quorum argumenta solide respondet, nostrorumque fundamenta pro sua sententia recenset, advocato in auxilium ipsorum Pontificiorum consensu, qui Diplomata Carolina pro falsis habuerunt, negans utique, Carolum decem, novem aut octo Episcopatus in Veteri Saxonia sive Westphalia instituisse. Quarta dissertatio de Collegiis & Monasteriis antiquis Veteris Saxonie agit, qua Davidis Chytræi rejicit sententiam, qui in *Prefatione ad Metropolim Sax.* scribit, Carolum splendida illa collegia in Veteri Saxonia Osnabrugæ, Halberstadii, Monasterii, Verdæ, Bremæ, Mindæ, Hildesie & Paderbornæ fundasse, interim scholas quasdam illum instituisse, ut Saxones in Christiana fide instituerentur, probabile Cl. Autori videtur; qua occasione ostendit, Collegia cathedralia atque minora, item Monasteria eo instituta fuisse, ut Scholæ sint atque Seminaria Ecclesie atque reipublicæ, quod magno numero Pontificii Scriptores negant, Noster autem ex institutione bibliothecarum, nominibus Scholasticorum & Lectorum aliisque rationibus, post Vadianum Tr. de Collegiis & Monasteriis Germania Veteribus & Hamelmannum in libro de Vero usu atque abusu Collegiorum & Monasteriorum in Germania probat; quorsum
293. imprimis Caroli epistola ad Bangulfum, Fuldenfis Cœnobii Abbatem,
- 302.



batem, facit, quam integram inferuit Cl. Autor. Sequitur postea verbosior tractatio de hodierno statu, usu atque abusu Collegiorum & Monasteriorum in Germania, imprimis in Saxonia, in qua multorum piorum & prudentum Virorum consilia de eorundem reformatione exponit, descriptione quoque formæ, figuræ & ædificiorum veterum Collegiorum atque Monasteriorum addita. Tandem Testimonia veterum & recentiorum Autorum cumulat, qui Collegia & Monasteria olim Scholas fuisse asseruerunt.

In addita dissertatione singulari de Origine ac Jure decimarum in antiqua Saxonia sive Westphalia docet Autor, decimas jure divino sacerdotibus non deberi, ut multi perperam crediderunt; ostenditque, Taciti & Romanorum temporibus eas in usu non fuisse, quum migratio gentium & annua agrorum vicissitudo atque commutatio non permiserit, ut Decimæ exigi potuissent. Explicat Taciti loca de M. G. c. 15: *Mos est civitatibus ultero ac viritum conferre Principibus, vel armentorum vel frugum, -- Quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subvenit;* item c. 25: *Frumenti modum Dominus, aut pecoris, aut vestis, ut Colono injungit; & servus hæcenus parat,* monetque, tributorum usum exiguum fuisse apud veteres Germanos, & concludit, decimarum originem non nisi ex Christianismo petendam esse. Probat insuper, Carolum M. & Ludovicum Pium integra territoria cum summa jurisdictione Episcopis & Abbatibus non dedisse, sed illos ex meris decimis & oblationibus fidelium primitus vixisse; quorum statum in illis regionibus medio ævo, scilicet Sæc. X, XI, XII, XIII, ut & distinctionem in decimas sacras & profanas explicat. Tandem, quid hodie obtineat, & quomodo hoc rerum statu monasteriorum optanda magis quam expectanda sit reformatio, exponit, demumque *Correcta & Pontificis ac Guilielmi D. G. Juliacensium &c. Ducis auctoritate confirmata statutum Capituli Bilefeldensis, de A. 1575 d. 15 Augusti,* addit. Summo utique studio hæc dissertationes a doctissimo Meinders elaboratæ fuerunt, quare optandum, ut eidem brevi tempore reliquas, quas promisit, lucubrationes publici juris facere liceat.

p. 309.

320.

326.

351.

374.

381.

408.

473.

485.

- tionem, quæ Caroli M. ætate obtinuit, probatque, Diplomata Ecclesiæ *Verdensis & Bremensis* lubricæ fidei esse, quod & ipsi Pontificii Autores agnoscunt. Idem de Osnabrugensi dicendum, quod Cranzius primum produxit, & FERDINANDUS Paderbornensis ex ipso, ut credit, avtographo edidit. Atamen illud Carolus Cointius T. VI Annal. Eccl. Franc. p. 825 & Daniel Papebrochius in Propylæo, quod Actis Sanctorum T. II Aprilis præfixit, P. I §. 28 impugnarunt, quorum rationibus, quæ autoritatem Diplomatis destruant, Noster addidit, quod Carolus in eo Diplomate insueto titulo *Dominatoris Saxonici* utatur.
246. Negat sequenti Capite, Carolum M. Episcopis in Saxonia & Westphalia civilem & criminalem jurisdictionem concessisse, & suam sententiam contra dissentientes, Ferdinandum in Monumentis Paderbornensibus, Henricum Turckium in Fastis Carolinis ad annum 784 §. 5 & Nicolaum Schatenium L. VIII
259. Hist. Westph. p. 523, defendit, ad quorum argumenta solide respondet, nostrorumque fundamenta pro sua sententia recenset, advocato in auxilium ipsorum Pontificiorum consensu, qui Diplomata Carolina pro falsis habuerunt, negans utique, Carolum decem, novem aut octo Episcopatus in Veteri Saxonia sive Westphalia instituisse. Quarta dissertatio de Collegiis & Monasteriis antiquis Veteris Saxonie agit, qua Davidis Chytræi rejicit sententiam, qui in *Prefatione ad Metropolin Sax.* scribit, Carolum splendida illa collegia in Veteri Saxonia Osnabrugæ, Halberstadii, Monasterii, Verdæ, Bremæ, Mindæ, Hildesie & Paderbornæ fundasse, interim scholas quasdam illum instituisse, ut Saxones in Christiana fide instituerentur, probabile Cl. Autori videtur; qua occasione ostendit, Collegia cathedralia atque minora, item Monasteria eo instituta fuisse, ut Scholæ sint atque Seminaria Ecclesiæ atque reipublicæ, quod magno numero Pontificii Scriptores negant, Noster autem ex institutione bibliothecarum, nominibus Scholasticorum & Lectorum aliisque rationibus, post Vadianum Tr. de *Collegiis & Monasteriis Germanie Veteribus* & Hamelmannum in libro *de Vero usu atque abusu Collegiorum & Monasteriorum in Germania* probat; quorum imprimis Caroli epistola ad Bangulfum, Fuldenfis Cœnobii Abbatem,
- 289.
- 293.
- 302.

batem, facit, quam integram in se uis Cl. Autor. Sequitur postea uerbosior tractatio de hodierno statu, usu atque abusu Collegiorum & Monasteriorum in Germania, imprimis in Saxonia, in qua multorum piorum & prudentum Virorum consilia de eorundem reformatione exponit, descriptione quoque formæ, figuræ & ædificiorum veterum Collegiorum atque Monasteriorum addita. Tandem Testimonia veterum & recentiorum Autorum cumulat, qui Collegia & Monasteria olim Scholas fuisse asseruerunt.

p. 309.

320.

326.

In addita dissertatione singulari de Origine ac Jure decimarum in antiqua Saxonia siue Westphalia docet Autor, decimas jure divino sacerdotibus non deberi, ut multi perperam crediderunt; ostenditque, Taciti & Romanorum temporibus eas in usu non fuisse, quum migratio gentium & annua agrorum vicissitudo atque commutatio non permiserit, ut Decimæ exigi potuissent. Explicat Taciti loca de M. G. c. 15: *Mos est civitatibus ultro ac uisitum conferre Principibus, uel armentorum uel frugum, -- Quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit;* item c. 25: *Frumenti modum Dominus, aut pecoris, aut vestis, ut Colono injungit; & seruus hæcenus parat, monetque, tributorum usum exiguum fuisse apud ueteres Germanos, & concludit, decimarum originem non nisi ex Christianismo petendam esse. Probat insuper, Carolum M. & Ludovicum Pium integra territoria cum summa jurisdictione Episcopis & Abbatibus non dedisse, sed illos ex meris decimis & oblationibus fidelium primitus uixisse; quorum statum in illis regionibus medio æuo, scilicet Sæc. X, XI, XII, XIII, ut & distinctionem in decimas sacras & profanas explicat. Tandem, quid hodie obtineat, & quomodo hoc rerum statu monasteriorum optanda magis quam expectanda sit reformatio, exponit, demumque *Correкта & Pontificis ac Guilielmi D. G. Juliacensium &c. Ducis autoritate confirmata statuta Capituli Bilefeldensis, de A. 1575 d. 15 Augusti, addit. Summo utique studio hæc dissertationes a doctissimo Meinders elaboratæ fuerunt, quare optandum, ut eidem breui tempore reliquas, quas promissit, lucubrationes publici juris facere liceat.**

351.

374.

381.

408.

473.

485.

H. de B. E. M. COGITATIONES DE TITULO  
*Magni, Carolis Imperatoribus ex Francorum linea  
 communis.*

**L**CN. Pompejum ob præclara gesta *Magnum* appellatum fuisse, constat, & *Maximi* titulum apud Imperatores CPolitanos ultimis temporibus valde in usu fuisse, & ex numismatibus & inscriptionibus apparet. Fl. Valentinianus in Inscriptione in Ponte Cæstio conspicua, quam BARONIUS Tom. III Annal. Eccles. ad A. CCCXII §. 96 p. 95 & BERTIUS Lib. I Rer. Germ. p. 104 exhibent, FL. VALENTINIANUS. PIUS. FELIX. MAXIMVS. VICTOR nominatur: Constantinus vero in diversis maximi moduli numismatibus CONSTANTINUS. MAX. AUG. audit, apud JO. VALLANT de Numismatibus Æreis Imp. Rom. p. 250, quæ inscriptio in aliis quoque numis apparet: add. SPANHEIMIUS de Usu & Præstant. Numism. Diss. VII p. 445. Inter recentiores Carolum Francorum Regem potentissimum, postea Romæ *Augustum & Imperatorem* vocatum, *Magni* titulo cognominari, inter multos quidem constat; verum abstinuisse, dum in vivis esset, ab isto titulo *Carolus*, nec ei nisi post multos annos, Clericorum inprimis instinctu, datum fuisse, plurimi credunt. Id enim artis ingeniose exercent, ut alios Principes ad venerationem sui instigent, dum Imperantes, qui propensa in ipsos fuerunt voluntate, avaritiamque istorum largis donationibus demulserunt, splendidis titulis honorant, & pro optimis Principibus, licet id nullo modo promereantur, venditant, illos e contrario, qui simulata animi studia non amarunt, pro Tyrannis, impiis & futilibus hominibus habeat. Communis quidem hæc Eruditorum sententia atque mens est, interim haud credo, quod adeo firma sit, quin contrarium probari possit, quod nonnullis exemplis me facturum confido.

II. Quod ad numismata attinet, si OCTAVIO de STRADA fides habenda, statim apparet, in illis Carolum fuisse *Magnum* vocatum. Invenitur enim ap. eundem L. III de Vitis Cæsarum p. 367 cætypon aurei numi, in quo Carolus Imperiali corona rectis conspicitur, dextra pomum, cui insitit victoria, sinistra gladium tenens, cum epiphrafi: CAROLUS MAGNUS

RO-

ROMAN. IMPERA. SEM. AUG. Aver'a vero pars signum Ca-  
 R  
 roli KAS cum inscriptione METULLO † exhibet. Non me  
 V  
 L

quidem fugit, quod magnus ille Polyhistor WAGENSEILIUS  
 Comment. de S. R. Imp. Lib. Civitate Noribergensi c. 26 p. 249  
 huncce STRADÆ numum pro genuino agnoscat, dum ex  
 illo, tanquam supremo fidei argumento, probare conatur, orna-  
 tum imperatorium, quem hodiernum Noribergenses custodiunt,  
 a Carolo originem trahere. Sed merito hunc errorem agnovit  
 Celeberrimus Haleusium Professor JO. PETR. LUDEWIG de  
 Noriberga Insignium Imperial. Tutelari C. VII p. 126, qui multis  
 iisque gravissimis rationibus ostendit, aut recentioris esse ævi, aut  
 plane a Strada confectum, cujus etiam exigua in re numismati-  
 ca fides esse solet, quod multa falsa pro veris venditat. Sola ma-  
 gnitudo ærisque, ex quo conflatum esse dicunt, pretium indicia  
 malæ causæ sunt, in eo tamen cum Celeberr. Dn. LUDEWIG  
 non consentio, quod Carolus se Magnum non scripserit, neque  
 vivus nomine hoc appellatus fuerit, quod utrumque aliis docu-  
 mentis confellitur.

III. Carolum enim, quum adhuc in vivis esset, Magnum fuisse  
 vocatum, ex charta XLVII ap. GOLDASTUM Tom. II Antiqu.  
 Alemannicarum p. 55 apparet, quum ibidem hæc inveniatur  
 subscriptio: *Facta traditio hac in 4 Kal. Jun. 6 feria anno quinto*  
*regnante Domino nostro CAROLO MAGNO IMPERATORE,*  
 nec etiam exempla decurrunt, quæ comprobant, quod ipse hoc ti-  
 tulo fuerit usus. Primum ex MEIBOMII T. II Rer. German.  
 p. 196 hausit. Ibi enim Erdwinus Erdmannus in Chronico  
 Episcop. Oldenburgerensium diploma profert, in quo hæc inve-  
 niuntur verba: *Karolus MAGNUS Pacificus.* Reliqua doctissi-  
 mus MABILLONIUS, Vir harum literarum peritissimus, suppe-  
 ditat. Extat enim L. VI de Re Dipl. §. 62 p. 507 *Renovatio te-*  
*stamenti Abbonis Patricii pro cœnobio Novalicensi facta per Ca-*  
*rolum circa A. 805,* quæ sic incipit: *Karolus Imperator, piissimus, a*  
*Deo coronatus, MAGNUS, &* quod sequitur Diploma §. 63 p. 512

pariter orditur: *Karolus serenissimus, Augustus a Deo coronatus, MAGNUS, Pacificus, Romæ gubernans imperium, & tandem* §. 64 p. 512 præceptum exhibetur pro *Adelberto Saxoniz Duce*, de A. 813, his verbis: *Karolus Serenissimus, Augustus a Deo coronatus, MAGNUS, Pacificus, Romanorum gubernans Imperium*. Quinque itaque ostendi exemplis, falli eos, qui putant, Carolum le Magnum neque scripsisse, neque vivum appellatum fuisse.

IV. Unde autem cognomen illud acceperit, videndum. Magnus vel ratione corporis, vel ratione virtutum dici potuit. Alexander & Pompejus a rebus præclare gestis Magni dicti: alii a habitu corporis fuerunt cognominati hoc nomine; sic Licinii *Craffi*, Sempronii *Longi* nomina non sunt ignota; add. SIGONIUS & ONUPHRIUS PANVINIUS de Nominibus Rom. ap. GRÆV. T. II Antiq. Rom. p. 1981 & 2006. Quid de Carolo nostro dicendum, dubium est. In ea opinione est WERNERUS ROLEVINCKIUS de Westph. Laudibus L. II c. II, quod tam ob excellentem factorum magnitudinem, quam ob eximiam corporis formam & modum illud cognomen meruerit. Illa enim excelluisse Carolum, Pseudo-TURPINUS non solum c. XX p. 80 suo testimonio, ubi inquit, staturam Caroli octo pedum suorum eorumque longissimorum fuisse, confirmat, cui tamen haud fides est adhibenda; sed id etiam ipse EGINHARDUS fidelissimus scriptor testatur: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quæ tamen justam non excederet, nam septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse mensuram*. Consentit vetus POETA SAXO de Vita Caroli M. L. V vers. 335 apud Ill. LEIBNIZIUM de Script. Brunsv. T. I p. 165:

Egregie procerus, & hoc moderamine justo.

Septem namque suis longus erat pedibus.

Quod verbosius doctissimus MARQUARDUS FREHERUS in disert. de statura Caroli M. explicavit, quam cum suis notis HENR. GUNTHERUS THULEMARIUS illustratam edidit, & V. Cl. JO. HERMANNUS SCHMINCKE in nitidissima sua Eginhardi Editione p. 220 haud ita pridem apud Batavos recudit fecit. Accedit, quod alii etiam apud Francos a corporis habitu fuerint cognominati: Pipinus enim *Brevis* dicebatur, quod  
statur-

*ſatura puſillus eſſet, ut ODORANNUS Monachus fragmento Chronolog. ad A. DCCL in Annal. Pithœi p. 214 teſtatur; ut Carolos Calvum & Crasſum taceam: vid. tamen DU FRESNE Voc. Bovera p. 592. Ut proinde a veritate non multum aliena eſſe videatur eorum conjectura, qui primum ex Francorum linea Imperatorem & ob res præclare geſtas, & ob proceram corporis ſtaturam Magni nomen promeruiſſe, ſibi perſuadent.*

V. Sed jam aliorum quoque notandus eſt error, qui ſolum Carolum ex Francorum linea Imperatorem primum, Magni elogio honoratum fuiſſe putant, quum eodem titulo etiam ejusdem ſucceſſores, qui Caroli fuerunt nominati, uſos eſſe ſequentibus probavero. Graviter enim labuntur, qui improvide, quum Magni cognomen inveniunt, omnia ad Carolum Primum referunt, non ſolum contra Chronologicam computationem multum peccantes, ſed etiam hiftoriam peſſime confundentes. Obſervavit illud jam ante me JOACHIMUS VADIANUS L. II p. 53 de Collegiis Monafteriisque Germaniæ, quem GOLDASTUS T. III Rerum Alemannicarum exhibet. *Obſervatumque, ſunt illius verba, tam CALVUM quam CRASSUM Magni ſibi cognomen uſurpaſſe: ut plane errent, qui non ſatis expenſa temporum ſupputatione, repente ad Carolum Pipini filium animum adjuiciunt, ubi publicè in tabulis diplomaticisve Magni cognomen legunt. De Calvo quidem non video dubitari, quin ſe Magnum cognominaverit; Crasſi autem diploma extat San-Galli, nuper a me viſum, in cujus ſigillo plumbeo ipſe Imperator laureatus cornitur, cum hac inſcriptione: CAROLVS M. AVGVSTVS: et in altera ſigilli parte hæc verba itidem laureo ſertulo incluſa leguntur: RENOVATIO REGNI FRANC. In fine autem Diplomatis hæc verba ſcripta ſunt: Data Non. Oſt. An. Incarnationis Domini DCCCLXXXIII, Indictione ſecunda, Anno vero Imperii Domini Caroli in Italia III, in Francia II, actum Papiæ in Dei nomine feliciter.*

VI; Hæc ſunt Vadiani verba, quæ licet longiora ſint, ea tamen annotare me non piguit, cum maxime ad declarandam meam quæſtionem faciant. De Calvo autem non dubitari teſtatur; quo tamen non obſtante, quibusdam exemplis rem red-

dam clariorem. Suppeditat tale Charta Heligandi Comitum pro ecclesia S. Martini Turonensis ap. MABILLONIUM T. III Annal. ordinis Benedicti. App. document. ad Lib. XXXV n. 6 p. 671, in qua saepius Caroli Magni fit mentio, quare allegatus Autor doctissimus c. l. ad an. 856 p. 54 annotavit, quod Charta illa contineat quaedam observatione digna, quorum refert, quod Carolus Magnus Imperator saepe dicatur, sive id adjective sive pro cognomine accipitur. Gratianus Dist. XIX, c. III adducit sententiam, *quod tolerandum sit iugum, quod a sancta sede imponitur, licet importabile videatur, quae ex Concilio Caroli M. citatur.* NAUCLERUS Vol. II gen. XXVIII narrat, quod illud fit unum ex viginti tribus legum capitulis, quae Carolus Magnus ad omnes suas provincias misit; sed extat in Concilio Triburiensi c. XXX, quod sub Carolo Calvo celebratum fuisse constat. Accedit LUIDBERTI Moguntini Archi-Episcopi autoritas in Epistola ad Ludovicum Regem Calvi fratrem in T. XVI Bibl. Patrum Max. p. 764, ubi postquam Papae conatus in Francorum gentem injurios esse ostendit, ut sua jura Imperator defendat, monet, additque: *Quapropter necessarium videtur mihi & utile, ut religiosus Princeps Carolus frater Vester Legatis atque literis a Vobis destinatis, super hoc negotio mature conveniatur, ut tam ipse, quam sacerdotes Regni Ejus, qui haecenus ab hujusmodi fordibus mundi sunt, Vobis & Vestris Episcopis adjungatur &c.* quae sane sunt indicio, edictum tale in Episcoporum conventu esse propositum, ut proinde necessaria non fuisse emendatio videatur, in quibusdam, recentioribus in primis, Decreti & Corporis Juris Canonici Editionibus facta, ubi tantummodo ex *Capitulis Caroli Imperatoris* citatur.

VII. SUGGERII Abbatis S. Dionysii testimonium his superaddendum esse censeo, ex quo petierat Rex Ludovicus, *ut inter Sacratissima Sancta Trinitatis & SS. Martyrum altaria sepeliri mereretur*, quod negat SUGGERIUS in Vita Ludovici Grossi, cujus verba sunt: *Occupato loco Caroli MAGNI Francorum Regis, quia nec fas nec consuetudo permittit Reges ex hospitari, quod proposueramus, fieri non potuit.* Si autem consideratur accuratius, quis ex tribus Carolis, qui Imperio Romano-Franci-



eo præferunt, intelligatur, Carolus omnino est, qui *Calvus* alius dicitur. Carolus enim Pipini filius Aquigrani in æde Div. Virginis Mariz terræ mandatus fuit, vid. EGINHARDUS c. XXXI. ANNALES PITHOEANI ad A. DCCCXIV p. 24, MONACHUS EGOLISMENSIS p. 282. *Crassi* autem ossa in Angiæ Majoris Monasterio sepulta fuerunt, teste REGINONE ad An. DCCCLXXXVIII & LAMBERTO SCHAFNABURGENSE ad h. a. Loquitur itaque Suggestus de Carolo Calvo, qui in Italia obiit, a suis vero deportatus est; *sed quia fetor intolerabilis ex putredine cadaveris bajulantes gravabat, compulit illud terra mandare, post aliquantos annos ejus ossa translata sunt, & Parisiis in Monasterio S. Dionysii honorifice sepulta*, testatur REGINO ad A. 877. Consentunt ANNALES PITHOEANI item FULDENSES his annis. Continuator etiam ÆIMONII L. V c. XXXV apud FREHERUM p. 497 his verbis: *ex Basilica Beati Eusebii Martyris in Civitate Vercellensi, ubi requiescit annis VII, per visionem delatus est in Franciam & honorifice sepultus in basilica B. Dionysii Martyris apud Parhyssos.*

VIII. Carolus III, Crassus vulgo dictus, potentissimus & distissimus fuit Princeps, de quo OTTO FRISINGENSIS L. VI Chronic. Cap. IX p. 123: *Post Carolum Magnum, inquit, inter omnes Reges maxima fuit potestatis, & postea paucis interjectis: Rex iste, qui in divisione Orientalis Regni, acceperat inter fratres minimam portionem, ad tantum primum venit fastigium, ut tam Orientalia, quam Occidentalia Regna, cum Romano susciperet Imperio.* Promeruisse itaque hunc Carolum Magni titulum omnino videtur, qui eo ornatus fuit, ut ex dictis supra Vadiani verbis constat. His addo verba Appendicis EUTROPH: *Eo vero (Ludovicum Italiz Imperatorem intelligas,) infirmante & ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit sibi succedere Carolum MAGNUM (Crassus Ludovici Germ. Regis filius significatur) ad suscipienda Imperialia sceptrâ: cum hæc ita geruntur, Romani Pontifices semper per Oratores literas miserant inulatorias ad Carolum Calvum Regem Francorum, incitantés eum clam - - Mittitur denique alius missus ab uxore Imperatoris Engelberga, vel a suis primatibus ad Carolum MAGNUM,*

*GNVM, ostendens ei vota defuncti; & quia longius erat, noluit tam cito venire, ut impedire possit iter Caroli Calvi.* ECKEHARDUS junior de Vita S. Notkeri, apud GOLDASTUM Antiqu. Alem. T. I P. II, hunc Carolum sæpius MAGNUM vocat e.g. Cap. XIII p. 362, c. XVII p. 368, c. XXIX p. 277 & passim, quod etiam Goldastus in notis ad hunc locum p. 396 recte observat. His exemplis ostendi posse puto, Carolos tres ex Francorum linea Imp. Magni nomen sibi vindicasse: interim hæc, salvo rectius sentientium iudicio, dicta sunt.

**JESU CHRISTI EVANGELIIQUE VERITAS**  
*Saluifera demonstrata in Confutatione libri Chiffouk Emou-*  
*na a R. Isaaco scripti; Autore JACOBO*  
**GUSSETIO, Blesensi.**

Amstelodami, apud Jac. Borstium, 1712, fol.  
 Alph. 6.

**P**osthumum hoc opus est Viri de his literis, quas Groningæ, dum viveret, masculè ornavit, meritissimi, quod Rev. *Arnoldi Borstii* opera in lucem prodiiisse, præmissa ab eo Præfatio docet. Vides scilicet confutationem diligentem libri famosissimi, & inter Judæos magnæ existimationis, qui a R. *Isaaco fil. Abrahami*, Judæo Polono, seculo XVII ineunte, (vide Bibliothecam Hebræam Wolfianam p. 641.) elaboratus, Wagenfeilii iudicio, *Judæos præ ceteris in erroribus suis confirmat, & agnitionem veritatis impedit.* Eum librum primus cum Latina sua interpretatione ediderat laudatus Wagenfeilius in Telis Igneis Satanz, hinc vero tria capita Latine exhibita, quæ sunt c. XII, ubi de *Genes.* XII, 15, cap. XIV, ubi de *Genes.* XLIX, 10, & c. XXI, ubi de *Jesaja* VII, 14 & IX, 5, a Judæo agitur, *Gussetius* noster in Ternione Controversiarum adversus Judæos, *Dordraci* 1688, 8 edito, confutaverat. Multa itaque suæ industriæ adhuc relicta videns Vir doctus totum librum censoria virgula persecutus est, & repetitis, quas diximus, dissertationibus illis Elencticis tribus, reliquos superaddidit, quæ totum opus jugularent, atque adeo absolutam confutationem potiorum exceptionum fisterent, quibus Judæi loca Veteris & Novi Instrumenti, præeunte hoc duce, adoriri

eriri confueverunt. Eam vero Guffetius methodum & legem sibi dixit, ut Judaici libri capitibus ex Latina tantum Wagenfeilii interpretatione, (quam Rev. *Arnoldus Borstius* V.D.M. a se ad textum Hebraic. castigatam & multis in locis emendatam esse in Præfatione scribit) ordine collocatis subjiciatur refutatio nunc diffusior, nunc strictior & brevior, in qua & genuinus Prophetiarum, aliorumque utriusque Fœderis oraculorum sensus ex fontibus probe eruitur, & *Pseudoprophetais* Judaicis occurritur, sæpius quoque domestica veterum Judæorum testimonia recentiorum tricus opponuntur. Ita vero non potuit non fieri, quin subinde voces phrasæque Hebraicæ exponerentur, quæ quidem opera instar Supplementi, ad Autoris Commentarium de Lingua Hebraica pertinentis, commode adhiberi potest. Accedunt in calce dissertationes Autoris quinque Epistolæ ad Hebræos illustrantes, quarum I præcognoscenda de scriptore, argumento, scopo, ac partibus ipsius Epistolæ edisserit; II comma 1 & 2, III comma 3 capitis I illustrat, IV in typorum naturam inquirat, V denique de commate 4 & initio 5 ejusdem capitis I commentatur. Has excipit dispnt. Theologica de *Casu Conscientiæ, an Vir utilis filiam sororis uxoris suæ defunctæ ducere possit*, ubi simul de affinitatis collateralis gradibus a conjugio exclusis differitur, ad Legem Levit. XVIII 14. Conjugium tale modo delineatum lege diuina prohibitum esse Guffetio videtur, contra Jureconsultum quendam, in omnia alia abeuntem, cujus argumenta ibi confutata videbis. Præmittitur Operi Oratio Funebris de vita & morte *Guffetii*, a *Rudolpho Eyssonio*, Autoris quondam Collega, sed nunc pariter defuncto, habita, una cum præfatione de opera Judæis ad Christianam fidem convertendis narranda, quæ jam in limine Ternionis Controversiarum legebatur. Ex Oratione illa Funebris patet, Guffetium, *Blese*, amœnissimo Gallicæ Celticæ opido, A. 1655, 7 Octobr. Parente *Petro*, qui Galliarum Regi a consiliis & re ditibus illius Comitatus erat, prognatum, deinde in Schola & Academia Salmuriensi præstantissimorum quorundam Virorum, *Tanaqu. Fabri*, *Ludov. Le Ferre* & *Ludov. Cappelli* disciplina eruditum ab Ecclesia Pictaviensi ad sacrum munus obeundum A. 1662. vocatum fuisse. Quo officio

cum usque ad annum 1687, ab Academia Salmurienti tertium sed frustra ad Professionem Theologicam vocatus, persusgeretur, edictum Nannetenſe revocatum effecit, ut Caletum, hinc in Angliam, postea vero in Belgium abiret, ubi, Salomonis Van Til commendatione adjutus, amplis conditionibus Ecclesiastes Gallo-Belgicus *Dordraci* A. 1687, elapſo vero quinquennio in Academia Groningensi Græcæ Linguae ac Theologiæ Professor constituitur, quod officium usque ad obitum, qui in IV Nov. A. c10 Ioc IV incidit, cum laude sustinuit.

## Heilige Bibel-Ubung etc.

i. e.

**EXERCITIUM BIBLICUM IN EVANGELIUM MATTHÆI, quod methodo erotematica explicuit, & exinde pietatis doctrinas eruit JOH. JACOBUS ULRICUS, in Orphanotropheo Tigurensi Pastor & in Ill. Athenæo Moralium Professor. Pars prima atque altera.**

Tiguri, apud Christ. Hardmeyer, 1713 & 1714, 8.

Alph. 4 plag. 8.

**C**Uicumque persuasum erit non in magnis tantum ausibus, sed & in minoribus suum esse cum fructum tum laborem, is nequitiam eorum laudem patietur imminui, qui concessas doctrinæ sacræ facultates non tantum in usum eruditorum depro-munt, verum etiam ea quæ simplicioribus ingenii prodesse possunt, in publicam hominum lucem proferunt. Eorum numero non immerito accensimus Cl. hujus libri Autorem, qui, cum doctioribus quibusdam eruditionis suæ speciminibus nomen nactus esset, nunc totus in promovendo pietatis & cognitionis rerum divinarum studio inter suos occupatus est. Quo flagranti desiderio se accensum monet, ut absolutis catecheticis exercitiis, orphanos suos ad cognitionem verbi divini plus ultra deduxerit, atque hinc postea easdem has exercitationes erotematicas in usum potissimum rudioris plebeculæ sed edecum-tiore conscripserit. Eapropter non solum simplicissima illa insti-

institutiōnis methodo, qua interroganti respondetur, usus est, verum & rebus in succincta membra divisīs capitibus singulis analyšin præmisit, & pertractata unaquaque parte, quo animos ad effundendas puro corde preces aduēseret, illam junctis ad Deum suspiriis finivit. Ostendit ubique veritatum revelatarum & orationis seriei nexum. Difficiliora loca brevibus explicat, notioribus vero non usque adeo immoratur. Denique usum practicū & pietatis doctrinam explicationi semper subjungit. In explicando hoc libro Theologorum Batavorum & imprimis Cocceji placita ut plurimum sequitur. Sæpius tamen quædam ejus priva videntur. Ad Cap. III p. 34 putat, Johannem in deserto ideo sacros sermones habuisse non vero in templo, quo Judæos paulatim a templo & Sancto terrestri avocaret. Spiritum S. ideo columbinā specie descendisse putat p. 56, ut ostenderet se antitypum esse columbæ Noachicæ. Nonnunquam quædam minutioribus typis intermiscuit, quæ ad eruditorum palatum facient. Uti cum nonnulla ex Talmudicis illustrat, e. g. P. II p. 321 docet, vaticinium Zachar. IX, 9 Judæos de Messia intellexisse, & ad cap. XXIII videbis quædam de Judæorum sepulchris s. calce dealbatis, p. 568 sqq. Item cingulos Judæorum fuisse ea forma, ut argentum iis immitti pro custodia potuerit, P. I p. 353. Ita & locum Martialis XI, 95. *Jura verpe per Ancbialum* recte putat p. 553 P. II corruptum esse ex  $\text{לן תן ען}$  quæ & Scaligeri fuit sententia, quamque Il. Vossij conjecturæ præferimus, *Ancarium* i. e. *Asinum* legentis. Operi ipsi autem Appendicem dedit, p. 823 sqq. quo ex hoc Evangelico libro officia & notas characteristicas hominis vere Christiani breviter extraxit. Ne vero ipsa pertractationis methodus, qua Librum Biblicum ad Catechumenorum institutionis modum exposuit, cuiquam despectui esset, non solum se exemplo *J. Melchioris* & *H. Horchii* Theologorum Herbornensium tnetur, sed & in libri hujus frontispicio extare voluit versum a se vernacule sermonem sacrum *J. D'Outreinsii* Theol. Amstelodamensis in 2 Tim. III, 15, qui necessitatem utilitatemque studii Catechetici exponit pluribus Auguramur etiam hunc Cl. Viri laborem suo fructu non destitutum iri, non solum ad prorogandos inter cives suos veritatum

tatum divinarum terminos; sed & in aliis regionibus, siquidem dialecti Helveticæ, qua conscriptus liber, non omnino rudes fuerint. Sed quod moneat Autor, sibi animum esse eadem opera omnes N. T. libros explicare, ipsius iudicio relinquimus, namne consultius foret quorundam delectum habere, & ad alterius Evangelistæ ductum omnem simul Historiam vitæ, quæ superest, tum mortis Jesu Christi, quam hic omnia XXVI-XXVIII Capp. præterit, persequi; dein cetera fidei mysteria eorumque usum in explicatione illustrioris D. Pauli Epistolæ pertractare, denique Christianæ vitæ regulas ex ejusdem ad *Timum* aut *Timotheum* adhortationibus eruere. Ita putamus non in molem opus nimiam surrecturum, qua rudiorum animi alectione deterrentur, aut cæpto labore desertores redduntur.

*SAMUELIS KOELESERIDE KERES-EER, Sacre Cæsareæ Regiæque Majestatis Incluyi Gubernii & Præsidiorum Cæsareo-Regiorum in Transylvania ansehac Medici Ordinarii Provincialis, nunc Universæ Rei Metallicæ supremi Inspectoris, de Scorbuto Mediterraneo  
Dissertatio.*

Cibinii, excudit Michael Heltzdörffer, 1707, 12.

Plag. 3.

**I**Nter alios morbos, quibus trium Nationum in Transylvania Incolæ, Hungari scilicet, Transylvani, & Valachi laborant, nullus frequentior est, quam Nausea, quam ex cibo & potu contraxisse se conqueruntur ægri. Morbi hujus historiam suppeditat Autor Clarissimus sequentem. Juvenis famelicus plus justo appetit, avide cibum appositum ingerit, mox semifatur nausea-bunde eundem averfatur, subsequuntur paulo post corporis lassitudo, oscitationes, pandiculationes, torpor, sensus obtusi, appetitus prostratus, lenta cum horripilationibus febricula, noctes inquietæ, & somnia turbulenta, alvus adstricta, dolor in ulna brachii, nucha, cervice, temporibus, & inter scapulas gravativus, venarum solito major turgescencia, arteriarum pullationes se-  
mi-

mifebriles, nervorum renitentia, & in superficie totius fere corporis nodi subcutanei, cum dolore & animi dejectione sentiuntur. Solvitur aliquando per vomitum sive spontaneum, sive coactum, item per sudorem deambulando vel in lecto excitatum, leveinque diarrhæam. Curatur vulgo frictionibus & validis cum spiritu vini, aceto alliato vel piperato, musculorum, cervicis imprimis ac manuum detersionibus, item abstinentia a cibo vel spirituosius potus assumptione. Quibus si non cedat, in majorem degenerat morbum, vel in juventute neglectus hominem tota vita valetudinarium & mille infirmitatibus obnoxium reddit. Hic morbus nausæ quidem communiter nomine venire solet, sed non semper sub ista facie comparet, siquidem conatus vomendi non semper adest, licet fastidium & aversionem, ubi ventriculus nimia cruditate saburra repletus est, haud difficile consequi possit; neque omnia symptomata huic morbo propria hoc titulo comprehenduntur, nisi a potiori denominationem insitui sufficiat. Itaque morbi naturam, Symptomatum syndromen, ceterasque circumstantias considerans Autor, scorbutum mediterraneum eum vocat; ceu morbum sporadicum in regionibus mediterraneis grassantem, imo matrem ac fundamentum omnium fere morborum. Audit enim sub hac notione ei molesta œconomia animalis infestatio, qua humores viscosi, acres, non subacti & in motu segnes fiunt, partes vero solidæ vel collabuntur, ut in putredine fieri solet, vel lancinantur, aut quovis alio modo a stagante succo cum excitatione sensus ingrati afficiuntur. Mittimus, quæ Autor circa causas, symptomatumque ætiologias erudite commentatur; in therapia præter rusticam illam in historia morbi commemoratam curandi rationem, quid pro singularum diversitate circumstantiarum agendum sit, fideliter inculcat, & præ cæteris medicamentis sua evaporata, ut Essentiam Antiscorbuticam polychrestam, Tincturam antihypochondriaco-deobstruentem, Spiritum scorbuticum & bezoardicum; item Pulverem absorbentem Wedelii & sanguinem purificantem Stockhameri commendat.

*SAMUELIS KOELESERI DE KERES-EER,  
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, S. Cæsar. Regiæque Ma-  
jestyatis Rei Metallicæ per Transylvaniam Inspecto-  
ris &c. Pests Dacicæ Anni 1709 Scrutiniorum  
& Cura.*

Cibinji, excudit Michael Heltzdörffer, 1709, 12.

Plag. 5.

**I**N præsentî tractatu tam Theoriam quam Curam Pests tradit Autor Clariss. quam circa priorem fovet opinionem, impræsentiarum commemorabimus.

Quod in peste venenosa fit actio, ex effectu & operandi modo satis apparere putat. Salia quippe volatilia, sulphureo-arsenicalia caustico-corrifivis, acribus particulis mista, quæ pestis materiam constituunt, quacunque, sive spiritus, sive vaporis, sive auræ forma sanguini communicata, sese dilatando tantam acquirunt spheram, ut unum granum veneni pestilentialis ad totam massam sanguineam inficiendam, fluida & solida totius systematis pervadenda sufficiat. Agit nimirum hoc veneni genus tota sua substantia in massam sanguineam, cujus partium æquipondium tollit, mixturam turbat, & fibrosam texturam in minimas usque particulas dissolvit. Causa ortus & patria veneni pestilentis terra est cum aere ei imposito. Materia enim subtilissima pro vario terræ ad Solem positu ac tempestatum anni diversitate, modo majore modo minore quantitate viscera terræ non minus quam etiam corticem perreptans, calorem modo auget, modo minuit, accedente etiam nimio solis ardore post insolita imprimis frigora & diuturnum brumale gelu salia ex terræ visceribus corticem versus tendentia duplici materiæ subtilis tanquam duplicis ignis agitatione rarefacta altius enituntur, & externo terræ cortice superato in circumfuso aere sub formæ spirituum longe lateque volitando divagantur. Salibus hisce corrosivo sulphureis terra variis motibus subterraneis aperta ac ex continuis sæpe imbribus rimis fatiscens eo faciliorem præbet exitum. Præter quas viscerum terræ exhalationes aer ex inhumatorum cadaverum inquinamenti venenositate infectus & ab homi-



hominibus usurpatus suam tribuit symbolam. Nec infrequens est, salia ista venenata in exteriori terræ cortice hærentia germina terræ venenatis effluviis inficere. Accidit etiam in annonæ caritate, in obsidionibus, e. g. ut bile acriore & volatiliore facta corporis justa ac debita nutritio deficiat, morbiq; absque primario saltem aeris vitio pestiferi oriuntur. Astris vero ac Diabolo ejusque asseclis omnem pestem inferendi vim admittit *Nostr.* Quod autem virus pestilentiale, prout febres malignæ epidemice acutæ, morbiq; alii, sæpe universales, non singulis annis in homines certisque tantum anni tempestatibus agat, sed limitato plurimum annorum decursu, ita tamen ut 25 vel 30 annos raro excedat, demum grassetur, id motui telluris nostræ in vortice solari quoad polos declinanti adscribit, per quos prout ad centrum vorticis solaris propius accedit, ita & infuetioris suavitatis agitationis materiam subtilem recipit, quæ perniciosissime motu auctis motus gradibus ad eclipticam delata rapit prædicta salia ex intimis terræ visceribus ac occasionem venenorum procreandorum determinationemque iisdem superaddit.

## TRAGEDIÆ CINQUE DI VINCENZO GRAVINA.

i. e.

### VINCENTII GRAVINÆ TRAGOEDIÆ QUINQUE.

Neapoli, typis Felicis Muscæ, 1712, 8.

Plag. 24.

**V**incentius Gravina, Jctus celeberrimus, qui egregia hæc-  
nus opera, Latino sermone confecta, Orbi literario com-  
municaverat, quorum passim a nobis mentio facta fuit, jam que-  
que haud difficiles esse sibi in carmina Musas demonstravit,  
editis lingua vernacula quinque Tragediis, quas Illustr. Princi-  
pi Scælex dicavit. Sub initium libri mox Autoris Præfatio se si-  
stet, qua ex Poeticæ imitationis lege inventa scriptaque, Eth-  
nicorum mores exprimentia, excusat. Sequitur Prologus, ubi  
loquentem fingit Tragediam, cujus origo a Græcis repetenda,  
ab Æschylo namque producta, a Sophocle reformata, & ab Eu-  
ripide fuit adornata; postea ad Latinos transit, sed irrupe-  
ntibus

tibus Barbaris incognita ferme, usque ad Leonis X tempora, quibus iterum, regulis licet Aristotelicis adstricta, in publicum prodiit. Hoc enim multo magis Auctori probatur, quam illorum dementia, qui Tragicum carmen meditantes, simul cum regulis rationis frænum pæne excutiunt, haud secus, ac si Poësis ordinem naturæ, cœli hominumque turbaret, quæ potius veri similibus proponendis det operam, & a Musicis & Pictoribus sua tantum mutuetur; qua de causâ Summi Pontifices scenas utpote vitiiis fere destinatas frequentare prohibuerunt. Hinc Tragœdiam simulat confugisse ad Jurisprudentiam, & a Jcto, Oratore & Philosopho, quamvis in juvenili ætate ab Helicone remoto, ad veram rationem Poeticam fuisse reductam; multos equidem liberam Auctoris animadversionem damnaturus, modestiam vero ipsius vel inde elucere, quod errores taceat, ignorantiam autem nudam ob oculos ponere leges humanæ haud vetent. Interea oratione haud elata semet usum, qualis eruditis conveniat, nisi cum hendecasyllabi nobiliorem dicendi rationem desiderarent, neque se ab Anapæsticis deterritum apud Latinos Græcosque usitatis, qui cum metro & numero (licet prava nostræ ætatis consuetudine numerus vanum verborum strepitum absque ullo animi motu significet) more Homeri rem ipsam una cum sono exprimant, & sensus motusque animi comitentur. Eoque modo Æschylum, Sophoclem, & Euripidem sua conscripisse, ut & Autorem divini operis Iliados, arboris quasi Tragœdiarum; Trissinum autem pessime egisse, qui Hendecasyllabo & Septenario, aliis carminum generibus semotis, sua composuerit, eum secutos Dantem & Petrarحام Namque Dramaticum poema pangentem inornatam dictionem imitari debere, ex qua affectus mentem agnantes undique in oculos incurrant; idque præclare fecisse Homerum, Horatium in Sermonibus, & in Bucolicis Virgilium, at in Heroicis huncce seriam dedisse operam, ut comptiori, qualis Poetam decet, sermone uteretur, cum ibi se loquentem plerumque introducat. Interim turgidi quidquam, aut a natura alieni, & vanas mentis imagines, more Tragicorum communi, a se non expectandas declarat Auctor. Etenim Tragici, oratione ultra communem loquendi

loquendi modum intumescente, non Jambō, sed Hexametro utebantur, Lyricum sub finem Actuum reservantes ad Choros, quos cantare moris erat; Hec non negari possit, Scenas quoque voce nunc erecta atque concitata, nunc depressa magis dictas fuisse, tibia normam gestus & vocis monstrante, qua neglecta Actores sibilo excipiebantur. Inde Noster non Scenas, ubi Actores loquentes in theatrum produci, sed Choros solum. *Hydruntis laqueis*, quod famam dignus homini non convenit, nisi per otium cantanti. Verba quoque a Regibus prolata non plene et sic illo ex superioribus seculis petito loquendi more expressit, quod plures fecerunt miselli Tragici, cum ignorantia Græcæ & Latinæ linguæ, & judicii inopia, tum vero Autoribus minus probatis fisi & falsis regulis seducti, quos scopulos Autor Cl. summo studio evitavit, vanae gloriæ aut præsidium minime cupidus. Scripti adiomate Italico, exempla Castilionzi, Trissini & Dantis fecerunt; & quemadmodum Latini olim a Græcis, ita Noster ex fonte Latio, unde Italorum lingua ceu rivulus promanavit, haurit plurima; *multa novis verbis, præsertim cum sit agendum, propter ægrestem linguæ Et rerum novitatem.* Namque si Ariosto, Tasso, & Petrarce id vitio haud versum in aliis caninum generibus, quis Nostro idem exprobraverit, cum ad majestatem theatis Tragici eo maxime effet opus. Quid in his omnibus præmissum, quinque Tragediæ monstrant, trium mensuram spatii ab Autore, haud interruptis officii laboribus, elaboratæ.

I Palamedis nomine venit, ubi Palamedem innocuum, Ulyssis artibus, velut a Priamo magno auri pondere corruptum, & dissolvendarum religionum autorem, a populo Grajorum saxis obrutum sistit. II Andromeda nominatur, quam a Junone matris Cassiopeæ superbia offensa damnatam, ut a monstro marino devoraretur, atque scopulo alligatam Perseus a periculo liberat. III inditum nomen Appii Claudii, quem libido stuprandæ coperat Virginia, a patre tandem, ne ludibrio haberetur, occisæ, qua de causa imperium Decemvirorum est subversum. IV vocatur Papinianus, quem Caracalla, patricidium Getæ apud populum excusare detractantem, injusta morte multandam curavit. V cui Servii Tullii nomen impositum, sceleratum facinus Tar-

quiniū Superbi & Tulliz, in patrem, soceramque commissam, repræsentat. Singulæ dictorum, rerumque & fictionis insigni suavitæ profus sunt refertæ, quas L. B. iudicio merito submittinus.

CATALOGO DEGLI ORDINI EQUESTRI E MILITARI

H. E.

**ORDINUM EQUESTRIVM ET MILITARI-  
VM Catalogus Imaginibus expositus & cum brevi narra-  
tione oblatuſ CLEMENTI XI Pontifici Maximo,  
a P. PHILIPPO BONANNI, Socii.**

Jesu.

Romæ, typis Georgii Plachi, 1711, 4.

Alph. t plag. 16 & Tab. 22. 167.

**E**Didit idem S. R. Autor Catalogum Ordinum Religioſorum, Tribus partibus distinctum, de quo in Actis Erud. MDCCVIII p. 117 & Suppl. T. V p. 397 actum fuit; jam quum ejusdem Catalogus ordinum Equeſtrium & militarium ad nos pervenerit, de hoc etiam aliquid dicendum erit. Vernacula sua sive Italica & Latina lingua eum conscripfit, & CLXVI tabulis incisis ornavit, in quibus imagines singulæ vestibus indutæ producuntur, quas ordinis cujusque Constitutiones præscripserunt; Equites vero, quibus nulla indumenti forma imposita fuit, ea veste exornatos delineari curavit, quæ plerumque eo tempore adhibebatur in illa regione, quando eorum ordo institutus fuit, vel militaribus armis instructos. De distinctione Ordinum Equeſtrium in classes, & illarum prærogativa non sollicitus fuit S. R. Autor. Si pluribus nominibus una societas distincta fuerit, sub uno nomine illam tantum indicavit. In Equitum illorum originem semper inquisivit, mutationes etiam & regulas, quibus adstringuntur, brevissimis descripsit: in fine Tabulam Autorum, ex quibus sua hausit, addidit. Illustrationis gratia quædam addamus. No. IV Eques S. Antonii in Æthiopia exhibetur, quem tamen ordinem confectum esse, Autor Gallus, qui superiori anno *Historiam ordinum Religioſorum* Parisiis edidit, de qua M. Octobri in Actis A. 1715 dicemus, optime ostendit. No. XXIV de Ordine Equitum Constantini agit, quem a primo Christiano Imperatore

tore institutum fuisse gloriatur, quum circa annum 312 Constantinus Magnus cum Maxentio conflicturus, splendidam crucem in caelo aspexisse fertur cum inscriptione: *In hoc signo vici* ces, quae verba angelicis vocibus repeti audivit; eidemque dormienti Christus apparuit præcepitque, ut signo ostenso in caelo milites muniret tanquam valido contra hostes præsidio. Imposuit itaque crucem auro & gemmis distinctam labaro Imperiali, & victoriam insignem ab hostibus retulit, quare illam in celebri Urbis loco erigi & ferri in labaro in bellicis expeditionibus iussit, cuius tutelæ quinquaginta selectos milites destinavit, ut Eusebius in Vita ejus L. I c. 20 reslatur: quod inscriptione quadam confirmari dicit S. R. Autor, quam sequentem producit:

CONSTANTINVS MAXIMVS IMPERATOR  
POSTQVAM MVNDATVS A LEPRA PER MEDIVM  
BAPTISMATIS, MILITES SIVE EQVITES  
DEAVRATOS CREAT IN TVTELAM  
CHRISTIANI NOMINIS.

quæ tamen ex multis rationibus suspecta esse videtur. No. CXIV Equites e sodalitie stultorum nominantur, quos A. 1391 Rudolphus Clivenfis Comes instituisse dicitur: insigne vero imago. Multi fuit, veste rubra induti, quam aureæ teniæ exornabant; sed finem, ob quem institutus hic ordo fuerit, & quo tempore extiterit, se nescire profitetur Autor. Sæpius vestigia *Adriani Schonebeckii* sequitur, qui historiam ordinum militarium, *Histoire de tous les Ordres Militaires, ou de Chevalerie, Amstelodami 1699*, & Gallica lingua edidit, quamvis illum non nominaverit; quod itidem Gallus ille citatus observavit, qui etiam Autorem nostrum omnem diligentiam in designandis vestibus Equitum, illorum imprimis, quibus speciales assignatæ non fueruat, haud observasse con- queritur.

## THE PEERAGE OF ENGLAND.

i. e.  
NOBILITAS ANGLIÆ, SIVE HISTORICA  
atque Genealogica Notitia familiarum nobilium, hoc  
tempore in Anglia florentium.

Tomus II.

Gg 2

Londini

Londini, apud Ab. Roper & Arth. Collins, 1710, 1711, 2.

Alph. 4.

**D**E Familiis Angliæ ex ipsis Angliæ præter Wilhelmum Dug-  
daliū etiam laboriosum opus nobis dedit Jacobus Yorkinus  
faber ferrarius, quod Londini A. 1640 sub titulo: *The Union of be-  
now* prodit. In quo tamen opere multe deprehenduntur men-  
dæ, neq; pauca successu temporis mutata, quæ Cel. Autor præ-  
sentis libri sedulo tollere conatus est. Descripsit in hoc libro origi-  
nem cujuslibet familiar, ac memoratu digna parentum acta; con-  
juxit cum his etiam præsentem statum, quem excipiunt insignia  
cujuslibet gentis satis accurate exculpta. Totum vero opus sic  
divisum est, ut post præmissam brevem introductionem in noti-  
tiam Regiæ stirpis, ex familiâ Stuartorum oriundæ, primam  
Ducum, deinde Comitum, ad quos & Marchiones retulit, tum  
Vice-Comitum, & tandem Baronum, quos Anglice *Lords*  
vocant, mentio injiceretur. Opus certe lectu dignum est, ex quo  
pauca tantum delibabimus. Cum de Carolo II Angliæ Rege  
agit, multa de Monumethensis Ducis conatibus profert, ac  
duas subnectit epistolas, quibus legitimum matrimonium cum  
ejusdem Monumethensis matre Lucia Walters Carolus II  
detrabatur ac nondum initum publice profitebatur. Hinc de  
Jacobō II infelice exule ac ejus posteris quædam edocet, ubi infi-  
mul acta supremi Concilii, quod Parliamentum vulgo audit, de  
successione Protestantis familiar producit, annexa Genealogica  
historia GEORGIJ, moderni Regis M. Britanniæ, ac simplici-  
matris ejus SOPHË. Familiam Regiam excipiunt Duces, inter  
quos eminet Dux Nordfolcæ, cujus privilegia exposuntur. Se-  
quuntur Duces Somersetenses, ex quorum familia Regina Jo-  
hanna Seymuria Henrici VIII conjux orta est. Aliis deinde ad-  
huc locus datur, quos inter Dux Marleborughius, cujus ortus  
fataque breviter enarrantur, quæ hic utpote satis nota allegare  
supervacaneum existimamus. Venimus ad Marchiones, sive ut  
Angli volunt, *Marquisses*, quorum duos tantum, de Lindeſeia &  
Dorceſtria, nominavit. Comitum vero primus est Stanlejus Co-  
mes de Derby, ex antiquissima familia prognatus. Hos inter & re-  
periuntur Comites de Rocheford, quorum primus fuit Wilhel-

1711

mus Henricus, Friderici Nassovici filius, qui A. 1688 una cum Wilhelmo III Angliæ Rege trajecerat, atque regiis literis Comes Rochefordensis factus est. Penultimum inter Comites locum occupat Comes de Godolphin, ab insignibus ita nominatus, quippe solenne familiæ decus fuit aquila biceps tribus liliis interposita, addito semicirculo figuram lunæ crescentis representante. Vice-Comitum numerum novenarium constituit, ubi præ aliis conspicendam propinat familiam Hattoniam, Christophoro Hatton, Elisabethæ Reginæ Cancellario supremo, illustrem, qui ad hoc culmen honoris summum per gradus ascenderat, quippe in Curia regia primum munus quoddam exiguum sustinuerat. Hinc porro ad Barones, Anglice *Lords*, delabitur, quorum agmen Comites de Pelham claudunt, quæ familia jam ante flourat in Suffexia, succedente tamen tempore non adeo claruerat, donec tempore Annæ Reginæ gloriosissimæ memoriæ Thomas Pelham Baro de Pelham crearetur novosque honores ac officia illustria consequeretur. Atque hæc de primo Volumine suffecerint. Non minori vero cura alterum Volumen, quod duplo auctius in duas Partes distributum prodiit, conscriptum est, Vice-Comitum imprimis & Baronum familias plurimas complexum. Nec supervacaneum in hoc opere laborem navavit Cl. Autor, quippe ea, quæ post Dugdaliæ, Yorckium, Imhoffium successu temporis mutata sunt, eleganter exposuit, additis subinde quibusdam rebus, quæ ad familias nobiliores noscendas majorem lucem accendunt.

THE LIFE OF THE RIGHT HONOURABLE  
and Right Reverend D. HENRY COMPTON  
late Lord Bishop of London.

i. e.

VITA SUMME VENERABILIS D. HENRICI  
COMPTONI, quondam Episcopi Londinensis.

Londini, apud A. Balduinum, 1714, 2.  
Plag. II dimid.

Gg 3

Ex

Pag. 1.

**E**X nobilissima familia Comptoniana a regione *Compton* in Comitatu Warwici ita dicta & olim peculiari nomine *Compton at the Vineyard* condecorata ortus, & anno clō Ioc XXXIII in lucem editus fuit Præful noster. Patrem habuit Guilielmum, decimo sexto anno regni Jacobi I Comitem Northamptoniæ factum, & puer admodum, cum decimum ætatis annum attigisset, eundem amisit. Nihilominus tamen educatione doctrinaque liberaliter institutus in vario studiorum generis tam prosperos progressus fecit, ut non tantum Oxoni in Collegium Reginæ cooptari, sed & ibidem, posteaquam prius in Academia Cantabrigiensi commoratus fuisset, die septimo Aprilis A. clō Ioc LXVI optimarum artium Magister salutari mereretur.

Postea equidem per aliquod temporis spatium equitem signiferum (*Cornet*) sub Præfecto Aubrey Comite Oxoniensi agere cœpit, at paulo post ad literarum studia reversus Ecclesiæ totum se mancipavit, atque Oxonii in templo Christi A. clō Ioc LXX numerum Canonîcorum auxit. Inde ad obeunda munia Rectoris ecclesiæ *Cottenhamensis* in Comitatu Cantabrigiensi evocatus, ac deinceps nosocomio *S. Crucis* haud procul a Wincestria præfectus est. Ulterius autem promotus, & jussu Regis die sexto Decembris A. clō Ioc LXXIV ab Archi-Episcopo Cantuariensi Episcopus Oxoniensis consecratus est, cumque sequenti anno circa initium Octobris ad sedem Londinensem evehctus fuisset, Decanus simul Regii sacelli constitutus ac in Senatum sanctiorem receptus fuit. Principes serenissimas, Mariam & Annam, in Protestantium religione confirmavit, & priorem præsentem Rege cum Principe Araukonensi Guilielmo privatim copulavit, duorumque Episcoporum, Landavensis Guilelmi Beau, & Afaphensis Guilielmi Lloyd consecrationi interfuit. Unionem inter Protestantes ut reduceret, sibi commendatissimam habuit, eoque consilio Clerum suum aliquoties convocavit, & cum eo modo de Sacramentis, modo de precibus idiomate prorsus incognito aut ad Sanctos fundendis adversus dissentientes disputavit, literarumque hac de re commercium eum doctis Belgis & Gallis inire cœpit. Adversariis verò haud destitutus fuit, quandoquidem præcipuum inter illos ex Diocesi sua

Edmun-

2.

3.

4.

5.

6.

9, 10.

11.



Edmundum Hlckeringhil numeravit, qui omnibus modis, publice & privatim, ore ac scriptis, in prosa & versa ipsum persecutus est, quemadmodum ultimi generis exemplum suppeditare possunt sequentes lineæ:

*A Bishop say'st, thou ly'st, him a Cornet call  
Of the Black Regiment who jays us all.*

A. d. c. lxxii Ducis Eboracensis, sub nomine Jacobi II postea satis noti, tertiam filiam Carolinam Mariam, quam ex secunda conjuge susceperat, baptizavit, & sicuti antea Mariam Guilielmo conjunxerat, ita Annam quoque Georgio, Principi Danicæ & Christiani V Regis fratri, matrimonio sociavit, ac utramque, Mariam pariter atque Annam, successive regnantes veneratus est. Defuncto Rege Carolo II, quum Jacobus II regnare coepisset, adversa fata expertus est, & non tantum ex Senatu Sanctiore discedere, sed etiam Decanatu Regii sacelli Episcopo Dunelmensi cedere iussus est, propterea quod cum Romano-Catholicis, quibus novus Rex favebat, conspirare nollet. Jesuitarum auctoritas illo tempore in aula tanta erat, ut pro lubitu omnia peragerent, ac inter alia regium mandatum extorquerent, quo Anglicanæ Ecclesiæ Ministris serio interdictum erat, ne ulla ratione in sermionibus suis pro concione recitandis errores Romanæ Ecclesiæ perstringerent. Sed non multo post Regi & aulæ proceribus nuntiabatur, quod Joannes Sharp, sacrarum Literarum Doctor & Rector Parochialis Ecclesiæ ad *S. Agidum* in Diocesi Londinensi, doctrinam suæ Ecclesiæ a superstitione Papali publice vindicasset. Quamobrem eo adductus est Rex, ut ad Comptonum nostrum literas mitteret, eidemque præciperet, ut Sharpum ab officio concionandi ad tempus suspenderet. Verum huic mandato morem gerere noluit, ne quicquam legibus in Parlamento sancitis, quarum tenorem postmodum communicavit, contrarium admittere, ac verbi divini Ministrum absque prævia citatione & constituto judicio ordinario ab exercitio de rebus sacris differendi excludere videretur; quin ipsi Sharpio literas ad Comitem de Sunderland, qui mandatum subscripserat, perferendas dedit, ac submisisse se excusavit. Ast tantum absuit, ut responsorias acciperet, ut potius coram Ju-

p. 11, 14-

15, 16.

17 sq.

- dicibus cum in finem delegatis aliquoties comparere, rationem-  
que pertinaciz reddere juberetur. Comparuit, & causas ju-  
stissimas allegavit, simulque ad decreta Parliamenti provocavit,  
nihilominus tamen sub pœna remotionis ab Episcopatu ac omni  
Jurisdictionis & functionum Episcopalium exercitio, quamdiu  
Regiz Majestati visum fuerit, suspendi meruit. Interea tem-  
poris cura dioceseos tribus Episcopis, Danelmensi, Rosseoti &  
Petropolitano demandata fuit, ipse vero curiosus rerum botani-  
carum æstimator in horto suo solatium quæsit, plantarumque  
tum domesticarum. tum exoticarum varietatem consideravit,  
donec auctoritate Parliamenti, quod suspensionem ejusmodi  
nullam & illegalem pronuntiaverat, ab aula restitutus fuit.  
Deinceps etiam Guilielmo & Mariz, quum imperio potiren-  
tur, a consiliis sanctioribus esse cœpit, Regemque ac Reginam  
die undecimo Aprilis A. c. l. o. l. c. LXXIX consuetis ceremoniis  
coronavit; & quatuor Episcopos, Gilbertum Burnetum, Salisbu-  
riensem, Eduardum Stillingfleet, Worcesteriensem, Patrickium,  
Cicestriensem, ac Ironsidium, Bristoliensem, solenni ritu conse-  
cravit. Quamvis autem Regi ac Reginz in deliciis fuerit,  
sedemque Archi-Episcopalem Cantuariensem A. c. l. o. l. c. XCI  
vacantem occupandi magno flagraverit desiderio, ei tamen  
Joannes Tillotson, sacelli Regii Clericus & ad S. Pauli Decanus,  
palmam tum præripuit. Quum Anna mortuo Guilielmo III in  
solium evecta esset, non tantum sanctioris Senatus Assessorem  
porro egit, sed etiam Regina jubente res Ecclesiz pruden-  
ter moderari, ac unionem Regnorum, Angliz & Scotiz, promo-  
vere allaboravit. Pastores & Professores in Ecclesia & Acade-  
mia Genevensi de Universitatis Oxoniensis erga eodem favore  
per literas certiores fecit, causamque famigeratissimi Henrici  
Sacheverelli tueri conatus est. Demum lapsu infelici territus arti-  
culorum doloribus laborare cœpit, & postquam sedem Episco-  
palem per quadraginta fere annos ornavisset, anno ætatis octua-  
gesimo primo die septimo Julii A. c. l. o. l. c. XIV placide decessit.  
Autor vitæ dotes & mores ejus persequitur, observatque, quod is  
inde a Mileto, quem primum Angli in sacra sede Londinensi  
collocarunt, nonagesimus secundus Episcopus  
in ordine fuerit.

第 (142) 卷

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quae Lipsiae publicantur.*  
SUPPLEMENTA.

Tom. VI Sect. VI.

---

STEPHANI BALUZII MISCELLANEORUM

*Liber Sextus.*

Parisi. per Bibliopolarum societatem, 1713, 8.

1 Alph. 15 plag.

**I**ntermittam diu editionem Miscellaneorum, quorum Lib. IV in Act. Er. 1684 p. 173 & Lib. V 1701 p. 191 paucis recensuimus, denuo aggressus est Cel. Baluzius, atque monumenta veterum & opuscula nonnulla huc usque inedita ex Archivis, Monasteriorum chartulariis, Bibliotheca Colbertina, schedisq; tam Andreæ Duchesnii, quam propriis collecta, hoc Libro VI in publicum dedit, plura Deo volente propediem daturus. Occurrunt primo loco *S. Hildesonsis Episcopi Toletani Liber Adnotationum de cognitione Baptismi*, & alius *de itinere deserti, quo pergitur post baptismum*. Sequuntur *Capitula Rodulphi, Archi-Episcopi Bituricensis*, cui Narbonensem jure patriarchico haud fuisse subjectum, uti multis falso persuasum est, jam olim probaverat Noster Lib. IV de Marca Hisp. p. 360. Subjungitur *brevis historia liberationis Messinae a Saracenorum Dominatu*, Anfaldi de Pactis, Nicolai Camulix, & Jacobini Saccani consiliis, atque Rogerii II virtute susceptæ, ex cujus privilegio Messanenfibis concessio patet, ipsum non an. 1130, uti opinantur plurimi, sed jam 1129 diademate Regio fuisse ornatum. Huic mox subnectuntur *Sallas Malespina, Civis*

p. 176.

190.

Hb

Roma

- p. 106. *Romani, Libri VI rerum Sicularum ab anno 1250 usque ad annum 1276*, ex quibus videre est, Conradum utriusque Siciliæ Regem, Friderico II Imperatore genitum, instigante fratre Manfredo, a Mediso, tritum adamantem cum pulvere diagyridii in clysteris aqua miscente, necatum esse. Manfredum autem, qui ipsi
202. 227. successit, formæ & scientiæ literarum excellentem, ac bellicæ virtute clarum, hæc dotes crudelitate & libidinis æstu scelerasse, tandemque non a suis, sed a milite quodam Picardo in prælio adversus Carolum Andegavensem fuisse occisum, nec corpus ut nonnulli existimant, insepultum esse projectum, sed in æderuinosa terræ mandatam. Juvenem vero Conradinum sua vindicare cupientem, & infelici pugna pugnata Pisæ navi celeri fuga petentem, a Johanne de Frangipanis spe præmiõrum esse captum, cui Robertus de Lavena vi eundem eripuit, atque Carolo tradidit. Gallos denique æris avidos, gravibus vectigalibus institutis brevi Siculis factos fuisse exosos. Huic Malespinæ, quo Odericum Raynaldum in Annalibus, suppresso licet nomine, usum fuisse apparet, si junges Nicolai Specialis historiarum Sicularum ab anno 1282 usque ad 1327, a Baluzio nostra Appendice Marce Hispanicæ olim editam, ipsius beneficio habebis historiam Siculam per centum ferme annos a cõvisconscriptam. Post *Præfationes Benedicti Episcopi Massiliensis in Commentarium de S. Trinitate, sententiam in Synodo super Decimis, Excerptum ex libro Miraculorum in Diocesi Magalonensi, & Narrationem de castro Saphet*, in Galiliæa inter Accoræ & Damascum a Christianis ad cohibendas Saracenorum populationes extracto, tandemque prodicione Templarii cujusdam Saracenis tradito, atque *Excerptum ex Chronico S. Martini Lemovicensis*, adduntur *Epistola XVI Urbani II Pape*, nunquam antea editæ, quas inter eminet illa, quam de electione sua ad S. Hugonem Abbatem Cluviacensem scripsit; altera de monasterio S. Agidii in Septimania, quæ relecta & confirmata in Concilio Placentino, & firmata subscriptionibus Cardinalium & Episcoporum, qui huic Concilio interfuerunt; dux denique *Epistola*, ab Humbaldo Episcopo Lemovicensi Urbano suppositæ. Multa porro fiuntur, quæ ad Hugonem Episcopum Dicensm;

sem, & Archi-Episcopum Lugdunensem, diu sedis Apostolicæ in Gal-  
 lia legatum, spectant, atque inter ea literæ Hugonis pro mo-  
 nasterio Conchenfi, jamdiu quidem luce publica donatæ, sed  
 a mendis pluribus imunc purgatæ; uti & illæ, quibus Jooni Car-  
 notensi respondet. His junguntur *Epistola Ernaldi Abbatis S.  
 Petri vivi ad Archi-Episcopum Senonensem; Notitia de Ecclesia  
 de Viaucio; duæ Epistola Clementis IV Pape*, quarum altera ad  
 nepotem Raymundum Bononiam accedere cupientem, scripta  
 legi meretur; *Nicolai III Pontificis Epistola de electione Episco-  
 pi Parisiensis; Joannis XXII Pape bulla de privatione Fratris  
 Isnardi, olim Patriarchæ Antiocheni; Accusatio contra Heliam  
 Episcopum Aurelianensem; Litera Joannis Episcopi Lemovicensis  
 & collegarum ejus a sede Apostolica delegatorum in causa electio-  
 nis Episcopi Tolosani; Bulla Innocenti Pape III. de consecratione  
 Fulconis Episcopi Tolosani; Litera Egidii Archi-Episcopi Nar-  
 bonensis de consecratione Petri de Rupeforti Episcopi Carcassonen-  
 sis; varia ad res celeberrimi monasterii Cluniacensis pertinentia;  
 Charta S. Martialis Lemovicensis de electione Abbatis; Narra-  
 tio de Hugone de Bruccia Abbate S. Martialis Lemovicensis; Acta  
 de matrimonio Amadei IV Comitis Sabaudia cum Cecilia filia  
 Barralli de Bauz; Mamerti Claudiani elegantissima epistola ad  
 Sapaudum Rhetorem Viennensem, ejus dictionem summis  
 Oratoribus comparare non veretur Sidonius; *Leonardi Arctini  
 Epistola ad Kyriacum Anconitanum; Epistola tres Nicolai de Cle-  
 mangiis; Formula Veteres; Testamentum Fulcaudi de Rupe  
 Cavardi Archi-Episcopi Bituricensis, Litera Ernaldi Episcopi  
 Cenomanensis de capella Sablobii.* In fine libri posuit Baluzius  
*Observationem in præfationes Benedicti Episcopi Massiliensis utri-  
 tissimam iis, qui historiam Episcoporum Massiliensium tra-  
 ctant.* Cum enim Guesnens aliique duos Benedictos nume-  
 rent, ipsemet unum saltem huic sedi tempore illo præfuisse  
 notat, eumque non anno 1254 defunctum, uti falso tradunt  
 plurimi, sed 1253 adhuc superstitem probat.*

P. 414.

426.

ACTORUM ERUDITORUM  
 CLAVIS UNIVERSALIS, OR A NEVV, INQUI-  
 ry after Truth.

i. e.

NOVA INVESTIGATIO VERITATIS; *QUA*  
*demonstratur non existentia vel impossibilitas mundi*  
*externi; Autore ARTHURO COLLIER, Rectore*  
*Langfordiæ Magnæ prope Sarum.*

Londini, apud Robertum Gosling, 1713, 8.

Plag. 9  $\frac{1}{2}$ .

**N**OVAM Auctor noster sententiam de non existentia mundi externi, quam se per decem annos animo secum agitasse innuit, defensus, terminos ante omnia evoluit, & statum controversiæ format. Per *mundum* intelligit, quicquid corpus, extensionem, spatium, materiam, quantitatem &c. vocamus; per *externum* vero, quicquid absolutum, per se ipsam existens, independens dicimus. Et hoc est, quod generatim de omni materia, corpore, extensione &c. negat. Speciatim vero eo ipso hoc sibi vult, quod omnis materia, corpus, extensio non nisi in mente, vel dependenter a mente, cogitatione, perceptione existat. His declaratis, & simul etiam illis, quæ minus per propositionem illam, quam tueri aggressus est, intelligat, remotis, universam Tractationem in duas partes dividit, quarum *priori* ostendere conatur, quod mundus visibilis non sit externus, *posteriori*, quod mundus externus ens sit plane impossibile. Quantum ad *priorem*, Cap. I primo quidem docet, quod per mundum visibilem intelligat quodvis materiale objectum, quod sit, quod fuerit, vel quod videri possit. Deia cum de illo asserat, quod non sit externum, & prævideat, quod aliqui urgere possint, in quæstionem venire non posse, an mundus visibilis sit externus, an minus; cum res sit per se evidens, quod objectum visibile, qua visibile sit, & videatur, sit etiam & non possit non esse externum, atque adeo distinctio Auctoris nostri inter apparentem & veram externitatem, cujus antea mentionem injecerat, fundamento carere, Sectione *prima* hujus Capituli probare annuitur, quod apparens externitas visibilis  
 objecti

Objecti veræ externitatis ejus nullum argumentum fit. Provocat ergo ad talia objecta, quæ, utut appareant externa, tamen revera non sint, & hæc quidem in possibilis & actualia dispescit. Ad illa refert chimæras, & has inter centaurum, qui licet imaginatione externus menti videatur, tamen non nisi a mente dependeat: vel si quis tempore meridiano lunam plenam magis lucidam sibi imaginetur, quam re vera sit. His vero accenset sonum, odorem, tactum, calorem, dolorem, voluptatem, aliaque ejus generis juxta Cartesianorum placita extra animas, vel facultates illorum, qui percipiant illa, non existentia: lucent quoque & colores, qui licet pariter externi videantur, tamen neutiquam sint. Imo huc trahit etiam, quando vel mente capti & ebrii aliter quædam videant, quam reapse illa sese habent: vel viri spiritum Dei acti multæ se inusitata vidisse memorent, extra mentem illorum nullibi reperta; vel illi, qui digito premant aut distorqueant alterum oculum, duas lunas videant, quarum una non possit esse externa; vel denique objecta in speculo visa, & pariter non externa. His præmissis Sectione *secunda* ad rem ipsam, quæ in quæstionem venit, stabiliendam progreditur, & quod mundus visibilis non sit externus, (1) patere putat ex experimento jam supra adducto, quod nimirum, si oculus digito prematur vel distorqueatur, duo objecta appareant, unde antea concluderat, quod unum tantum illorum possit esse externum. Sed jam arguit, quod neutrum illorum externum sit, cum nullum signum dari possit externitatis unius, quod in altero etiam non occurrat. (2) Argumentatur a luna, quæ in oculis nostris lucida, superficie plana, cornuta, exigua comparet, in cælo autem opaca, rotunda vel sphericæ, globosa vel circularis, & prodigiosæ magnitudinis est, imo quæ diversis temporibus diversimode apparet. Unde sequi putat, quod luna in cælo non sit eadem cum luna a nobis visa; cum res a se invicem diversæ eadem esse non possint: vel quod luna, quam videamus, non sit in cælis, aut perceptivæ facultati nostræ externa. Et sic etiam cum quovis alio objecto rem sese habere optinatur. (3) Cum præsentia objecti necessaria sit ad actum visionis, objectum perceptum, ait, in distantia quadam a nobis nullo

modo externum nobis, vel independens a nobis esse posse, atque adeo unicum sensum, quo objectum aliquod dici possit existere extra nos, esse hunc, quod non videatur vel percipiatur. Jam vero objecta, de quibus hic sermo, haberi pro iis, quæ videantur, & hinc externa nobis non esse. (4) Antiquam & omnibus fere receptam de visione sententiam esse, quod activus, qui dicitur, intellectus certas scalas vel imagines oculum influentes in ideas statim convertat, & inde transmittat in intimum animæ recessum, qui passivus intellectus audiat, illasque percipiat vel videat; & juxta eandem sententiam objectum visum esse scalam illam vel effluvium, atque adeo ad videndum aliquid requiri intimam unionem inter facultatem & objectum. Inde vero rursus patere, quod objectum visum non sit externum, sed intime præsens animæ, vel existens in anima. (5) Nova Philosophorum placita esse, quod videamus divinas ideas, vel, juxta Malebranchium, quod videamus omnia in Deo. In quovis visionis actu distinguere illos inter sensationem & ideam, vel colorem & figuram. Colorem juxta illos non differre ab anima vidente illum, & saltem esse modificationem vel cogitationem amentis. Figuram vero illos vocare partem intelligibilis extensionis, quæ Deum includat, vel contempletur, hoc vel illo modo menti nostræ exhibitum. Hac vero hypothese materiam non esse visibilem, & consequenter visibilem materiam non esse externam. Denique (6) ipsa Aristotelicorum principia huic asserto favere. E. c. quando quærant, an materia existat, an minus? an habeat actum entitativum? an sit tantum potentia pura? quomodo illa cognosci possit? manifestum esse, quod materia, de qua quærant, videri non possit. Si enim videri posset, vel videretur, ejuscemodi quæstionibus nullum locum relinquere. Imo aperte illos docere, quod materia non a nobis, sed a Deo saltem & angelis directe cognosci possit. Unanimem ergo illorum opinionem esse, quod materia externa, ad minimum nobis, sit invisibilis, & consequenter, quod visibilis vel visa materia non sit externa. Capite II Autor respondet tribus objectionibus, quæ sententiæ suæ opponi posse auguratur. Nos saltem, quid ad secundam, quod sensus tactus nos de extraxistentia mundi visibi-



visibilis certos reddat, præcipue reponat, exponemus. Nimirum tantum abesse putat, ut sensus tactus nos de extraxistentia mundi visibilis certos reddat, ut ne quidem de simplici existentia inde persuasi esse possimus. Visibilia enim non esse objectum illius sensus, sed tangibilia, & propositionem: *Possum tangere visibile objectum*, sibi æque absurdam esse, ac illam: *Possum videre sonum buccinae, vel audire colorem iridis*. Quomodo vero tangibilia pro existentia, nedum extraxistentia, objecti visibilis argumentum præbere possint, se minus intelligere fatetur. Parte *posteriori*, ad demonstrandum, quod mundus externus ens sit plane impossibile, novem argumenta totidem capitibus producit. Nos missis duobus prioribus argumentis, quæ modo ante memoratis principiis nituntur, ad reliqua nos convertimus. Itaque Cap. III mundum non posse esse externum inde evincere conatur, quod expansio ejus juxta aliorum hypothesin & finita sit & infinita. Hoc vero ex eo patere putat, quod illi, qui finitam illam esse tueantur, aliorum quod infinita sit, defendentium argumenta, & vice versa, solvere non potuerint. Similiter & Cap. IV a materia, quæ & finite divisibilis sit, argumentatur. Cap. V mundum externum esse non posse ex eo ostendere allaborat, quod impossibile sit, ut in tali mundo sit motus: vel quod probari queat, tam quod possit, quam quod non possit motus esse in illo. Illud patere exinde, quod mundus habeatur pro creatura, atque adeo a Creatore moveri possit; hoc vero, si tanquam externus consideretur, nec solummodo quoad totum ejus, sed etiam quoad varias ejus partes. Quoad totum; infinitum corpus non posse moveri, adeoque nec mundum externum, qui expansione infinitus habeatur. Quoad varias ejus partes; pariter motum in mundo externo locum habere non posse. Nam motum esse translationem corporis ab uno loco ad alium. In tali translatione spatium vel lineam, per quam motum corpus procedat, necessario debere dividi in omnes ipsius partes. Hoc vero infinitum in se complecti, & hoc infinitum esse absurdum, & æque adeo absurdum esse, quod motus sit in mundo externo. Cap. VI contendit, nullam esse hypothesin de visione, quæ

si supponatur mundus externus, in actu exercito non impossibilitatem involvat. Nam (1) partes materiz, quæ in actu visionis procedere credantur ab objectis, & in nervum opticum agere, veluti extensas non posse non esse impenetrabiles, h. e. quamvis illarum possidere debere spatium suum, nec in unum punctum vel locum alterius posse coarctari. Nihilominus possibile esse, ut oculus hominis in uno eademque puncto vastum & infinitum fore objectorum numerum videat. *Necessario ergo* ab unoquoque horum corporum mitti debere lineam vel ductum subtilium partium ad unum illud oculi punctum; quod tamen impossibile sit, si corpora esse impenetrabilia perpendamus. (2) Nullum esse punctum in hoc universo, in quod oculus defixus non possit innumerabilia simul objecta percipere; atque adeo nullum punctum esse in hoc universo, in quo lineæ subtilis materiz ab omnibus istis innumerabilibus objectis non revera tanquam in centro conveniant. Hoc vero rursus plane esse impossibile. VII Hypothesin de mundo externo non posse conciliari cum caractere creaturæ, vel eo stante videri non posse, quomodo creatura ex mente, voluntate & potentia Creatoris possit subsistere. VIII Si sit mundus externus, & hic sit creaturæ, nos credere debere, quod Deus illi ubique præsens insit & adsit; cum omnia præservet, & faciat, quæ in illo fiant. Inde vero sequi, quod mundo externo sit coextensus. Denique Cap. IX in causæ suæ patrocinium allegat Philosophos, quos, quum definiant & describant materiam, nihil plane per illam intelligere contendit. Cap. X rursus ad tres respondet objectiones, quæ sibi opponi posse autumat. Quibus tamen brevitatis causa immorari non possumus. In *Conclusione*, qua de consequentiis & usu hypotheseos suæ Autor quædam subjungit, inter alia etiam religioni illam inservire, & Pontificiorum dogma de Transsubstantiatione in sacra Cæna evertere posse existimat. Nam si materia non sit externa, distinctionem cadere inter substantiam & accidens vel sensibilem corporum speciem, & hanc posteriorem evadere solam materialium objectorum essentiam; atque adeo cum hæc in pane eucharistico remaneat, ut antea, mutationi nullum locum esse, cum rem, quæ mutari credatur, nihil

nihil plane esse ostensum sit. Hæc sunt paradoxa Autoris nostri, quæ procul dubio non majori plausu excipientur, quam illa, quæ in eandem sententiam, aliis tamen argumentis, contrarius ejus, Georgius Berkeley in tribus Dialogis inter Hylam & Philonum pariter Anglice Londini Anno 1713, 8 editis, & in Ephemeridibus Gallicis, vulgo *Journal Litteraire*, T. I p. 147 sqq. recensitis, defendere conatus est.

**RUARDI ANDALA, S. S. THEOL. ET PHIL.**  
*Doctoris & Professoris, b. i. Rectoris Magn. Vindiciæ Veritatis, quam Ecclesie Reformate profuerunt de dependentia actionum a Deo; sive Auctarium Dissertationis III Pentadis Anno 1712 editæ. Adjecta est Disputatio Theologica de libero hominis peccatoris arbitrio.*

Franequeræ, apud Adrian. Heinsium, 1713, 8.

Plag. II.

**V**Ir Cl. Jo. Regius in Academia Franequerana Philosophiæ Professor, animadvertens, hoc tempore eo dirigi multorum Philosophorum, quorundam tectius, quorundam apertius opiniones, ut creaturis omnibus vera agendi adimatur facultas, eaque Deo, re bene expensa, tribuatur in solidum: atque iis ipsis omne regimen Dei morale prorsus evertatur, ad contutandas illas in Dissertatione *de genuina causa secunda nozione, veraque ejus efficacia* ostenderat, creaturas activas totas quantas licet in cunctis, nullo excepto, a Creatore dependentes, vera tamen, & proprie dicta operandi facultate non carere, ut jam in Actis Anno MDCCXIV p. 48 retulimus, vel, ut nunc aliis verbis rem declaremus, creaturas non agere passive, a Deo actas. Hanc ipsam vero sententiam a Cl. Collega ejus, Ruardo Andala, heterodoxiæ nomine, sub censuram revocatam, & a Regio rursus defensam, ille vicissim *Vindiciis*, quas præ manibus habemus, evertere conatur. Totum autem *Annexum* illud Cl. Regii, cujus in Actis l. c. pariter mentionem fecimus, partitum illis insertum, ordine examinandum sibi sumit. Nos, quæ

quæ ad caput controversiæ potissimum spectant, excerpemus. Scripserat Cl. Regius, Deum liberam creaturam ita condidisse, ut ex se agere queat; ubi observat Noster, phrasia *ex se* agere esse ambiguam. Quod causa secunda rationalis *ex se* agat, tanquam ex interno principio, certum esse eo ipso, quo causa dicitur. Adeoque eam semet ipsam determinare, nec a quadam causa externa determinari. Ita libere illam agere. Nec de eo esse controversiam. Sed quod causa secunda actu *ex se* agat, se determinet, & opus inchoet & absolvat, licet Deus præcise tantum vires & facultates agendi conservet, sine ulla ulteriore Dei actione, operatione, influxu, id quam maxime se negare. Actu agere esse plus, quam habere facultatem agendi, actumque facultati superaccedere. Quando ergo causa secunda a Deo habeat facultatem *ex se* tanquam ex interno principio agendi, ipsum actu agere non habere a Deo. Tò actu agere ergo esse a Deo independens, adeoque manifeste actus ita statui a Deo eatenus independentes. Inno hinc etiam Regium male afferuisse, quod conservatione præcise ad earum vires relata, causæ secundæ actiones inchoare, & porro sine ullo alio influxu absolvere possint. Regius phrasin Andalzæ, *ipsius libertatis determinatio a Deo est*, ambiguam vocaverat, seque, si intelligat Andala, Deum ita creasse creaturam liberam, ut se pro conditione objecti oblatis, & ejus relationis, ei convenienter determinet active, concedere dixerat; si vero velit, Deum per novum actum creaturæ liberæ libertatem passive determinare; i. e. ut creaturæ libertas passive se habeat, omnino inficiari. Sed respondet Cl. Andala, quod cum juxta ipsius Regii definitionem libertas sit facultas agendi quod lubet, in verbis suis nulla sit ambiguitas. Se statuere, creaturam liberam ita esse creatam, ut se pro conditione objecti oblatis, & ejus relationis, ei convenienter, vel & millies & millies indifferenter, hoc vel illo vel alio modo, prout lubeat, determinare active. Cumque statuat præcursum, prædeterminationem, concursum, sive operationem Dei Physicam; id est, efficacem, veram & realem, se etiam statuere necesse esse, quod ea determinatio, quæ activa sit, quatenus creatura ipsa se determinet, simul passiva sit, sed di-

verso

verso respectu, quatenus Deus sua operatione eam efficiat & producat. Ex verbis suis, quibus docuerat, Deum efficere posse, ut creatura rationalis sponte sua agat, & cum lubentia, ita ut nullam vim externam se cogentem & determinantem sentiat, male deducere Cl. Regium, ac si flatuat, Deum cogere voluntatem, sive voluntatem esse coactam, porro animadvertit Noster. Ut vero clarius ea de re mentem suam exponat, producit verba quaedam ex Disp. 21 *Summ. Theol. Nat.* in quibus statuit, nobis, dum vim externam sentiamus, invitis aliquid accidere, sicque non adesse libertatem; at, dum Deus efficiat volitionem nostram, nihil nobis invitis accidere. Fieri quidem in nobis determinationem, sed eam fieri per volitionem, quæ nobis non sit externa, sed maxime intrinseca. Ad argumentationem Cl. Regii, qua homines clare & distincte percipere dixerat, quod se ipsos ad agendum determinent, atque adeo, juxta Cartesii placita, Deum fore deceptorem, si ea, quæ clare & distincte de propria determinatione concipiant, vera non essent, responsio Cl. Andalæ eo potissimum redit, quod Regius hanc materiam parum Philosophice & Theologice intelligat, quod modo creaturam in omnibus faciat, quanta quanta sit dependentem, modo independentem in actionis exercitio. Innuerat Cl. Regius, Deum respectu determinationis voluntatis, non tanquam causam Physicam, quæ vera actione voluntatem determinet, sed potius tanquam causam Moralem, quæ aptis & convenientibus objectis & circumstantiis id efficiat, ut voluntas nostra se ultro & sponte juxta ejus propositum inclinet, esse considerandum. Sed Cl. Andala contendit, Deum in determinatione voluntatis esse & causam physicam, & causam moralem. Hinc explicata causa physica & morali, notat, Deum physicam causam esse non tantum in operibus gratiæ, sed & in operibus naturæ. Hinc Essentium Comp. Dogm. Cap. 8 statuere Providentiam realem & moralem, cui respondeat dependentia creaturarum realis, sive physica & moralis. Et ex eo patere, moralem Providentiam non esse separandam a reali sive physica, multo minus statui debere, nullam esse actionem Dei in voluntatem, imo ejus naturæ esse adversam. Docuerat Cl. Regius, se non considerare Deum ceu causam extrinsecus in

P. 42. 43.

42.

44.

46.

50.

creaturas agentem, sed intus, i. e. intime iis præsentem, in illis agentem, sua virtute eas sustentantem, earumque vires perpetuo influxu foventem, atque adeo agere Deum in creaturis activis, ut ipsæ agant. Et hinc falsum esse dixerat, quod creaturam in agendo a Deo independentem statueret. Ubi duo notat Autor noster. Nimirum (1) futilem & ineptam esse, ait, Regii distinctionem inter *ad agere in voluntate*, ut tamen nil recipiat, nec patiatur eo respectu, & inter *ad agere in voluntatem*, quod negaverit. Deum dici operari in rem, quando consideretur initium, & in quod subjectum actio tendat; sed operari in re, quando consideretur effectus in *ad* fieri, ut producat in eo subjecto. (2) Quando Deus in iis agat, & effectus in iis producat, non posse non effectum ibi recipi, adeoque subjectum eum recipiens necessario debere dici *pati*. Hoc tamen contradictorie negare Regium, & negare debere, cum neget causas secundas actas agere. Si vero causæ secundæ non agantur a Deo, nil recipiant a Deo, nil patiantur, & tamen agant, illas in agendo debere esse a Deo independentes. Contradictorium esse negaverat Cl. Regius, statuere, creaturam ipsam agere non præmotam, vel prædeterminatam physice, respectu actionis particularis, a causa prima, & tamen agere dependentem. Ipsam enim agere, quatenus actionem producat viribus propriæ naturæ, a Creatore ad agendum concessis; attamen dependentem agere, quatenus perpetuo Creatoris influxu illæ vires in vigore conserventur. Sed omnino contradictorium esse, existimat Noster, statuere, creaturam ipsam agere non præmotam vel prædeterminatam physice i. e. efficaciter, respectu actionis particularis, a causa prima; & tamen agere dependentem; scilicet, ita ut actus exercitium, sive ipse actus, prorsus & physice sit a Deo, & a Deo effectus. Hoc enim notare vocem *pendere*; non vero qualemcunque dependentiam. Inter absurda, quæ Cl. Autor noster ex Regii sententia summa evidentia deduci posse, opinatur, *primum* est, quod revera Deo ita eripiatur providentia & administratio hujus mundi, potissimum actionum naturalium & liberarum. *Secundum*, quod destruat independentia Dei, & dependentia creaturæ, imo Deum ita occasionem attendere, observare otiosum, & videre, quid creatura;

viri-

p. 51.

53.

54.

64.

65.

viribus tantum a se instructa sit actura. *Tertium*, quod sic prorsus sublatum sit omne fundamentum præscientiæ divinæ. *Quartum*, quod ita simul tollatur prædictio actuum liberorum. Sed vel ex his abunde jam constabit, quænam inter Regium & Andalam sit controversia, & quomodo hic sententiam, plerisque Reformatæ Ecclesiæ doctoribus receptam, contra Adversarium suum defendat. Disputationem ejusdem *de Libero Hominis Peccatoris Arbitrio*, quæ Vindiciis hisce adjecta est, Lectoris diligentæ evolvendam relinquimus. Ut vero alteram partem quoque audiamus, proxime Cl. Regii *Moderamen inculpatæ tutela* nos eadem fide enarraturos esse, pollicemur.

*EXCERPTA E LITERIS JO. CHRIST. BIEL,*  
*Brunsvicensis, de Etymologico Græco inedito, quod*  
*Photio vulgo adscribitur.*

**N**ON erunt forte ingrata, quæ de inedito ac celebri Etymologico illo Græco, Photio hæcenus adscripto, & inter MSSta Gudiana in Bibliotheca Augusta Wolfenbuttelenfi hodie adser-vato, nuperrime observare mihi licuit. Constat illud duobus Voluminibus in forma quarta majore, quam vocant, scriptum in charta crassiori, caractere ob literarum compendia lectu satis difficili, & ad illum propius accedente, quem Cl. Montfaucon Palæogr. Græc. p. 333 inter specimina seculi decimi quarti exhibet. Non aliud habet initium nisi hoc: *Σὺν θεῷ ἀρχὴ τῆς κατὰ σοιχεῖον ἐτυμολογίας. ἀρχὴ τῆ ἀ σοιχεῖς: Ἀβάλα, σχετλιασικὸν ἐπιρῶμα, παρὰ τὸ βάλλω. Καὶ μετὰ τῆ ἐπιρῶτικῆ ἀ ἐπιρῶμα ἀβάλα.* Hic nullum Autoris nomen adscriptum. Unde nescio, quo fundamento illud in Catalogo Bibliothecæ Gudianæ p. 539 Photio tribuatur. In eodem Catalogo l. c. de hoc Codice notatur, quod unicus tantum illi similis innotuerit in Anglia, fueritque penes Thomam Galeum; sed quantum ego videre potui, Anglicanus Codex, in Bibliotheca Bodlejana, quæ Oxoniæ est, hodie occurrens, Nostro plane dissimilis est. Nam & inscriptione differt, & vocibus ipsis. Inscriptio ejus ita sese habet: *φωτίς τῆ ἀγνωτάτῃ πατριάρχῃ κωνσταντινῆ πόλεως λέξεων συναγωγῇ, αἱ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἑήτορσι καὶ λογογράφοις ἀνήκ-*

σιν εἰς χρέαν. Προσπεφώνηται δὲ *Θωμά* προτοσπαθαρίω καὶ ἀρχοντι τῷ Λυκοσομίε οἰκίω μαθητῇ. Unde etiam patet, quod Codex Anglicanus non sit Etymologicum, sed potius Lexicon Rhetoricum, cujusmodi & Harpocratiois hodie extat, & olim plura extiterunt. Vid. Cl. Fabricii Bibl. Græc. IV, 36 p. 523. Idem confirmatur ex inscriptione Prologi eidem Photii Lexico præmissi, quæ hæc est: *Πρόλογος τῷ λεξικῷ, δι' ὧν ῥητόρων τε πόνος καὶ ξυγγραφῶν ἐξωραϊζονται μάλιστα.* Imo multo magis adhuc confirmatur ex ipsis vocibus in hoc Lexico occurrentibus, quarum hæc pauca cum λέξις Harpocratiois ad verbum conveniunt. Et inscriptio ergo, & voces ipsæ Codicis Anglicani declarant, illum esse Rhetoricum. Contra ex Gudiani Codicis tam inscriptione quam vocibus ipsis manifestum, illum esse Etymologicum. Inscriptionem jam supra adduxi. Quantum vero ad voces ipsas, ab initio statim, supra pariter jam adscripto, etymologia adverbii ἀβάλας traditur. Et sic aliæ etiam ad origines suas revocantur, & iisdem sæpissime verbis, quibus in Etymologico Magno, quod dicitur. Et unum ex altero emendari potest. Quam in rem unum vel alterum exemplum in medium profertur.

- Βαβυλων, Ἑβραϊκῆ ἢ λέξις. σύγχυσις ἢ τάρραχος. ἔσι δὲ πόλις Συρίας, (Etym. M. Δοσυρίας) ἢν Σεμίραμις ἐκτίσεν (Etym. M. ἐτείχισε) τῷ περιβοήτῳ τείχει. εἴρηται (Et. M. εἴρηται δὲ) ἀπὸ Βήλας, ὡς αὐτὸς κτίσας (Et. M. ὡς κτίσας αὐτήν) ἀπ' αὐτῆ προσηγόρευσε. Βαλ (Et. M. male καλαί) γὰρ καλεῖται τῇ Σύρον Φωνῇ, ὡς τῇ Ἑλληνίδι Βηλός. (Etym. M. Βῆλ.) δοκεῖ δὲ μοι Βῆλ (Et. M. Βήλων) καὶ ἐν διπλασιασμῷ, βαβήλας (Et. M. βαβηλων) καὶ τροπή τῆ ἢ εἰς ὑ βαβυλων, (Et. M. καὶ βαβυλων κατὰ τροπήν τῆ ἢ εἰς ὑ) ὡς ἀλμυρός, ἀλμυρός, (hæc defunt in Et. M.) καὶ τῆρος τυρός, (Et. M. ὡς τῆρῶ, τῆρός καὶ τυρός) τὸ εἰς Φυλακὴν καὶ τήρησιν γάλα.

Κωμάζεν, τὸ ποδι (Et. M. ποιῶς) δερχέσθαι. ἐξ ἑ καὶ κῶμα εἶδος δερχήσεως. οἱ δὲ μέλας.

Reliqua, quæ ad *Κωμάζεν* adhuc tam in Gudiano Codice quam Etymologico M. referuntur, & verbis quodammodo, & ordine verborum, non sensu a se invicem discrepant. Sic & alias



alias voces habemus, quarum etymologiae in utroque Etymologico non iisdem quidem & totidem verbis, eodem tamen sensu exhibentur, in iisque rursus unum ex altero potest restitui. E. c. in Gudiano Codice legitur: *Αἷμα καὶ λύθρον τὸ αὐτό. παρὰ τὸ αἷμα καὶ σὺνδαμα* (leg. *σύνδαμα*) *τι εἶναι τὸ ὅλον σώματι* ⊙. *Καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· αἷμα γὰρ ἀνδρώπων ποτίσει.* (MS. *vitiole ποτίσεις*.) *περικάρδιον νόημα τὸ ἀνδρώπων λέγει αὐτό.* In Etymologico M. autem ita: *Αἷμα, παρὰ τὸ αἷμα τι εἶναι τὸ σώματι* ⊙. *Ἐμπεδοκλῆς, Αἷμα γὰρ ἀνδρώποισι περικάρδιον νόημα.* Legendum videtur ex Gudiano Codice: *Αἷμα, παρὰ τὸ αἷμα τι εἶναι τὸ σώματι* ⊙. *Ἐμπεδοκλῆς, Αἷμα γὰρ ἀνδρώπων ποτίσει. περικάρδιον νόημα λέγει.* Sunt vero & aliae etymologiae in Etymologico nostro inedito, quae in Magno illo non succurrunt. E. c.

*Ἀλάδαστρον, μῦθε βύγιόν* (leg. *βύκιόν*) *ἐσιν, ὑελῶν, χωρῶν λύθρον μίαν ἦγον ἡμίονον. Καὶ ἄλλως ζέεσθαι μέτρον τὸ ζέεσθαι ἡμισυ· αἰλάδαστρον δὲ λέγεται, διὰ τὸ σὺθρυπλον αἰλί ἀπεικαζόμενον.*

*Διαθήκη.* *διτλῶς ἐμφωνεῖται. ἢ μὲν ἐπὶ θησκόντων διατάξας, καὶ ἐντάλαματι* ⊙ *χαρακτῆρα φέρουσα. βατέρα συνθήκων ἐπὶ ἐπὶ* (hic vel unum ἐπὶ delendum videtur, vel statuumdum, quod prius ex ἐστὶ corruptum fit) *διαλλαγῆ πόλεμιῶν συναμοσία· χῆσα. συντίθεται δὲ ἐκ τῆς δια προθέσεως καὶ τὸ θῆκη, διαθήκη.*

*Ἐμβριμάμεν* ⊙, *ἐπιτιμῶν. δεῖ δὲ γινώσκων, ἀπὸ μεταφορᾶς ἐσιν ἢ λέξις τῶν μαχομένων χαλινῶν τὸ ἵππε δια ἀφανάκτησιν τὸ εἶρεσθαι. κεῖται δὲ ἢ λέξις ἐν τῷ Ἐυριπίδῃ.*

*Λευκᾶς.* *Ῥωμαίων τὸ ὄνομα, ἐχὶ δὲ Ἑλληνικόν. ἄλλοι δὲ λέγουσι, ὅτι ἀπὸ τῶ λευκὸς γέγονε λευκᾶς, καὶ Λευκᾶς.*

*Μεσίτης.* *ὁ μετὰξυ δύο ἄν. καὶ σημαίνει τὸν μεσάζοντα.*

*Μηνίσκος.* *ὁ περιτραχήλιος κόσμημα* ⊙, *ἢ μανιάκις* (i. *μανιάκις*) *παρὰ τὸ κυκλοεῖδῃ εἶναι καὶ περιτίθεσθαι. ἢ μεταφορᾶ ἀπὸ τῆς μῆνης ἦγον τῆς σελήνης. κυκλοεῖδες γὰρ ἐσιν.*

*Σειρομάτης.* *ἐκ τῶ σειρᾶ καὶ τῶ ματίζω. ἐσιν δὲ σκευὸς λογχοεῖδες ἔχον ὄγκινον τινα συνημμένον* (Ita scripti pro ὄγκινά τινα συνηγμένων, quod habet MS. tum, ex Glosf. MSS. in Job. apud Cangium in Glossar. Gr. p. 144, ubi vicissim pro λογχοεῖδες ex nostro Codice rescribendum λογχοεῖδες.) *αὐτῶ. eis τὸ ἐρευνᾶν δι' αὐτῶ τὰς πάρας τῶν φορτίων τῶν ἐμπόρων. τὸ γινῶσθαι τινα ἐστὶ τὰ ἐναποκεί-*

*μετα-*

μενα τοῖς Φορτίοις. ἔνθεν γὰρ καὶ σειρομάτης ὠνόμασαι, ἐκ τῆ τῶ  
Φορτία, ὡς εἴρηται, τῶν ἐμπόρων μασιζεν δι' αὐτῆ, τέλεισιν ἐρευνᾶν.

Στηλιτεύσας, δημοσιεύσας, παραδειγματίσας. ὡς ἐπὶ σήλων  
τὰ δημόσια προτιθέμεν Θ.

Ἵψισάρι Θ. αἵρεσις αὐτῆ. ἄνθρωποι γὰρ τινες αἵρετικοὶ ἔτε  
πατέρα ἔτε υἱὸν ὁμολογῆντες, εἰ μὴ μόνον Ἵψισον.

Χίδαρα, σάχυες ἀπαλῆ σίτα. ὁ νέος καρπός. ἢ ἄλευρον τὸ ἐξ  
ἀπαλῶν κριθῶν Φρικτῶν γενόμενον, χίδαρα ὄντα τινά. καὶ χίδαρα  
τὰ τῆ χειρὶ ἀνασπώμενα.

Sed vel ex his satis apparet, Gudianum Codicem esse Etymo-  
logicum, atque adeo Rhetorico Photii Lexico plane dissimilem.  
Hinc frustra etiam in illo quæsi, quæ ex hoc speciminis loco  
laudatus supra Galeus ad ill. Gudium quondam misit, & nunc in  
fine Codicis Gudiani inserta leguntur; quæque contra maxi-  
mam partem vel in Harpocrate vel in Suida inveni. Frustra  
etiam in eodem quæsi, quæ magnus ille Angliæ Criticus, Rich.  
Bentley in eruditissima ad Jo. Millium Epistola plus vice sim-  
plici ex Photii Lexico protulit. Vicissim credo, quæ in Etymo-  
logico Gudiano reperiuntur, illos, quibus vel ad Photii Lexicon  
Bodlejanum, vel apographum ejus tam in Anglia apud eruditos  
quosdam, quam in Germania apud Clarissimum in Academia  
Vitembergensi Professore, Jo. Guilielmum Bergerum, & alios  
forsitan, occurrens aditus patuerit, frustra in hoc quæsituros es-  
se. Et non solum si etymologias spectemus, quarum antea de-  
di specimina, sed alias etiam glossas, quibus voces vel nude ex-  
ponuntur, vel differentia aliarum vocum ab aliis, quæ eandem  
cum illis notionem habere videntur, docetur, pariter in Etymo-  
logo nostro obvias. Ad priorem classem e. e. sequentes perti-  
nent :

Βαάλ, ἐστὶ ΒεελΦεγώρ.

Γομὸρ τὸ μέγα, μέτρον θεκέλ ( apud Epiphanium de Mens. p.  
177, ex quo hæc verbis paululum mutatis desumpta, rectius legi-  
tur λεθέκ) λεγόμενον, ὡς ἐν τῷ Προφήτῃ Ὡση· ἐμιθωσάμην ἐμαυ-  
τῷ θεκέλ (Eriph. λεθέκ) κριθῶν. ἐν ἄλλοις δὲ ἀντιγράφοις λέγεται  
γομὸρ κριθῶν. τὸ ἐν αὐτῷ ἰσμοδίεσ δηλοῖ. Θεκέλ (Ερ. λεθέκ)

δδ

ἢ Ἐβραίοις εἴρηται, ὃ ἐστὶ ἔπαρμα (MS. male ἔσπαρμα) ἀπὸ τῆς δύ-  
ναδαι νεανίαν ἐπάραντα (MS. ἐτάραντα) τὸν γομὸρ ἢ μοδίον τῆς  
σῖτος, ἢ κριθῆ τῶ ὄνω ἐπιτιθέναι. Ἐστὶ δὲ καὶ μικρὸν γομὸρ ἰβ.  
(Eriph. δώδεκα βάρη, pro quo Vir doctus in margine legit δώδε-  
κα βάρη) ζέζων δὲ κ.

Εὐδοκία, συνήθεια, βέλγησις, ἢ βάλημα. γνώμη. περαιρέσις.  
ἐπιθυμία.

Ἡδονή, ἰμάτια Θερακικά.

Θεκέλ (vid. modo ante in Γομὸρ.) ἢ κριθῆ μοδίον ἢ, ὃ καλεῖται

ἔπαρμα.

Καλιόπληξις ἐστὶ φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας.

Κυκεῶν, κυκεῶνος, τὸ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων, καὶ  
ἕδατος, καὶ πυρῆ ἀναμειγμένον.

Περίψημα, καὶ πάτημα, ὑπὸ τῆς ἰχθυῖ τῶν ποδῶν.

Πληροφορία. ἀπαλλαγὴ ἀμφιβολίας.

Σαβιδά, τὸ το Συριακῶν ἐστὶν ὄνομα, ὃ ἐρμηνεύεται ληνιαῖον (ita  
ex Eriphan. de Menf. p. 182. MS ληνιαῖον) ἀντλημα. παρὰ  
Ἰσκαλονίτη. (Eriph. male παρὰ Ἰσκαλονίταις, nam intelligi-  
tur Ptolemaeus Ascalonita) ἐστὶ δὲ ζέζων ἰβ. καὶ τι ἀρεσίσι καὶ  
παρ' ἄλλοις ἢ. τὸ δὲ ἐν δ.

Σκιαδίον, τὸ καμιλαύκιον.

Τάλαντον. τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σαθμιζόμενον (Eriphan. de  
Menf. p. 183 σαθμιζόμενον) μέτρον. καὶ δὲ τὸν λιτισμὸν (λί-  
τρισμα, ut & apud Eriphan. pro ληρισμὸν) ἔχει λιτρῶν ὑπάρ-  
χει. Ἰβ δὲ τάλαντος τὸ ἑκατοσὸν εἰκοσὸν ἔ, λίτρα μία. ἢ δὲ μία λί-  
τρα ἰβ ὀγκιῶν ὑπῆρχεν, ἢ δὲ ὀγκία εἶχε σατηρας δύο ὃ δὲ σατήρ  
ἡμισυ μὲν ἐστὶν ὀγκίας. ἔχει δὲ δύο δίδραγμα (ita ex Eriphan. pro  
δίδαγμα, quod est in MS. Vicissim Eriphanus hunc corrigendus,  
& pro ἔχων, δὲ δίδραγμα legend. ἔχει δὲ δύο δίδραγμα) Τάλαντον  
σημαίνει δ. τὸ ζύγιον. τὸν σαθμῶν. τὸ βάρη, καὶ τὸ χάρισμα.

Φανόλης, ὃ ἀγογι ἀπατηλός. Ψῆφος.

Ad posteriorum illarum:

Ἄλιπασον (leg. Ἀλίπασον) καὶ ἀλίπαρτον διαφέρει. τὸ μὲν  
παρ' ἀλί πεπασμένον κρέας, ἢ ἰχθύων ἔλεγον ἀλίπασον. (MS. gur-  
mas male ἀλίπασον) Ἄλιπαρτον δὲ, τὴν ἀλί κατασπαρμένην  
κκ κρέαν.

χώραν. τῶν γὰρ ἀρχαίων τινῶν βραβείων δυσμενῶν, διακεκμημένων  
πρὸς τὰς Ἑλληνας, τὰς χώρας αὐτῶν ἀλλ' κατέσπειρον, εἰς τὸ μηκέ-  
τι δύνασθαι φέρειν καρπὸς. ὅθεν καὶ ὀβίος (forte ὀβίος) τὸς ἠμισ-  
μένους δευῶς, καὶ δυσδραπέυτως ἔχοντας τὰ σώματα, ἀλίσπαρ-  
τον καλεῖ.

Ἀνάθημα ἀναθέματα ὁ διαφέρεται. ἀνάθημα μὲν γὰρ εἰς τὸ  
διὰ τῆς ἡ γραφόμενον, τὸ ἀνιερέμενόν τε καὶ ἀνατιθέμενον ἐξ ἄτης  
τόπων· ἀνάθημα δὲ διὰ τῆς ἐκφωνέμενον, τὸ ὕβρεως ἐχρόμενόν καὶ  
ἀναθεματισμῶς.

Ἀποδημία ἐπιδημίας διαφέρεται· ἀποδημία γὰρ εἰς ἡ ἀφ' ἐπὶ-  
ρεῖφ' ἕτερον ἔξοδος ὁ. ἐπιδημία δὲ ἡ εἰς αὐτὸν τόπον ἐπάνοδος τε  
καὶ ὑποτροφή, (MS. ὑποτροφῆς) ἡ ἐξήλθε τις.

Γνώσις σοφίας διαφέρεται· γνώσις μὲν εἰς τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα.  
σοφία δὲ καὶ τὸ τὰ ὄντα γινώσκειν, καὶ τὸ τὴν τῶν ἀντιπρίπτοντων  
λύσιν ἐπίστασθαι.

Ἐιδωλὸν καὶ ὁμοίωμα διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ εἰδωλὸν εἰδημῶν  
ἄσαστιν ἔχει· τὸ δὲ ὁμοίωμα τινῶν εἰς ἡδύμα καὶ ἀπεικασμα.  
ἐπεὶ δὲ Ἑλληνας ἀναπλάττει τὰς ἐχ' ὑφ' ἑσῶσας μορφάς, σοφίγας,  
τριτάνας, κενταύρους· εἰδωλὰ λέγουσι τὰ τῶν ἐχ' ὑφ' ἑσῶτων μιμή-  
ματα· ὁμοιώματα δὲ τὰ τῶν ὑφ' ἑσῶτων εἰκασματα. ὅσον ἡλῆς, σε-  
λήνης, ἀστρων, ἀνθρώπων, θηρίων, ἐρπετῶν.

Ἐσία καὶ ἐσχάρα καὶ μέγαρον διαφέρουσι. ἐσία μὲν γὰρ σημαίνει  
τὸν οἶκον· ἐσχάρα δὲ ἡ προσκυλικὴ χύστις ἐπιγενομένη. ἦγεν ἀντι-  
βωμῆ κέεται· μέγαρον δὲ ἡ περιοκοδομημένη.

Θάρα ὁ καὶ θράσος ὁ διαφέρει· αἰς ἀρετὴ κακία. τὸ μὲν ἐπὶ  
ἀρετῆς τάσσεται· τὸ δὲ ἐπὶ κακίας· ὅθεν οἱ παλαιοὶ ὠρίσαν-  
το ἔτος. Θάρα ὁ ἐπὶ ψυχῆς παράσημα μετὰ λογισμῶ. θράσος  
δὲ ἡ ἀλογιστία· ὅθεν Εὐριπίδης ἀμαρτάνει λέγων. οὐ θράσος ὁ.  
ἔστιν, εἰδὲ τόλμη, κακῶς, Φίλης θράσαντας ἐναντίας βλέπων.

Κτίσις κτίσματος ὁ διαφέρεται. κτίσις μὲν γὰρ κυρίως καλεῖται  
ἡ σύστασις τῶ πάντος· κτίσμα δὲ τὸ ὑφ' ἐκάστῃ ἀνδρὸς δυνάμενον  
οἰκονομεῖσθαι.

Λάρυγγος φάρυγγος ὁ διαφέρεται· λάρυγγος μὲν γὰρ εἰς, δι' ἧ λα-  
λέμεν· φάρυγγος δὲ, δι' ἧ εἰσθίομεν. ἐπεὶ δὲ δύο πέροι εἰσι τῶ λαμῶ.

Μόνος ὁ καὶ μόνος ὁ διαφέρει· μόνος ὁ μὲν ἐρηται ἀπὸ μόν-  
ος τῶ θεῶ εὐχεσθαι· ἡ παρὰ τὸ μόνος ἄχι ἔχειν· μόνος ὁ δὲ  
ἄπλως ὁ μεμονωμένος ὁ.

Μάλαψ.

Μάλαφ σίγμαλⓈ διαφέρεται. μάλαψ μὲν, ἢ ἐκ πολέμου γι-  
νομένη πληγή. σίγμα δὲ ἢ ἀπὸ δαρμῆ πληξίς. καὶ σημέωσις.

ὄραⓈ βενθ διαφέρεται. ἔραⓈ μὲν ὁ πετρῶδης καὶ ὑλαῶδης τό-  
πος. βενθὸς δὲ ὁ καθαρός τόπος ἐκχώματⓈ ὑψηλῆ.

ΣτέφανⓈ βραβεῖς διαφέρεται. στέφανⓈ γυναικίος κόσμος  
ἐπιτῆς κεφαλῆς. βραβεῖον δὲ ἐπινίκιος ἀμοιβή.

Has eo libentius præ ceteris ejuscemodi glossis pariter in Ety-  
mologo nostro inedito extantibus adscripsi, quod neque in Am-  
monio, neque Ptolemyo Afcalonita, qui peculiaries περι διαφο-  
ρᾶς λέξεων libellos scripserunt, reperiantur, vel si ἀλίπασον Γου-  
ίρpicianus, de hoc paulo aliter apud Ammonium sese verba ha-  
beant. Obiter autem inde notare liceat Eustathium, qui non  
solum carnem & pilcem, sed locum etiam ἀλίπασον dictum do-  
cet. Verba ejus ad Od. ῥ. p. 642 hæc sunt: Νῦν δὲ μνηστῆρον καὶ  
ἴτι καθὰ κρέας ἀλίπασον καὶ ἰχθῦς, ἔτω καὶ χωρίον ἀλίπασον  
ἀντὸ μόντοι ἐξ ἐπιβουλῆς ποτε πρὸς τὸ μὴ Φύειν καρπῶν. Imo  
& ex ritu illo, quo in statu belli regiones, ad sterilitatem illis in-  
ducendam, sale olim conterere solebant, cujus Etymologus no-  
stet & Ammonius in Ἀλίπασον, & Eustathius in verbis modo  
adductis mentionem faciunt, illustrare locum Jud. IX, 45, ubi in  
ruinis Sichemitarum urbis, ab Abimelecho evastata, sal femina-  
tus memoratur. Conf. & Joseph. Antiqu. V, 9 p. 157. Similis  
quodammodo & apud Cyprios consuetudo invaluit, qui cum  
diris devovere loca quædam vellent, hordeum cum sale in illis  
feminarunt. Hesychius: Ἀρῶς ἐπισπείρω. ἐθⓈ Κυπρίων  
σπειρόντων κριθῶς μεθ' ἄλως καθαράδαι τισιν. Sed revertor ad  
Etymologicum Gudianum, cujus & voces Græco-barbaras ali-  
quam in Lexico Photii non deprehensurum esse, opinor. Ex-  
tantiores illarum sunt:

Δαφένωρ, ὁ ἐκδικⓈ.

Ἐκκεβίτωρες, τῶν παρεζῶδων τῆ παλατιῆς ὑπάρχοντες Φύ-  
λακες.

ἸλῆσριⓈ. ἐνδοξⓈ. εὐγενής. (MS. εὐγενές.) ἐντημⓈ.

ἸνδικⓈ. ἢ κατὰ δεκαπέντε ἔνιαυτὸς ἀρχομένη.

Κασρέσιον. πεκέλιον ιδιόκτητον, ἐξ ἑ καὶ κάσρον.

Κυράτωρ, Φύλαξ. ἐκ τῆ κῆρα.

χώραν. τῶν γὰρ ἀρχαίων τινῶν βραβείων δυσμενῶν, διακειμένων  
πρὸς τὴν Ἑλλάδα, τὰς χώρας αὐτῶν ἀλλ' κατέσπερον, εἰς τὸ μηκέ-  
τι δύνασθαι φέρει καρπὸς. ὄφειλε καὶ ὁ βίος (forte ὁ βίος) τῆς ἡμισ-  
μένης δευτέρας, καὶ δυσδραπέυτως ἔχοντας τὰ σώματα, ἀλίπαρ-  
τον καλεῖ.

Ἀνάθημα ἀναθέματα Ⓞ διαφέρεται. ἀνάθημα μὲν γὰρ εἰς τὸ  
διὰ τῆς ἡ γραφόμενον, τὸ ἀνιερέμενον τε καὶ ἀνατιθέμενον ἱερῶν τε  
τόπῳ· ἀνάθημα δὲ διὰ τῆς ἐκφωανόμενον, τὸ ὑβρεως ἐχόμενον καὶ  
ἀναθηματιμῆ.

Ἀποδημία ἐπιδημίας διαφέρεται. ἀποδημία γὰρ εἰς ἡ ἀφ' ἐπι-  
ρεβῆ ἕτερον ἐξοδ Ⓞ. ἐπιδημία δὲ ἡ εἰς αὐτὸν τόπον ἐπάνοδος τε  
καὶ ὑποσροφή, (MS. ὑποσροφῆς) ἡ ἐξήλθε τίς.

Γνώσις σοφίας διαφέρεται. γνώσις μὲν εἰς τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα·  
σοφία δὲ καὶ τὸ τὰ ὄντα γινώσκειν, καὶ τὸ τῆν τῶν ἀντιπιπλόντων  
λύσιν ἐπίστανται.

Εἰδῶλον καὶ ὁμοίωμα διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ εἰδῶλον ὑδμίαν  
ἕξαστη ἔχει. τὸ δὲ ὁμοίωμα τινῶν εἰς ἡδῶλον καὶ ἀπέκασμα.  
ἐπεὶ δὲ Ἑλλήνες ἀναπλατίζουσι τὰς ἐχ' ὑφ' ἐξῶστας μορφάς, σφίγλας,  
τριπῶνας, κενταύρους. εἰδῶλα λέγουσι τὰ τῶν ἐχ' ὑφ' ἐξῶσταν μιμή-  
ματα· ὁμοιώματα δὲ τὰ τῶν ὑφ' ἐξῶστων εἰκασματα. ὡς ἡλῖς, σε-  
λήνης, ἀστῶν, ἀνθρώπων, θηρίων, ἐρπετῶν.

Ἐσία καὶ ἐσχάρα καὶ μέγαρον διαφέρουσι. ἔσια μὲν γὰρ σημαίνει  
τὸν οἶκον. ἐσχάρα δὲ ἡ προσβιωτική χυσις ἐπιγενομένη. ἦγεν ἀντι-  
βωμῆ κέεται· μέγαρον δὲ ἡ περιοκοδομημένη.

Θάρα Ⓞ καὶ θράσ Ⓞ διαφέρει· ὡς ἀρετὴ κακία. τὸ μὲν ἐπὶ  
ἀρετῆς τάσεται· τὸ δὲ ἐπὶ κακίας· ὄφειλε οἱ παλαιοὶ ὠρίσαν-  
το ἔτως. θάρα Ⓞ εἰς ψυχῆς παράστημα μετὰ λογισμῶ. θράσος  
δὲ ἡ ἀλογισία. ὄφειλε Ευριπίδης ἀμαρτάνει λέγων. οὐ θράσ Ⓞ. τὸ  
δ' εἰς, εἰς τὸ λμῆ, κακῶς, φίλος θράσωνος ἐναντίας βλέπων.

Κτίσις κτίσματος Ⓞ διαφέρεται. κτίσις μὲν γὰρ κυρίως καλεῖται  
ἡ σύστασις τῆς πάντος· κτίσμα δὲ τὸ ὑφ' ἐκάστου ἀνδρὸς δυνάμενον  
οἰκονομεῖσθαι.

Λάρυγξ φάρυγξ Ⓞ διαφέρεται. λάρυγξ μὲν γὰρ εἰς, δι' ἡ λα-  
λέμεν· φάρυγξ δὲ, δι' ἡ ἐσθίμεν. ἐπεὶ δὲ δύο πρόροι εἰσι τῆ λαμῆ.

Μόν Ⓞ καὶ μόνος Ⓞ διαφέρει. μόνος Ⓞ μὲν εἰρηται ἀπὸ μόν-  
νός τῶ ὁ εὐχεσθαι. ἡ παρὰ τὸ μόν Ⓞ ἄχῃ ἔχειν. μόν Ⓞ δὲ  
ἀπλωῶς ὁ μεμονωμέν Ⓞ.

Μαλακί.

Μάλαφ σίγμαλⓈ διαφέρεται. μάλαψ μὲν, ἢ ἐκ πολέμου γινομένη πληγή. σίγμα δὲ ἢ ἀπὸ δαρμῆ πλῆξις. καὶ σημέωσις.

ΘραⓈ βενθ διαφέρεται. θρⓈ μὲν ὁ περὶ ῥόδου καὶ ἰλαδου τόπος. βενθ δὲ ἡ καθαρὸς τόπος ἐκχώματⓈ ὑψηλῆ.

ΣτέφανⓈ βραβεύς διαφέρεται. στέφανⓈ γυναικίος κόσμος ἐπιτήης καφαλῆς. βραβεῖον δὲ ἐπινίκιος ἀμοιβή.

Has eo libentius prae ceteris ejuscemodi glossis pariter in Etymologo nostro inedito extantibus adscripti, quod neque in Ammonio, neque Ptolemaeo Aescalonita, qui peculiare περί διαφορῶς λέξεων libellos scripserunt, reperiantur, vel si ἀλίπασον γωίπιςimus, de hoc paulo aliter apud Ammonium sese verba habeant. Obiter autem inde notare liceat Eustathium, qui non solum carnem & piscem, sed locum etiam ἀλίπασον dictum docet. Verba ejus ad Od. ῥ. p. 642 haec sunt: Νῦν δὲ μνηστῆρα καὶ οὐτι καθὰ κρέας ἀλίπασον καὶ ἰχθῦς, ἔτω καὶ χωρίον ἀλίπασον ἀντὸ μίντοι ἐξ ἐπιβουλῆς ποτὲ πρὸς τὸ μὴ φῦεν καρπῶν. Imo & ex ritu illo, quo in statu belli regiones, ad sterilitatem illis inducendam, sale olim contereere solebant, cujus Etymologus nosser & Ammonius in Ἀλίπασον, & Eustathius in verbis modo adductis mentionem faciunt, illustrare locum Jud. IX; 45, ubi in ruinis Sichemitarum urbis, ab Abimelecho evastata, sal feminatus memoratur. Conf. & Joseph. Antiqu. V, 9 p. 157. Similis quodammodo & apud Cyprios consuetudo invaluit, qui cum diris devovere loca quaedam vellent, hordeum cum sale in illis seminarunt. Hesychius: Ἀράς ἐπισπείρω. ἐθⓈ Κυπρίων σπειρόντων κρεῖας μεθ' ἀλὸς καθαρῶδαι τισιν. Sed revertor ad Etymologicum Gudianum, cujus & voces Graeco-barbaras aliquem in Lexico Photii non deprehensurum esse, opinor. Extantiores illarum sunt:

Διφένσωρ, ὁ ἔκδικⓈ.

Ἐκκεβίτωρες, τῶν παρεξόδιον τῆ παλατιῆ ὑπάρχοντες φύλακες.

ἸλάςριⓈ. ἔνδοξⓈ. εὐμενῆς. (MS. εὐγενές.) ἔντημⓈ.

ἸνδικⓈ. ἢ κατὰ δεκαπέντε ἔνιαυτὸς ἀρχομένη.

Καζρόσιον. πεντάλιον ἰδιοκτητον, ἐξ ἑ καὶ κάσρον.

Κυράτωρ, Φύλαξ. ἐκ τῆ κῆρα.

Κεράτωρ δὲ ἐστὶν ὁ ἐπίπληρ. καὶ διοικητὴς τῶν τῷ παπικῶν πραγμάτων.

Κωδικεῖλλον. ἐκ τῆ κώδιον, τὸ δέρμα, γίνεται κωδικεῖλλον.

Λεγάτον, πεκέλιον. ἐκ τῆ λεγάρον ἤγεν δεσμεύσαι. διὰ γὰρ σέτε ἰκανὰ δαλέυες ὀληθόμενον.

Λογίβαρδος. ἀπὸ λόγισ κατὰ ῥωμαίους. ὁ σημαίνει τὸ μακρὸν, καὶ τὸ βάρβα, τὸ γένεον. ἐξ ἧ καὶ βαρβάτ. ἐκ τῆ περὶ πεταλογογίβαρδ. ὁ μακρὸν ἔχων γένεον.

Μάγιστρος. ὁ Φφίμων ὄνομα, ἐδὲν ἤτιον ἠγόμενον τῶν αὐλικῶν πεταλόγων διὰ σημασίας.

Πριβάτα, τὰ τῆ βασιλεία (MS. βατία) ἰδιαζόντων (Gloss. Basilic. apud Cangium in Glossar. Gr. τὰ τῶ βασιλεῖ ἰδίως (leg. ἰδίω.) διαφέροντα. ἀλλὰ δὲ ἐστὶ τὰ δημόσια (MS. δημοσία) ὅσα τελεῖ ὑπὸ τὸν Κόμητα τῶν Λαργιτιόνων, ταῖς δημοσίαις ὑπερμένωσαι χρεῖσαι. Λαργιτιόνες δὲ εἰσι δύο, τὰ σάρκα καὶ τὰ πριβάτα. δύο γὰρ εἰσι βασιλικοὶ Φησαυροὶ, οἷον ἰδιαζόντες τῶν βασιλέων. (Gloss. cit. οἱ ἰδιαζόντες ταῖς βασιλείαις) οἷον ὁ τῶν Λαργιτιόνων, καὶ ὁ δημόσι. ὁ τῆ Φίσκε.

Σεράτωρ, ἀξιώματι (MS. ἀξιώματι) ἐν ῥώμη μέγιστον.

Sed jam satis me probasse puto, Etymologicum Gudianum a Lexico Photii toto caelo discrepare. Magis autem illud simile videtur illi Etymologico, quod in Bibliotheca Ultrajectina inter MSSa locum habet. Certe enim, quæ in figne Belgii sui decus, Hadr. Relandus Diff. Misc. P. II p. 135, 188, 229, 250 inde adduxit, in nostro etiam sunt obvia, & lectione saltem variant. E. e. Ἀργάθη. (Ultr. Et. male Ἀργάθη) τῆτο τὸ μέτρον παρ' Ἀγγοπτιοῖς (Ultr. male ἔγυπτίω) ἐκλήθη. Ἐστὶ δὲ ξεσῶν (Ultr. male ξεσῶν) ὅβ. ἐκ πολλῶν δὲ ἀκρεβείας (Ultr. ἐκ πολλῆς ἀκρεβείας) τῆτο ἔται (ita & Ultr. sed Cl. Relandus mavult ἔταις, quod tamen non opus.) συνήχθη. ὁ γὰρ καὶ β. (Ultr. ἐβδομήκοντα γὰρ καὶ δύο) ἄνδρες τότε τὸν πύργον ἀποδόμησαν, καὶ τὴν βασιλιῶνα, ὅτε εἰς π. γλώσσας ἢ μία συνήλθεν. (Ultr. male, ὅτι ὀγδοήκοντα γλώσσας ἢ μία συνήλθεν) ὅθεν καὶ μέσσοις ἐκλήθησαν διὰ τὴν μεμερισμένην Φωνήν. (Ultr. ἐκλήθησαν τῶν . . . σπῶν.) Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ μετρήτης. (Ultr. male μετρήτης). Τὸ δὲ γομῶρ, δεκατὸν ἐστὶ τῆ με-

γῶλας



γάλας μέτρας τῆς ἀετάρθης. Τεταρτὴ (Ultr. rectius τῆς ἐς) ἑξῶν πέντε. Defuncta hæc esse ex Epiphanio, laudatus Relandus jam observavit, & ex illo quoque variantes lectiones annotavit. Cæterum Etymologico Gudiano in fine subjuncta est syntaxis quædam ordine Alphabetico conscripta, cujus in methodus manifesta ex initio, quod ita sese habet:

Ἀρχὴ τῆς κατὰ σοφῶν συντάξεως.  
 Ἀγορανομῶ, γενικῇ. Ἀρχίσειω.  
 Ἀρχαμοι, αἰτιατικῇ καὶ γενικῇ. τῆ φίλος ἀγαμοι.

**SPECIMEN RESPONSIONUM AD SELE-**  
*cta quedam in libros de Jure Civitatis Scholia Viri*  
*Clarissimi, CHRISTIANI THOMASII; Autore*  
**ZACHARIA HUBERO.**

Franequeræ, apud Henr. Pöllium, 1713, 4.

Plag. 6  $\frac{1}{2}$ .

**C**UM ad Ulrici Huberi libros de Jure Civitatis scholia quædam addiderit Ill. Thomasius, ad ea nunc Specimen dedit responsonum filius, Zacharias Huberus, in Academia Franequerana Antecessor celeberrimus. Selegit autem potissimum ea, quæ argumenta paulo illustriora Libro Primo & Tertio tractata atque ad merum Jus publicum spectantia concernunt, & quidem ita, ut poneret primo verba positionum, [hisce] subjungeret Scholia Thomasiana, quibus denique suas superaddidit responsones. Nos in præsentis speciminis loco quædam delibabimus. Sic enim in Scholio ad Sect. 7 c. 1 n. 16. Illustri Thomasius magis amor Patriæ quam amor veritatis tribuendum putaverat, quod ibi forma Reipublicæ, qualis apud Belgas est, præ reliquis laudetur; certe felicitatem formæ in Rebus publicis Belgicis non esse expertos Barnefeldios, Grotios, Wittios. Ad hæc vero responsetur, exempla Wittiorum, Grotii, Barnefeldii nihil hæc facere, siquidem quantum ad Fratres Wittios attinet, hos perisse probat eo tempore, quo turbata erat tota Respublica & procax licentia miscebat civitates Belgicas, sublato penitus parendi imperio.

p. 31.

47.

perandique ordine. Quod ad Grotium & Barnesfeldium, hos sententia lata a Judicibus delegatis fuisse damnatos; an merito, id in medio esse relinquendum. Illud ceteroquin affirmari posse, quod talis Reipublicæ status satis aptus sit tuendæ salutis Civium & a Tyrannidis periculo admodum remotus. Afferit porro Scholion ad Sect. 9 c. 8 n. 20, nimis angustis & mere speculativis limitibus circumscribi Tyrannum exercitio talem; neque jus esse uni vel paucis subditorum, ut injurias toti populo illatas vindicent. Ad hæc vero reponitur, definitionem pertinere ad Senatum & Primores Regni, queis competant legum vindicæ, ad quorum monita, si Rex legibus fundamentalibus adstrictus haud corrigatur, imperium ipsi contra tyranno esse abrogandum; quod tamen jus metiendum sit ex multis & indubitatis factis, quæ veram tyrannidem arguunt, ne Princeps alias innoxius plectatur. Ad Sect. 4 c. 1 n. 44 negatur, quod, si Princeps diversæ Civitatis veniam dederit homicidii aliufve delicti in suo imperio admitti, homicida sine metu apud nos versari possit. At enim vero contrarium adstruitur in data responsione; cum enim Rectores populorum more communi gentium soliti sint effectum tribuere rebus judicatis, atque negotiis alibi recte riteque gestis, rationis esse, eadem efficacia vim suam ubique obtinere veniam criminis solemniter datam ab eo qui majestatem habet in loco delicti perpetrati, neque reo detrahendum jus inde quæsitum prætextu pœnæ domi infligendæ ipsi. Præsertim, quia crimina in alio territorio perpetrata, non sint punienda in alia Republica, cujus statum haudquaquam læsit reus delicti. Reliqua in præsentî attingere brevîtatis studio non licet.

JACOBI VERCELLONI, PEDEMONTANI,  
 Phil. & Med. D. de Glandulis Oesophagi conglomeratis, Humore vero digestivo & Vermibus, Dissertatio  
 Anatomico-Medica prima.

Astæ, apud Jo. Baptistam de Zungrandis, 1711, 4.

Alph. 1 plag. 14.

Nobi.

**N**obilissimus Autor chylicationis negotium in corpore humano dilucidaturus primum glandulas œsophagi externas earumque canaliculos excretorios patefacit, deinde verum humorem digestivum ab iisdem deducit, vermes denique subjungit, ultimam qui chylo manum imponere videantur. Ante omnia nempe dum evincere studet, gulam non solum deglutitioni sive alimentorum in ventriculum propulsioni, sed & digestioni atque famis & sitis sensationibus vacare, prolixius ea commemorat, quæ circa dicti canalıs longitudinem, tunicas septem duplicem veluti tubum constituentes, atque glandulas externas harumque ductus excretorios in dissectione juvenum, repentina imprimis morte extinctorum, mox post obitum ipse annotaverit. Ex quibus canaliculos potissimum excretorios, tanquam novos & potioris momenti, eo ordine cum suis glandulis huc transcribamus, quo a Nostro inventi fuerint, quoties totum œsophagum cum ventriculi & diaphragmatis portione, nec non cum vasis omnis generis, pulmonibus & corde e cadaveribus ejusmodi exscinderet, ipsumque in parte posteriori secundum longitudinem sursum ad pharyngem usque pedetentim secando tubum ejus externum, tunica communi, carnea & tendinea constantem, a tubo interno, tunicam vasculosam, glandulosam, nervosam & crustam villosam comprehendente, successive separaret. Sic namque circa ventriculi orificium sinistrum, cardiacam & stomachum quod alias dicunt, inter utrumque gulæ tubum sub funiculi fibrosi specie primum par Autori patuit ductum excretorium, quod setam promptius versus tubum inferiorem, quam exteriorem admit tens & a glandulis gastricis vasculo-vesiculosi sive conglomerati, ventriculi collo plerumque paulo posterius instratis, proveniens non simplici osculo, sed quam plurimis poris internas gulæ tunicas perforasset. Ascendens hinc inter duos œsophagi tubos secundum canaliculorum excretorium par a glandulis dorsalis, ad quintam dorsi vertebram locatis, par tertium a bronchialibus & par quartum a primæ divisionis tracheæ glandulis itidem successive vidit descripsitque tali modo exorta, ut omnia instar paris primi per tunicam gulæ carnem i

perfo

perforatam, tanquam super trochleam, libere incederent ac tramicam nerveam cum crassa villosa multis porulis pertunderent, setum tamen neutiquam admitterent, quod eo tenuiora & breviora essent, quo evaderent superiora. Porro quintum, sextum, aliquando etiam septimum par similium ductuum Noster sibi visus fuit. cernere, a glandulis trachealibus triformibus enata, licet integros ipsorum processus propter incrementem ipsorum gracilitatem & breviterem nunquam conspiciere valuerit. Tandem Autor infra pharyngis sphincterem a glandulis thyroidæ, quas pro unica tantummodo glandula reputans cum præcedentibus inter glandulas vasculo-vesiculosas non minus refert, duo similia vascula omnium tenuissima, aut saltem unicum, aliquot autem fibras crassiores, veluti nerveas & fistulosas, transversaliter ad nerveam usque gulæ membranam protendi observavit, per quas glandulæ quoque recrementum sequestrari ex eo persuadere annuitur, quod materiam purulentam ex abscessu istius glandulæ post mortem promte ad pharyngem deprehenderit expressam. Atque tot externis gulæ glandulis conglomeratis cum septem vel octo paribus vasculorum excretoriorum, colore croceo plerumque tinctorum, in *Sectione prima* iadigitatis, ad *Secundam* Noster progreditur *Sectionem*, in qua officium & usum, nunc singularum œsophagi tunicarum, nunc etiam glandularum externarum, explanat, maxime vero verum fermentum digestivum, illudque solutivum, a glandulis gastricis, dorsalibus, bronchealibus, primæ divisionis asperæ arteriæ & trachealibus derivat suamque sententiam tam remote, diversas de fermento ejusmodi opiniones recensendo & refellendo, quam positive per humoris laudatarum gulæ glandularum salledinem, fusionem, cum re fermentanda commixtionem, cum alimentis homogeneitatem pariter ac heterogeneitatem, in quantum glandulæ primæ divisionis arteriæ asperæ humorem volatilem oleosum, glandulæ tracheales triplicis generis liquorem salino-sulphureum, acido volatilem & alcalicum, dorsales autem & gastricæ humorem salum armoniacalem, urinofam, acrem, fixum &c. per suos ductulos gulæ infunderet, fufius comprobat. Quia fermentatis nihilominus

ad

ad chyficationem non omnino sufficiata, sed & cibi ac potus ingestorum talis demum transmutatio simul requiratur, in qua chyle quoque vitalis imprimeretur character, doctissimus Autor in *Sectione ultima*, repudiatis spiritibus animalibus, ad vermes horumque ova ita delabatur, ut succum nutritium in vegetabilibus, & chylum in multis brutis a vermibus, in hominibus autem ab horum ovis solummodo per glandulæ bronchialis fistulas ad gulam inspirandis, vivificari assereret, ipsamque glandulam thyroideam pro ovario cunctorum vermium, a præternaturali ovorum fecundatione in corpore nostro propullulantium, multas ob rationes vendiderit. Interim *Autor* num in œsophagi glandularum structura earumque canaliculis, nec non in duobus fermentis digestivis, solutivo altero, altero transmutativo, describendis veritati magis litaverit, an imaginationi, non tam nostrum est, quam Lectoris, judicare.

### DELLA SCIENZA CHIAMATA CAVALLERESCA:

i. e.

**DE SCIENTIA TUENDÆ EXISTIMATIONIS,**  
*quæ vulgo Scientia Nobilium dicitur, Libri tres, ad S. P.*  
**CLEMENTEM XI Papam.**

Romæ, apud Franc. Gonzagam, 1710, 4.

Alph. 2 plag. 20.

**A** Pud omnes fere Europæ populos barbarus quondam mos viguit, & adhuc dum vix severissimis passim edictis coercetur, ut nobilioris conditionis homines, imprimis qui militiam sequuntur, levissimas injurias duello ulciscerentur, sæpe etiam innocuos gestus & verba in suam ignominiam detorquerent. Apud Italos in formam artis digesta sunt, quæcunque ad æstimationem injuriarum, provocationem, decertationem, reconciliationem, & totum illum inimicitiarum apparatus pertinent; nomenque arti inditum: *Scienza cavalleresca*. Scriptores illa ultra L. nacta est, quorum lectio ferociores animos furore illo magis magisque accendit, ac falsissimis de existima-

L I

tione

perforatam, tanquam super trochleam, libere incederent ac tunicam nerveam cum crassa villosa multis porulis pertunderent, setum tamen neutiquam admitterent, quod eo tenuiora & breviora essent, quo evaderent superiora. Porro quintum, sextum, aliquando etiam septimum per similia ductuum Noster sibi visus fuit, cerere, a glandulis trachealibus triformibus enata, licet integros ipsorum processus propter incrementem ipsorum gracilitatem & breviter nunquam conspiciere valuerit. Tandem Autor infra pharyngis sphincterem a glandulis thyroideis, quas pro unica tantummodo glandula reputans cum præcedentibus inter glandulas vasculo-vesiculosas non minus refert, duo similia vascula omnium tenuissima, aut saltem unicum, aliquot autem fibras crassiores, veluti nerveas & fistulosas, transversaliter ad nerveam usque gulæ membranam protendi observavit, per quas glandulæ quoque recrementum sequestrari ex eo persuadere annuitur, quod materiam purulentam ex abscessu istius glandulæ post mortem prompte ad pharyngem deprehenderit expressam. Atque tot externis gulæ glandulis conglomeratis cum septem vel octo paribus vasculorum excretoriorum, colore croceo plerumque tinctorum, in *Sectione prima* indigitatis, ad *Secundam* Noster progreditur *Sectionem*, in qua officium & usum, nunc singularum œsophagi tunicarum, nunc etiam glandularum externarum, explanat, maxime vero verum fermentum digestivum, illudque solutivum, a glandulis gastricis, dorsalibus, bronchealibus, primæ divisionis asperæ arteriæ & trachealibus derivat suamque sententiam tam remote, diversas de fermento ejusmodi opiniones recensendo & refellendo, quam positive per humoris laudatarum gulæ glandularum falsedinem, fusionem, cum re fermentandæ commixtionem, cum alimentis homogeneitatem pariter ac heterogeneitatem, in quantum glandulæ primæ divisionis arteriæ asperæ humorem volatilem oleosum, glandulæ tracheales triplicis generis liquorem salino-sulphureum, acido volatilem & alcalicum, dorsales autem & gastricæ humorem salum armoniacalem, urinofum, acrem, fixum &c. per suos ductulos gulæ infunderet, satis comprobat. Quia fermentatis nihilominus

ad

ad chyficationem non omnino sufficiata, sed & cibi ac potus ingestorum talis demum transmutatio simul requiratur, in qua chyle quoque vitalis imprimeretur character, doctissimus Autor in *Sectione ultima*, repudiatis spiritibus animalibus, ad vermes horumque ova ita delabatur, ut fuccum nutritium in vegetabilibus, & chylum in multis brutis a vermibus, in hominibus autem ab horum ovis solummodo per glandulæ bronchialis fistulas ad gulam inspirandis, vivificari assereret, ipsamque glandulam thyroideam pro ovario cunctorum vermium, a præternaturali ovorum fœcundatione in corpore nostro propullulantium, multas ob rationes vendit. Interim *Autor* num in œsophagi glandularum structura earumque canaliculis, nec non in duobus fermentis digestivis, solutivo altero, altero transmutativo, describendis veritati magis litaverit, an imaginationi, non tam nostrum est, quam Lectoris, judicare.

## DELLA SCIENZA CHIAMATA CAVALLERESCA.

i. e.

*DE SCIENTIA TUENDÆ EXISTIMATIONIS,*  
*quæ vulgo Scientia Nobilium dicitur, Libri tres, ad S. P.*  
*CLEMENTEM XI Papam.*

Romæ, apud Franc. Gonzagam, 1710, 4.

Alph. 2 plag. 20.

**A** Pud omnes fere Europæ populos barbarus quondam mos viguit, & adhuc dum vix severissimis passim edictis coercetur, ut nobilioris conditionis homines, inprimis qui militiam sequuntur, levissimas injurias duello ulciscerentur, sæpe etiam innocuos gestus & verba in suam ignominiam detorquerent. Apud Italos in formam artis digesta sunt, quæcunque ad æstimationem injuriarum, provocationem, decertationem, reconciliationem, & totum illum inimicitiarum apparatus pertinent; nomenque arti inditum: *Scienza cavalleresca*. Scriptores illa ultra L. nacta est, quorum lectio ferociores animos furore illo magis magisque accendit, ac falsissimis de existima-

L I

tione

tionem, modisque eam tuendi opinionibus, in magnum publicæ  
 disciplinæ detrimentum imbut. Innumeræ de illo malo pru-  
 dentium Virorum querelæ sunt. Si quid autem potest adversus in-  
 veterata præjudicia ratio, speramus neminem lecturum hunc Ill.  
*March. Scipionis Maffei* librum, quo omnem scriptorum illorum  
 auctoritatem destruere aggressus est; quin de barbara moris  
 origine, & principiorum quibus eum Patroni tuentur vanitate,  
 & ridiculis illorum illusionibus, penitus persuasus recedat. Libro  
 primo ostenditur, quam illius scientiæ fundamenta adversus ve-  
 rum honoris & injuriæ conceptum pugnent, & quam iniqua de-  
 sensu injuriæ, & vindictæ studio præcipiant. Est inter præcipua  
 ejus axiomata, ut quam primum alicui opprobrium sit, neget  
 id jure sibi objici. Id unicum esse remedium, quo consulat  
 existimationi suæ, & alterum quadam infamiæ specie laborare,  
 donec evicerit veritatem illorum, quæ objecerat. *Mentita*  
 vocatur illa negatio, vocabulo prorsus a communi acceptione  
 alieno. Adversus istas ineptias ostenditur, liberum primum  
 cuivis esse, utrum revocare ad animum injurias velit, & multas  
 esse, quæ simpliciter negando retundi nequeant. Deinde præ-  
 sumptionem pro innocentia læsi nasci potius ex vitæ quam agit-  
 ratione; & contra lædentem militare, quod accensi ira ho-  
 mines affectui magis serviant, quam secundum acta & probata  
 loquantur. Tum ostendit, duello nec veritatem, ut vulgo ja-  
 ctatur, nec fortitudinem explorari posse. Evitari possunt  
 eruenta certamina, si qui prior læsit, conceptis verbis alteri sa-  
 tisfaciat, ac ita, ut loquantur pristinæ integritati famam ejus  
 restituant. Sed contra probatur, intrinsecum honorem, qui  
 virtutis conscientia nititur, nulla iniqua imputatione auferri  
 posse, adeoque nec restitutione opus habere. Extrinsecum au-  
 tem, quem aliorum bona de nobis existimatio facit, si semel ju-  
 re meritoque quis perdiderit, parum profuturum, si unus al-  
 terve semel invitus, & verbis, de quibus antea disputandum fuit,  
 honeste se de illo sentire testetur.

Modum autem tractandi illas controversias, quibus inju-  
 riæ & satisfactiones æstimantur, ad civilium causarum imitati-  
 onem instituere conati sunt scientiæ Autores, legum studio ple-  
 rum-



rumque, sed non ut par erat innutriti. Quibus respondetur, vanissimum hunc esse conatum, cum nemo sit, qui iudicis officio fungens decretoriam feret sententiam. Deinde infulsam esse agendi rationem, ubi non de veritate, aut æquitate rei, ut in omni alia causa, sed de eo tantum, ex scientiæ præscriptis, controvertatur, uter actoris, aut rei loco habendus sit.

Libr. 2 Historiam monstrosæ disciplinæ exponit. Duo sunt remedia ad consopendas hominum lites, ratio, & aperta vis. Illud melioris cœli & ingenii populis, Græcis & Romanis, placuit, qui ne bella quidem citra causam susceperunt, & mitiora prius remedia tentare solebant. Apud hos itaque controversiæ civium ad legem expendebantur. Sed Septentrionales populi, & qui ex illis prædiere, Gothi, Longobardi, & reliqui populi Germaniæ, cognatique Scythæ rigidi illi, & manu tantum validi, latrocinia & piraticam exercere adfueti, privatas quoque contentiones ferro dirimebant. Suspiciones & occultorum criminum veritas armis explorabantur. Et pro sponsa etiam certandum erat. Nec alius fere dirimendi illa modus occurrit, nisi saga forte quædam aut magus portentosa incantatione interveniat. Hi populi deinde mores suos in varias Europæ partes secum intulerunt. Et in Italia quidem, adfueti & abundante legibus, ipso adeo edicto Rotharis, plurimi casus, etiam ubi nec necessitas ulla, nec operæ pretium apparet, duello permitti sunt. Cujus juris autoritas cum magna semper insequentibus temporibus fuerit, duellorum frequens & legitimus usus invaluit: quique manui non confidebant, cum tranquilla remedia in legibus non invenirent, insidiis, dolo, veneno, vindictam exercebant. Quin & restauratis Jurispr. Romanæ studiis, jus tamen & consuetudines Longobardicæ in usu permanebant, & passim ab Imperatoribus confirmabantur. Iidem jus duelli & dimicationum privilegio nonnullis concedebant, & loca libera & secunda exercendis iis constituiebantur. Nec singuli, sed stipati cognationibus & clientelis suis in arenam, quasi ad bellum civile descendebant. Quæ pestis Italiam maxime afflixit, quod ibi in civitatibus habitant nobiles, & Guelphorum atque Gibellinorum infausta nomina, per longum admodum tempus, fre-

quentem odiis occasionem dederunt. Accesserunt consuetudines varix, quibus animi ad sanguinolentam ferociam accenderentur, ludi equestres, quæ *torneamenta* vulgo appellant, ceremonix, quibus initiari militix juvenes solebant, ordines equestres, & communis opinio, obligari quemvis, ut intrepiditatem animi temere & ubique ostendet, ut nihil quod in sinistram partem verti possit, inultum dimittat, latrones persequatur, & virginum maxime injurias vindicet, & quæ sunt alix ejus furfuris, quibus fabularum Romanensium & militarium lectio imbuere non satis firma ingenia solet. Nec Juris Consulti liberi ab iis præjudiciis fuere, quos non puduit in glossis suis leges ad ea defendenda torquere. Adeo ut Bartolus licere statuerit, quamcunque injuriam personalem cæde ulcisci. Imo hi potius cum nonnullis, qui doctrinæ civilis periti haberi volebant, illas opiniones collegerunt, ac in systema redegerunt. C. V examinat Auctor, quæ veterum de honore, injuria, modisque illam vindicandi sententia fuerit. Utilis valde ejusmodi disquisitio, quæ ingenium ipsum antiquorum nobis repræsentat, ac causas simul indicat, quæ mutare sensim indolem mortalium potuerunt. Egregie Noster, quod instituit, exsequitur. Probat multa famæ non obfuisse, quæ hodie si quis toleraret, infamis haberetur. Demosthenes palam exponit, quod Midias illum in faciem percusserit. Non erat turpe marito, si adulterum admitteret mulier. Atrocissimæ contumeliæ traasibant, quales hodie non nisi sanguine expiari possunt. Heroes Homerici acerbe convitiantur, sed nunquam gladium stringunt. Quæ non in Senatu sæpe, aut in concionibus ad populum, nobilissimi Romani sibi objiciunt? Philosophorum præceptis aut non sentire injurias, aut dissimulare homines jubebantur. Difficiliores amicitix renuntiabant, domo interdicebant, officia humanitatis abrumpebant. Non tamen opus, ut amici quoque illorum easdem iniurcias sumerent. Nec ignominiosum, si prior manum inimico quis porrigeret. Multo minus si de injuria apud Magistratum conquereretur. In compositionibus publicis privatisve, si offensor multam solveret,

ret, ut apud Athenienses in usu fuit, aut jurejurando testaretur, se malo id animo nequaquam egisse, nec commisisse aliud quidquam injuria dignum: id non ita explicabatur, ac si alterius honos illata injuria fuerit sublatus, & sic demum restitutus. Sed partim id publicæ disciplinæ causa, partim in solatium læsi fiebat. Tum recensentur Scriptores, qui nobilem illam, si Diis placet, artem tradidere. Ignota fere sunt nostris regionibus nomina: nec certe merentur requiri, nisi forte propter insignem absurditatem, quam utrum rigere magis quis debeat, an obstupescere incertum est. Ingeniose peragitur censura illorum, sed integra Lectori relinquenda est. In occasionem deinde, & fontes errorum, quibus Scriptores illi seducti sunt, inquirat. Æquivocis decipiuntur sæpe, ut cum afferentes honori omnia, & vitam ipsam postponi debere, ad externam aliquam existimationem applicent, quicquid de honesto apud Philosophos præceptum inveniunt. Aut cum vindictam ab ipsa natura nobis injungi ex primo illo impetu probant, qui in nobis æque ac brutis, ubi forte lædimur, incalescit. Miramur quam ineptiant, cum probare volunt, universam hanc artem suam apud veteres obtinuisse. Perduellionem interpretantur de crimine, quod utrum commissum sit, per duellum exploratur. Quæ in legibus forte occurrunt ad gladiatores, luctatores, athletas spectantia, aut quæ in historiis leguntur de certaminibus singularibus, quibus ex condicto universi belli fortuna nonnunquam commissa fuit, ea omnia ad duella sua trahunt. Origines nobilitatis in Paradiso quærunt, & primum duellum in cælo, quo angeli cum Diabolis congressi sunt. Iam non mirabitur aliquis Iosephum, Gideonem, Davidem, Herculem, Mosen equites. Quamvis de duobus hisce valde sollicitus sit Muzius, magnus in hac arte Magister, quod nec ille cum monstra subigeret, nec hic cum Midianitis vinceret, æquo usus esse legatur. Noster hac occasione breviter natales hodiernæ nobilitatis detegit, & cum hactenus Italis suis ostenderit, nec ratione, nec antiquitate niti leges hasce, & consuetudines equestræ, ut quoque universales non esse ostendat, adeoque omnem illis auctoritatem detrahat, mores populorum, apud quos illæ


vel in usu nunquam fuerunt vel severissimis edictis prohibita sunt, perlustrat. Imo & in melioribus Italiae jam partibus ex-  
ploditur, & si qua in usu adhuc est, ludibria tamen fortiori & prudentiori cuique debet.

- Libro III ostendit Auster, quam pernicioſa Reipublicae princi-  
pia illa ſunt, & ſcripta quibus traduntur. Homines enim irritatu  
5. 1. 2. 3. faciles, vindictae cupidos, & ad duella pronos reddunt, ini-  
micitias alunt, ac aeterna occultorum odiorum & inſidiarum  
4. ſemina ſpargunt. Impediunt reconciliationem, etiam cum ma-  
xime illam urgere videntur. Conturbant ordinem & officia vi-  
tae humanae. Modeſtiae, juſtitiae, fortitudini locum nullum relin-  
quunt. Contraria proſus officia commiſcuntur, & vitiiſ  
virtutum nomina imponunt, turpiſſimaque æquivocatione  
ignaviſſimo cuiſvis, ut viri fortis nomen retineat, dolum, inſi-  
6. dias, imo venenum & ficarii operam permittunt. Conſutatis  
itaque penitus ſcriptorum illorum principiis, alia ſubſtituuntur:  
& quibus inſtitutis inhumanæ conſuetudines penitus tolli poſ-  
ſunt, diſſeritur. Explicatur, quid ſit verus honor, quid ſa-  
ma, quid fortitudo, quæ virtutes omnibus, & quæ cuiſvis pro  
vitæ ſuo genere ſingulares conveniant. Oſtenditur, injuriam  
non tam læſo, quam inferenti turpem eſſe, neminem teneri, ut  
ad animum illam ſibi revocet, vindictam impetum eſſe non  
officium, ubi neceſſitas & prudentia exigit, licere magiſtratum  
implorare, ſatisfactionem, & deprecationem juſtitiae & huma-  
nitatis officium eſſe, ubi alium indignum læſeris. Conferun-  
tur Philoſophorum præcepta cum opinionibus Equitum  
illorum errantium, & quam illis præſtent, evincitur. Deni-  
que præter alia conſilia ſuggeritur, negligendos eſſe libros ejus-  
modi, præſtare fortitudinis laudem in bello quærere, & bo-  
nis literis ingenium excolere, quod ſic facilius pueriles illas ſed  
crudelēs nugæ agnoverit, & utrinque viam ad potentiam glo-  
riamque patere. Ultimo tandem principum ac civitatum auto-  
ritas ut in ſubſidium veniat, & abolendis penitus barbaræ æta-  
tis reliquiis operam det, excitatur. Ceterum mone mus, tanto  
plauſu apud Italos exceptum fuiſſe librum hunc, ut brevi tempo-  
ris ſpatio ſæpius reſcuſus auctuſque prodierit.

P. R.

II  
B.

Fig. 3.



6.

4

6




Fig. 7.




Fig. 6.

P. R.

**R. P. AUGUSTINI THOMÆ A S. JOSEPHO,**  
*Scholarum piarum Hornæ in Austria Professoris, Solutio*  
*Problematis: Constituire Triangulum, in quo unus angu-*  
*lus ad basin sit alterius duplus, latera autem habeant*  
*datam rationem.*

**E**Jus occasio hæc fuit. R. P. *Hieronymus Sacherius* Societatis Jesu, Neofatica sua & aliis ingeniosis operibus notus, a R. P. *Thoma Ceva*, ejusdem Societatis apud Mediolanenses Viro celeberrimo, quæsierat, an nosset sequens theoremata alicubi demonstratum, subjeceratque quæ sequuntur:

Trifariam Geometricè secatur angulus, cujus opposita in triangulo basis tum bis contineat excessum lateris majoris supra minus, tum etiam portionem quandam, inter quam & latus minus sit medius proportionalis excessus prædictus. Est triangulum ABC, in quo latus AB sit v. gr. 6, latus BC 4 & basis AC 5, adeo ut nimirum bis contineat 2 excessum lateris majoris supra minus & insuper unitatem, inter quam & latus minus BC 4 est medius proportionalis excessus prædictus. Dico angulum ABC trifariam geometricè secari. *Demonstratio.* Centro B intervallo BA describatur circulus, ad cujus circumferentiam protrahantur AB in D, AC in D, BC in H, HB in F: tum jungatur DB & in BF sumatur BG æqualis ipsi BC, atque ideo GF æqualis CH. Si ergo in AC sumatur AM dupla ipsius CH, qui est excessus lateris majoris AB supra minus BC, erunt utique ex hypothesi tres continuæ proportionales, latus minus BC, excessus CH & portio residua CM. Quoniam igitur GC est dupla ipsius BC, ut AM ipsius CH, erit GC ad AM ut BC ad CH sive ut CH aut GF ad CM. Quare simul jungendo ita erit tota FC ad totam CA ut CH ad CM. Est autem ut FC ad CA ita DC ad CH, quoniam rectangulum FCH æquale rectangulo DCH. Igitur DC ad CH ut CH ad CM, sive ut BC ad CH. Æquales ergo sunt DC & BC, & sic æquales anguli BDC & DBC. Itaque externus angulus ABC duplus est unius illorum, ut anguli BDC, aut ejus æqualis BAC. Est etiam externus angulus EBC æqualis

TAB. II.  
Fig. 1.

lis duobus internis & oppositis ACB, BAC: ergo est triplus ipsius BAC aut ejus æqualis DBC. Quare angulus EBC trifariam geometricè secatur, atque adeo trifariam etiam geometricè secabitur datus angulus ABC, qui est ejus complementum ad duos rectos. *Q. e. d.* Unde sequitur solutio sequentis problematis: *Constituere triangulum, in quo unus angulus ad basin sit alterius duplus, latera autem habeant datam rationem. Debet autem latus minus esse majus dimidio lateris majoris.* Data autem sit ratio ut 9 ad 12. Fiat triangulum ABC, in quo latus AB sit 12, latus AC sit 12, latus BC 9 & basis AC 7, composita nempe ex duplo excessu lateris majoris supra latus minus & insuper ex unitate, inter quam & latus minus 9 est medius proportionalis excessus 3. Constat ex præcedenti theoremate, quod angulus BCA ab basin sit duplus reliqui BAC.

Cum ergo forte elegantes meditationes Geometricæ & Arithmeticæ R. P. *Augustini* ad R. P. *Cevam* missæ fuissent, hic problema ex epistola *Sacheriana* decerptum ei per DN. *Theobaldum Schottelium*, Cæsareæ Anticameræ custodem, in numerorum arcanis egregie versatum, & filium hujus DN. *Josephum Schottelium*, cum R. P. *Ceva* litterarium commercium colentem, proposuit: cujus R. P. *Augustinus* mox talem Solutionem tam syntheticam, quam analyticam dedit, quæque *Ceva* & *Sacherio* valde suo merito placuit. Habeat latus majus ad minus rationem, quam habet recta AB ad BC, nempe minorem dupla, ut ita ex dictis minor BC sit major dimidio majoris AB. Replicetur AC æqualis ipsi BC, & ex his tribus AB, BC, AC construatur triangulum isosceles ABC, cui circumscribatur circulus & per i. IV. ex puncto B aptetur in eadem recta bd = be & jungatur ad; erit bd petitum triangulum. *Demonstratio.* Propter æquales rectas ex constructione AC, CB, BD, erunt per 18. III. arcus AC, CB & BD æquales, & arcus ACB duplus arcus CB vel BD, idemque etiam per 33. VI erit angulus BDA subtensus ab arcu ACB duplus anguli BAD subtensi ab arcu BD. Præterea propter æquales ex constructione est per 7. V. AB ad BD ut AB ad BC. Habet proinde Triangulum ABD omnes conditiones in problemate requisitas. *Q. e. f.*

TAB. II.  
Fig. 2.

Mox



Mox idem R. P. *Augustinus* Horna d. 30 Junii Analyfin etiam misit talem, simulque monstravit, quomodo problema in numeris rationalibus solvi possit. *Analyfis*. Supponatur jam constitutum tale triangulum ABC, in quo angulus ACB fit duplus anguli BAC & bisectus per rectam CE: quo pacto erunt tres anguli BCE, ECA & CAB inter se æquales, & duo triangula ABC, CBC æquiangula, propter æquales angulos BAC, BCE, & commuam ad B, ideoque per 4. VI. AB ad BC ut BC ad BE, & hinc BE tertia proportionalis ad AB & BC. Ex hac manu-ductione sequitur *Synthesis* seu *Compositio* & *constructio problematis*. Sit data ratio duorum laterum, quæ est AB ad BD, sitque ex dictis priori solutione minor BD, major dimidio majoris AB & per n. VI. inveniatur ad AB & BD tertia proportionalis BE. Tunc centro B intervallo BD & centro E intervallo EA describantur duo arcus circulares DCF & ACG secantes se in puncto C, ad quod ex B & A ducantur rectæ BC & AC. Dico, ABC esse quæsitum triangulum. *Demonstratio*. Ducatur recta CE. Ex eodem centro B sunt radii BD, BC æquales. Est autem ex constructione ut AB ad BD ita BC ad BE: ergo etiam ut AB ad BC ita BC ad BE, & consequenter per 6. VI. æqui angula sunt triangula ABC, CBE, & angulus BAC æqualis angulo BCE. Atque angulus BCE æquatur angulo ECA, qui in triangulo isoscele (propter æquales radios EA, EC ex centro E) AEC æquatur angulo EAC. Ergo angulus ACB duplus est tam anguli BCE & anguli ECA, quam anguli EAC seu BAC. Insuper (propter æquales BC, BD) est ut AB ad BD ita AB ad BC. Habet ergo triangulum ABC omnia in problemate requisita. Q. e. f.

*Lemma*. Dictum est in constructione duos arcus DCF, ACG se secare in C: quod ita deducitur. Ex constructione est ut AB ad BD ita BD ad EB. Ergo dividendo ut AB ad DB ita DE ad EB. Atqui AD minor est quam DB (propterea quod ex hypothesi BD sit major quam  $\frac{1}{2}$  AB, ideoque residua AD minor quam  $\frac{1}{2}$  AB.) Ergo & DE minor quam EB. Proinde AD + DE minores sunt quam DB + EB, hoc est, AE seu EC minor quam EH, ideoque EC vel EI nunquam pertinet ad H, multo minus superabit, ac proinde arcus DCF, ACG secabuntur in G.

M m

Carol.

TAB. II.  
Fig. 3.

*Corollarium 1.* Ut habeantur singula tria latera in numeris rationalibus, ponamus  $BA = a$  &  $BC = b$ , eritque ex dictis  $AB:BC = BC:BE$ , hoc est,  $a:b = b:\frac{b^2}{a}$ . Subtrahatur  $BE = \frac{b^2}{a}$ :

$a$   $BA = a$ , restat  $BEA = (a^2 - b^2):a$ . Rursus ex præcedente demonstratione sunt æquales anguli  $BCE$ ,  $ECA$ . Proinde per 3. VI

$$\begin{array}{l} BE:EA = BC:AC \\ \frac{b^2}{a} : \frac{a^2 - b^2}{a} = b : \frac{a^2 - b^2}{b} \end{array}$$

Atque ita  $a$ ,  $b$  &  $(a^2 - b^2):b$  in eundem denominatore  $b$  ductis; erunt in integris

$$\left. \begin{array}{l} ab = AB \\ b^2 = BC \\ a^2 - b^2 = AC \end{array} \right\} \text{Canon primus.}$$

In numeris sumatur proportio  $a:b$  ad libitum,  $a$  major,  $b$  minor, dummodo major quam  $\frac{1}{2}a$ .

Sit  $a = 3$ ,  $b = 2$  erit  $ab = 6 = AB$ ,  $b^2 = 4 = BC$ ,  $a^2 - b^2 = AC = 5$

=4	3	12	9	7
=5	3	15	9	16
=7	4	28	16	33
=7	5	35	25	24
=7	6	42	36	13

*Corollarium 2.* Colligitur exinde id, quod olim a *Federico Commandino* apud *Clavium* Prop. 7 lib. 2 *Elem. Euclidis* geometrice demonstratum est, multo patentius analytice, rectam  $AC$  hujus Trianguli (quæ supra in Canone primo æquatur  $a^2 - b^2$ ) coalescere ex duplici differentia laterum  $AB$  &  $BC$ , hoc est,  $2ab - 2b^2$ , nec non ex quadrato  $a - b$ , nempe  $a^2 - 2ab + b^2$ . Hæc enim conjuncta generant  $a^2 - b^2$ , ut sequitur.

$$\left. \begin{array}{l} AB = ab \\ BC = b^2 \end{array} \right\} \text{ex Canone.}$$

Differentia  $AB - BC = ab - b^2$  dupla  $2ab - 2b^2$   
ex  $a - b$  quadratum  $a^2 - 2ab + b^2$

Summa  $a^2 - b^2 = AC$ , ut in Canone.

In numeris  $ab=6, b^2=4$ , differentia  $ab-b^2=2$ , dupla  $2ab-2b^2=4$ . Adde quadratum  $a^2-2ab+b^2=1$ : summa  $5=AC$ .

*Corollarium 3.* Insuper sequitur, latus minus  $b^2$ , differentiam  $ab-b^2$  & quadratum  $a^2-2ab+b^2$  esse continue proportionales in ratione  $b$  ad  $a-b$ . Nam divisus prioribus terminis  $b^2$  &  $ab-b^2$  per  $b$ , fit quotus  $b$ :  $a-b$  & posterioribus  $ab-b^2$  &  $a^2-2ab+b^2$  itidem divisus per  $a-b$  fit quotus denique  $a-b$ , seu quod idem est, productum  $a^2b^2-2ab^3+b^4$  ex primo  $b^2$  in tertium  $a^2-2ab+b^2$  æquale producto medii  $ab-b^2$  in se ipsum. Proinde per 17. VI.  $b^2, ab-b^2$  &  $a^2-2ab+b^2$  sunt in proportione continua: quod in numeris patet. Nam posito

$a=3$	& $b=2$ ,	erit $b^2=4$ ,	$ab-b^2=2$	&	$a^2-2ab+b^2=1$
$a=5$	$b=3$	9	6		4
$a=7$	$b=4$	16	12		9

*Corollarium 4.* Hinc nobis via panditur hoc nobilissimum problema sublimius evehendi & inveniendi Triangulum, habens unum angulum duplum alterius, in quo non solum singula latera, verum etiam perpendiculara & tota area exhiberi possint in numeris rationalibus. Resumaturn præcedens Canon primus

$ab = AB$	} Ex his inquiretur area trianguli, ut sequitur:
$b^2 = BC$	
$a^2 - b^2 = AC$	

Summa  $a^2+ab$   
 dimidia  $a^2+ab$  Hinc ablatis singulis lateribus, restabuat

$$\begin{array}{r} \frac{2}{\text{differentia } a^2-ab} \\ \frac{2}{a^2-2b^2+ab} \\ \frac{2}{-a^2+2b^2+ab} \end{array}$$

Productum omnium  $4a^2b^6-9a^4b^4+6a^6b^2-a^8$  æquale quadrato areæ Trianguli. Hæc ut fiat rationalis, dividatur per quadratum  $a^2b^2-2a^4b^2+a^6$ , nascitur quotus  $4b^2-a^2$  æquan-

16 Mm 2 dus

duo quadrato  $4b^2 - 4bc + c^2$ , fit  $b = (a^2 + c^2) : 4c$ , atque hinc tria latera

$$\begin{aligned} ab &= \frac{a^2 + ac^2}{4c} = \frac{4a^2c + 4ac^3}{16c^2} = AB \\ b^2 &= \frac{a^4 + 2a^2c^2 + c^4}{16c^2} = BC \\ a^2b^2 &= \frac{14a^2c^2 - a^4 - c^4}{16c^2} = AC \end{aligned}$$

Omissio denominatore  $16c^2$ , emergunt in integris

$$\left. \begin{aligned} AB &= 4a^2c + 4ac^3 \\ BC &= a^4 + 2a^2c^2 + c^4 \\ AC &= 14a^2c^2 - a^4 - c^4 \end{aligned} \right\} \text{Canon secundus.}$$

$$\text{Area} = 2a^2c - 30a^2c^3 + 30a^3c^3 - 2ac^7.$$

In numeris sumantur  $a$  minor,  $c$  major ad libitum, ita tamen ut  $a^2 + c^2$  subtrahi possint a  $14a^2c^2$ .

Sit  $a=1$ ,  $c=2$ ; erit  $AB=40$ ,  $BC=25$ ,  $AC=29$ ,  $\text{Area}=468$

1	3	120	100	44	2112
in minimis		30	25	11	132

2	3	312	169	407	24420 &c.
---	---	-----	-----	-----	-----------

TAB. II.

Fig. 3.

*Corollarium 5.* Sequitur ex tertia Figura, tam angulum  $CBH$ , quam  $CBA$  Geometricè trifariam secari. Ducta enim  $BK$  parallela  $EC$  &  $KL$  sextante peripheriæ seu triente semiperipheriæ  $DCH$ ; erit externus angulus  $CBH$  æqualis duobus internis  $BCA + BAC$ , ideoque triplus anguli  $BAC$ , qui ex præcedentibus ut duplus est anguli  $BCA$ . Quapropter & angulus  $CBH$  triplus est anguli  $CBK$ , cum omnes quatuor  $BAC$ ,  $ACE$ ,  $ECB$ ,  $CBK$  inter se sint æquales. Quia igitur tota semiperipheria  $DCH$  totius arcus  $LCK$  & ablati arcus  $CKH$  ablati triplus est, erit & reliquus  $CLD$  reliqui  $CL$ , hoc est, tam angulus  $CBH$  anguli  $CBK$ , quam angulus  $ABC$  anguli  $LBC$  triplus.

Postremo varietatis causa non inutile erit adjungi tres alias Solutiones, quas *Dn. J. J. Marignonus*, Cæsareus Mathematicus & Statuum inferioris Austriæ Geometra *R. P. Augustino* misit.

*Problema.* Constituerè triangulum, in quo unus angulo-

rum ad basin fit alterius duplus, latera autem habeant datam rationem possibilem.

TAB. II.  
Fig. 4, 5.

*Solutio I.* Talia sint triangula ABC vel acutangula ad basin, vel obtusangula (triangulum enim rectangulum & isosceles obliquangulum, utpote unius tantummodo casus non confidero). Ex A intervallo minoris lateris AC, fiat arcus secans basin in D, latus vero majus in E, ducaturque AD, quæ æqualis erit recta BD. Nam angulus ADC vel ADd utpote angulo ACB æqualis ponitur duplus anguli B & BAD, ideoque & latera AD, DB æquantur. Non secus ducto arcu intervallo majoris lateris AB, erunt Ad, Cd æquales. Insuper ex natura circuli ut basis BC ad summam laterum ita BE differentia eorundem ad BD, sive ex probatis ad latus minus, & vicissim. Sint itaque data vel ad libitum sumta latera  $AC=m$ ,  $AB=n$ , nimirum in ratione data  $m$  ad  $n$ , basis autem  $BC=x$ ; erit  $x: m+n = n-m: m$  &  $x = (n^2 - m^2): m$ . Si vero detur vel statuatur basis  $BC=a$ ,  $AC=x$ ,  $AB=n$   $x:m$ ; erit  $x = am^2:(n^2 - m^2)$  & inventa BD constructio fluit ex inspectione figuræ.

*Corollarium 1.* Quia  $BD + DA$  semper majores sunt quam AB, erit ratio AB ad AD vel AC semper dupla minor.

*Corollarium 2.* Quia anguli B & ACB minores sunt duobus rectis, erit angulus ACB in Fig. 5 semper minor gradibus 120.

*Solutio II.* Invento centro d fiat arcus EA locus geometricus omnium triangulorum possibilem verticalis, sitque vel data BC vel sumta sint EC, EB segmenta æqualia datis m & n. Demum ex C intervallo CD fiat arcus secans priorem in A & ducantur AB, AC, fietque triangulum ABC quæsitum.

Fig. 6.

*Demonstratio.* Ducta AD, quæ æquabitur rectæ AB, erunt anguli B & A æquales. Sunt autem CAD & d æquales: ergo angulus ACB duplus anguli A, duplus quoque anguli B. Q. e. d.

*Aliter.* Ex C intervallo CB fiat arcus secans latera in E & F, ducanturque rectæ BF, CE. Angulus itaque ACd externus duplus est interni FBC & angulus ECF ad centrum duplus quoque anguli EBF ad circumferentiam, cum eidem arcui BF insistant. Ergo totus ACB duplus totius ABC. Q. e. d.

Fig. 7.

*Solutio III.* Fiat ex C intervallo CB semicirculus, sitque ut

Fig. 8.

$Mm$  3

$m$  ad  $n$

$m$  ad  $n$  ita  $BC$  ad  $BE$ . Tam transferatur areus  $BE$  ex  $A$  in  $F$  & ex  $C$  per  $F$ , ex  $B$  vero per  $E$  agantur rectæ concurrentes in  $A$ . Vel fiat angulus  $BCA$  duplus anguli  $B$ . Dico triangulum  $ABC$  quadratum.

*Demonstratio.* Ducantur  $EC, EF$ . Ablato angulo  $ECF$  communi, remanent anguli  $ECB, FCD$ , uterque æqualis utrique  $CEF$  &  $CFE$ . Ergo rectæ  $BC, EF$  parallelæ & triangula  $AEF, ABC$  similia. Sed per constructionem  $CB$  vel  $CF$  ad  $BE$  ut  $m$  ad  $n$ : ergo etiam  $AC$  ad  $AB$  ut  $m$  ad  $n$ , angulus vero  $EC$  duplus anguli  $B$ . Ergo etiam  $FCB$  duplus anguli  $B$ . Q. e. d.

*Corollarium.* Patet  $BE$  minorem esse non posse ipsa  $BC$ , nec æqualem: sed nec majorem diagonali quadrati super eadem  $BC$  descripti.

**FERDINANDI SIEGHARDT SOCIET.**  
*Jesu, Liber novus in Maria matre dolorosa propositus, & explicatus per veteris Testamenti typos; vindicatus a novorum hereticorum furoribus; atque questionibus ad hyperduliam Marianam directis, illustratus; præfixa universa Theologia Scholastica.*

Pragæ, typis Univerfit. Carolo - Ferdinandez in Colleg. S. J. ad S. Clement. 1715, 4.

Alph. i plag. 18.

**S**pecioso fati titulo insignitum est Schediasma, quod præfide Rev. P. Sieghardt pro suprema Doctoratus Theologici laurea Griesmullerus defendendum suscepit; cujus vel ideo hic mentionem faciendam duximus, ut de ceteris hujus generis libris, qui frequentes non in Prageni tantum sed & Germanicis nonnullis Academiis propullulant, judicium fieri possit. Primo Autor thesin quandam ex Theologia Scholastica proponit, eamque Doctorum hujus generis testimoniis corroborat. Hanc typus ex V. T. desumptus excipit, quo dolores Mariæ adumbrari sibi persuadet. Tertio loco furorem quandam, ut voca-

re

re amat, hæreticorum producit, quo acti negant de Maria quadam earum perfectionum, quibus eam ornant vulgo Pontificii. Agmen tandem claudit quæstio, quæ occasione dicti cujusdam V. T. de doloribus Mariæ instituitur. Hanc sibi methodum per intergam dissertationem Cl. Autor præscripsit, atque hæc via læpius decurrit, ita quidem, ut absoluto semel per hæc quatuor stadia cursu, eum de novo ingrediatur, eundemque L vicibus repetat. De Theſibus, ex Theol. Scholastica desumptis, non est, ut aliquid dicamus, cum de eo cuius facile constare possit. Illustravit tamen Autor sua nonnunquam egregiis Patrum dictis, quibus metaphysicam istam conceptuum gravitatem suaviorem quodammodo reddit. In typis vero doloris Mariani inveniendis, summa solertia versatus est, ea huc trahendo, de quibus forte ne per somnium quidem fuit cogitatum. Ita e. g. typo 2 Barthenos, quod nomen uxori Noæ ex Epiphanio tribuit, inter typos ideo refertur, quoniam Barthenos funestum orbis, iniquitate repleti, interitum vidit: Maria vero luctuosum mundi redemptoris occasum spectavit. Typo 31 Bathseba typis Mariæ annumeratur. Quemadmodum enim ea audita Uriæ mariti, nec non filii, ex concubitu cum Davide concepti, morte planxit, ita etiam Maria lacrymas ob filii sui mortem effudit. Typus 39 Jerusalem, uxorem Osæ, ex 2 Par. XXVI, cum Maria confert & in luctu, cui Jerusa ob absentem & lepra affectum maritum indulſit, typum se invenisse putat doloris istius, quo affecta fuit Maria a filio patiente separata. Typo 47 Juditham fuisse umbram Mariæ innuit. Uti enim Judith Holofernis exde libera vit Bethuliam; ita, inquit, Maria Amazon illa est, quæ orbis univèrsi commota periculis, sese ultronee in salutem illius omni cruciatuum generi objecit, ut Holofernis, i. e. inferni principatum pedibus contereret; ut plura taceamus hujus farinae. Ex his, quæ magno agmine in hæreticos vibrantur, non nisi unum alterumve telum producemus. Numero 14 capiuntur Protestantes ob dissensum a Pontificiis circa misericordiam Mariæ. Cum primis ad Heerbrandi verba: *Turpissime errant Pontificii, dum diva Virgini hoc tribuunt, quod sit fons*  
inc-

*inevacuabilis misericordiarum & vonia, imo ipsa misericordia & venia, quod vitam aeternam tribuat: respondetur cum* Richardo a S. Laur: *Cum Maria misericordiam genuerit, quid aliud est ejus uterus, quam ipse misericordiarum thesaurus? Et ideo dicitur mater misericordia.* Numero 21 asseritur, infamasse Lutherum magnanimitatem B. Virginis. Probat id verbis ipsius: *Abit, remque domesticam ut antea curat, boves mulget, coquit, patellas & paropsides mundat, pavimentum verrit, adeoque qua sive ancillam sive matrem familias decent, in vilibus contentisque rebus exequitur. Ecce quam paupercula & infimi ordinis fuit haec puella.* Numero 28 invehit in Protestantes ob negatum Mariae studium mortificationis; idque ab illis fieri, probat ex verbis Centuriatorum: *Nequaquam perfectissima fuit Maria, sed habuit & ipsa quasdam imbecillitates.* Num. 33 impium esse Lutheri commentum existimat, quando dubitat, an solitudinem amaverit Maria, nec non an Gabriel eam in conclavi deprehenderit, cum fortasse operas alias apud propinquos obierit. Sed unde contrarium probetur, Autor haud indicavit. Num. 44 Brentii, Buceri & aliorum opiniones inter Protestantium criminationes refert, qui linguarum donum Mariae abjudicarunt. Argumentum vero pro eo asserendo defumit Autor a confluxu fidelium ex omnibus nationibus ad eam facto, tum pietatis causa, tum ut ab ipsa magis instruerentur. *Oportuit ergo, ait, ut & illos intelligeret & ab illis intelligi posset, quae duo sunt gratiae hujus munera.* Furor haereticorum 47 est ipsi, negatae Mariae gratiae miraculorum per apparitionem. Male ipsi hoc nomine audit Melancthon, cujus tamen dubio nihil aliud opponit, quam quod frequentia occurrant in Scriptura S. exempla, ubi sanctis hominibus apparuerint angeli. Inter quaestiones de Maria curiosas illa sub num. 16 proponitur: *An B. Virgo praeter dolores sanguineas aliquando fuderit lacrymas?* Autor affirmare non dubitat, & hujus assertionis binas affert rationes. Primo dicit fieri per naturam posse, ut dolor amori collisus, ex oculis sanguinem eliciat, qui cum in Maria fuerit intensissimus, eam utique probat sanguineas lacrymas profudisse. Deinde sibi persuadet



suadet, sanguineum Christi sudorem in horto preces fundentis robur huic assertioni addere, quod & Deipara heroicum passionum conflictum sentire potuerit. Quæstione 22 disquirit, an Christus suæ matri in ultima cœna miserit Eucharistiam, quæ se contra imminentes dolores præmuniret? Videtur Auctori, non tam in controversiam trahendum, quam supponendum, quod Maria sacra cœna etiam tum fuerit usu, cum illa a Christo institueretur: investigandum potius; an & per quem Apostolorum S. cœna ipsi sit transmissa? an vero propria Christi manu eidem cum Apostolis in cœna recumbentibus sit tradita? Credit autem, Mariam in eadem domo, sed in diverso cœnaculo cum aliis mulieribus cœnasse, quibus missa sit vel per Petrum, tanquam S. Collegii principem, vel per Johannem aut Jacobum ceu nepotes, S. Eucharistia. Nititur potissimum testimonio Sebastiani de Barradas, & ne quis de testis hujus autoritate dubitet, argumento hoc concludit: aut Barradas non finxit, aut si finxisse dicendus est, etiam alii autores probati sunt arguendi, tanquam autores figmenti, quod certe nec fingere licet. Quæstione 30 in numerum lacrymarum inquiritur, quas Maria in compassione filii profudit? Respondetur, fuisse Mariam tempore compassionis suæ 30000 lacrymas, quod ex tradita quadam relatione evincit, quæ ipsi tam diu manet in possessione, donec potentiores rationes oppositum demonstrant. Num. 36 proponitur quæstio: an Deipara senserit quandoque etiam dentium dolorem? Extare quidem oraculum Ezechielis, conceditur: *patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Ez. XVIII. Paucis vero regegitur, non fingi posse dolorem dentes Mariæ excruciantem, cum illa non memorderit pomum Adamicum, sed pane vitæ satiata, mortis bellaria non attigerit. Quæstione 44 quæritur: an Deipara cum Deo locuta inter dolores, usa fuerit lingua semper sanctissima? Largitur Auctor, linguam Ebræam esse omnium principem; quam vero de lingua Mariæ foveat sententiam, minus dilucide expressit; omnia enim ejus ratiocinia eo redeunt, linguam haud aliam in suis cum Deo colloquiis habuisse familiarem, quam quæ a Syracide lingua Eucharis, in bono homine abundans, deprædicatur.

*inevacabilis misericordiarum & venia, imo ipsa misericordia & venia, quod vitam aeternam tribuat: respondetur cum Richardo a S. Laur: Cum Maria misericordium genuerit, quid aliud est ejus uterus, quam ipse misericordiarum thesaurus? Et ideo dicitur mater misericordia.* Numero 21 asseritur, infamasse Lutherum magnanimitatem B. Virginis. Probatur id verbis ipsius: *Abit, remque domesticam ut antea curat, boves mulget, coquit, patellas & paropsides mundat, pavimento verrit, adeoque quae sive ancillam sive matrem familias decent, in vilibus contemptisque rebus exequitur. Ecce quam paupercula & infanti ordinis fuit haec puella.* Numero 28 invehit in Protestantes ob negatum Mariae studium mortificationis; idque ab illis fieri, probat ex verbis Centuriatorum: *Nequaquam perfectissima fuit Maria, sed habuit & ipsa quasdam imbecillitates.* Num. 33 impium esse Lutheri commentum existimat, quando dubitat, an solitudinem amaverit Maria, nec non an Gabriel eam in conclavi deprehenderit, cum fortasse operas alias apud propinquos obierit. Sed unde contrarium probetur, Autor haud indicavit. Num. 44 Brentii, Buceri & aliorum opiniones inter Protestantium criminationes refert, qui linguarum donum Mariae adjudicarunt. Argumentum vero pro eo asserendo defumit Autor a confluxu fidelium ex omnibus nationibus ad eam facto, tum pietatis causa, tum ut ab ipsa magis instruerentur. *Oportuit ergo, ait, ut & illos intelligeret & ab illis intelligi posset, quae duo sunt gratia hujus munera.* Furor haereticorum 47 est ipsi, negata Mariae gratia miraculorum per apparitionem. Male ipsi hoc nomine audit Melancthon, cujus tamen dubio nihil aliud opponit, quam quod frequentia occurrant in Scriptura S. exempla, ubi sanctis hominibus apparuerint angeli. Inter quaestiones de Maria curiosas illa sub num. 16 proponitur: *An B. Virgo praeter dolores sanguineas aliquando fuderit lacrymas?* Autor affirmare non dubitat, & hujus assertionis binas affert rationes. Primo dicit fieri per naturam posse, ut dolor amori collisus, ex oculis sanguinem eliciat, qui cum in Maria fuerit intensissimus, eam utique probat sanguineas lacrymas profudisse. Deinde sibi persuadet

suadet, sanguineum Christi sudorem in horto preces fundentis robur huic assertioni addere, quod & Deipara heroicum passionum conflictum sentire potuerit. Quæstione 22 disquiritur, an Christus suæ matri in ultima cœna miserit Eucharistiam, quæ se contra imminentes dolores præmuniret? Videtur Auctori, non tam in controversiam trahendum, quam supponendum, quod Maria sacra cœna etiam tum fuerit usu, cum illa a Christo institueretur: investigandum potius; an & per quem Apostolorum S. cœna ipsi sit transmissa? an vero propria Christi manu eidem cum Apostolis in cœna recumbentibus sit tradita? Credit autem, Mariam in eadem domo, sed in diverso cœnaculo cum aliis mulieribus cœnasse, quibus missa sit vel per Petrum, tanquam S. Collegii principem, vel per Johannem aut Jacobum ceu nepotes, S. Eucharistia. Nititur potissimum testimonio Sebastiani de Barradas, & ne quis de testis hujus autoritate dubitet, argumento hoc concludit: aut Barradas non finxit, aut si finxisse dicendus est, etiam alii autores probati sunt arguendi, tanquam autores figmenti, quod certe nec fingere licet. Quæstione 30 in numerum lacrymarum inquiritur, quas Maria in compassione filii profudit? Respondetur, fudisse Mariam tempore compassionis suæ 30000 lacrymas, quod ex tradita quadam relatione evincit, quæ ipsi tam diu manet in possessione, donec potentiores rationes oppositum demonstrant. Num. 36 proponitur quæstio: an Deipara senserit quandoque etiam dentium dolorem? Extare quidem oraculum Ezechielis, conceditur: *patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Ez. XVIII.* Paucis vero regeritur, non fingi posse dolorem dentes Mariæ excruciantem, cum illa non memorderit pomum Adamicum, sed pane vitæ satiata, mortis bellaria non attigerit. Quæstione 44 quæritur: an Deipara cum Deo locuta inter dolores, usa fuerit lingua semper sanctissima? Largitur Auctor, linguam Ebræam esse omnium principem; quam vero de lingua Mariæ foveat sententiam, minus dilucide expressit; omnia enim ejus ratiocinia eo redeunt, linguam haud aliam in suis cum Deo colloquiis habuisse familiarem, quam quæ a Syracide lingua Eucharis, in bono homine abundans, deprædicatur.

N

Sisto.

ACTORUM ERUDITORUM  
 Historie der Heydnischen Morale

i. e.

*HISTORIA PHILOSOPHIÆ MORALIS GEN-  
 tilium; Autore M. GOTTLIEB STOLLE, Facult. Phil.  
 Jenens. Adjuncto & Gymnasi EENESTINI, quod  
 Hilpurghusa floret, Directore.*

Jenæ, apud Christianum Pohl, 1714, 4.

Alph. 3 plag. 8.

**I**nter eos, qui Philosophiæ moralis historiam excolere no-  
 stris temporibus annisi sunt, quatuor imprimis extiterunt  
 celebres. Aciem enim quasi fregit Hen. Jul. Scheurlius, Profes-  
 sor quondam Helmstadiensis, in Bibliographia Morali, quomo-  
 do morum doctrina veterum primo scriptis, deinde revelatio-  
 ne fuerit tradita, stylo tersissimo deducens. Ulterius est pro-  
 gressus Barbeiracius, compendium quasi historicum Philoso-  
 phiæ practicæ in præfatione ad versionem Gallicam Juris Natu-  
 ræ Puffendorfiani nobis exhibens, quo tamen errores præcipui  
 veterum modo annotantur. Nic. Henr. Gundlingius in parte  
 prima Historiæ suæ Moralis Philosophiæ, cujus pars altera adhuc  
 desideratur, in Barbarorum profectus, quod morum studium  
 attinet, inquisivit, satisque libere de libris huc facientibus senten-  
 tiam suam aperuit. D. Reichius tandem in succincta Introdu-  
 ctione ad Partem I Phil. Moralis Jo. Fr. Buddei apparatus  
 librorum tum Ethnicæ tum Christianæ Historiæ Phil. Mor. inser-  
 vientem dedit. Accedit his Noster, qui Historiam Philoso-  
 phiæ Moralis Gentilium elegantissime libro hoc vernaculo ex-  
 posuit, jamque & Philos. Moralis Judæorum ac Christiano-  
 rum historiam, æquæ ac historiam Pneumaticæ Ethnicæ, parat.  
 Ceterum in hoc opere præter doctrinas Philosophorum ordine  
 collectas vitas quoque illorum rimatus est & juxta præcepta di-  
 ligenter examinavit. Barbarorum in morum studio profectus  
 primo loco contemplatur, dehinc Græcorum & tandem Ro-  
 manorum. Inter Barbaros Chaldæi agmen ducunt, magis in  
 spirituum & originis mundorum variorum cognitione hæren-  
 tes, quam ad considerandam voluntatis naturam intenti. Persæ

car-

cardinales virtutes, prudentiam, iustitiam, mediocritatem & fortitudinem primi quidem docuerunt, sed principibus tantum viris natisque ad Rempublicam; plebi didicisse satis erat, cœcam præstare Magis obedientiam, cultum Soli & Lunæ quotidianum exhibere, & quæ sunt alia risu digna, in libro Sadder obvia, quem adjunctum videas libro Th. Hyde de Relig. Perfarum vet. De Phœniciis, quod in Astronomia, Nautica, & Arithmetica valuerint, cetera avaritiæ & superstitioni deditis Autor agit paucissimis. Plura vero suppeditat Cl. Gundlingius c. 8 Hist. Phil. Mor. Quod Arabes præstiterint aliquid in morum doctrina, vel Jobi exemplum docet. Per ænigmata tamen & fabulas suæ proponēbant, celeberrimusque eorum philosophus Locmannus, quem falso quidam cum Æsopo confuderunt, consideratione Dei omnipotentis, vitæ futuræ, pœnarum æternarum & vanitatis hujus mundi ad pietatem suos compellere studuit, si Gallandio in iis fides habenda, quæ de variis in Oriente populis notatu digna Gallice collegit Hagæ Com. 1694, 12. Sinenses jam producuntur summo cum studio vestigia legentes Confucii. Hunc vero se ipsum aliosque interdum fallere exinde probat, quod virtutis principium posuerit mediocritatem alio tamen in loco in studio mediocritatis virtutem præsupponat, Laude tamen omni non privandum putat, quod humilitatem, fugam vanitatis, cordis emendationem diligenter inculcavit. Indorum Gymnosophistas otium & negligentiam præcipue animo pepulisse, ex Apuleji patet Floridis. Ratio vero, cur fabulis omnia incrustarint, fuit tyrannis in subditos a Regibus Indorum exercita, quæ non permittebat libere mentem exponere. Brachmanes in sylvis latuerunt, oleribus & aqua corpus nutrientes, vitamque juxta naturæ instinctum dirigentes, nulla Regis, judicis aut legum ratione habita. Affectus nihilominus esse compescendos, hominemque ad imaginem Dei conditum post mortem demum reddi beatum docuerunt, mortis contentum semper præ se ferentes. Ægyptiorum sapientiam Pierius Valerianus in Hieroglyphicis, Nic. Caussin in Symbolica Ægypt. Sapientia, & Kircherus in Oedipo, quantum per fabulas & imagines, quibus suæ involvebant, licuit, exposuerunt. Invidia vero, ambitione & superstitione fuisse,

§. 2.

3. &amp; 4.

5.

6. 7.

8. 9.

20.

11. &amp; 12.

13. 14.

15. 17. 18.

19. 21.

22. præstitere Thraces, quippe ab Orpheo instituti, discipulo Ægyptiorum, ob perversum puerorum amorem, quem primus exercuit, infami, & suis cultu superstizioso imponente. Scythas ab Anacharsi edoctos, factis potius, quam vocibus tradidisse sapientiam, ex Maximi Tyrii diff. 15 & Larræi Historia septem Sapient. p. 32 & seq. patet. Druidæ vero Germanorum, Britannum & Gallorum quondam Sacerdotes virtutem suis quidem inculcarunt, suspectos tamen se reddiderunt, dum Magos & Ægyptiorum sacerdotes imitando nimiam a plebe & principibus, metu sæpe proscriptionis, exegere reverentiam. Græci tum in medium prodeunt morum doctores, quibus an Homerus & Hesiodus, ob panem lucrandum cantantes, accensendi sint, propterea dubitatur, quia (1) aliqua tantum ad mores spectantia & rarissime quidem suis asperlerint, bonisque parcissimis (2) errores plurimos addiderint, sæpissime (3) sibi contradicentes, quæ cuncta exemplis probantur ex Ep. Sen. 88. Præfertur hinc illis Æsopus fabulis tradens perspicue, quæ Aristoteles obscuris involvit terminis. Theognis majori laude esset dignus, nisi, Deos mali autores statuens pauperibus *ἀντοχρησίων* commendasset, superatus adeo a Phocylide, in cujus dictis omnia possunt tolerari. An vero prudenter Abbas Boileau septem Sapientes stultis annumerarit, quia eorum dicta vulgaria tantum contineant emunctioris nasi homines dijudicabunt. Certe edictis etiam vulgaribus elucet sapientia, & quis illos accuset, quod plura illorum dicta ad nos non pervenerint? Tutius cum Cicerone de off. L. 3 c. 4. mediam viam sequimur, nec insipientes illos nec errore omni vacuos judicantes. Thales enim summum bonum in sanitate, divitiis & scientia ponit. Pittacus contra rationem esse statuit inimicis ignoscere. Periander honorem credidit immortalem. Bias defendit *πολυθεότητα*. Cleobulus, Chilo & Solon omnes divites rejecerunt scæminas, cupientes, ut vel pauperem vel fortuna nobis parem ducamus. Anaximander Autor sectæ Jonicæ magis res extra hominem positas consideravit & Anaximenes uxore atque liberis vexatus in rerum mundanarum consideratione quæsitivum solatium. Anaxagoras theoricæ tantum fuit deditus, & Archelaus nihil iustum natura esse defendens, suos

saos libros de justo & æquo ad subruenda tantum morum principia composuit. Socrates theoriam eum praxi optime coniungens rectissime sapientis nomen gereret, nisi summum bonum posuisset in scientia. Dignus illo præceptore fuit discipulus Xenophon, vanus tantum in eo, quod de factis propriis librum conficiens, eum deinde Themogeni Syracusano tradiderit, ut hic suo nomine illum ederet, quo major fides haberetur scripto. De Æschiais colloquiis plura habet Autor, & in his varia, quæ Jo. Clericus in editione sua non animadvertit. Crito litium inimicus fuit constantissimus. Simon vero cerdonis opificium exercens prius, Socratis deinde discipulus, libertatem loquendi omnibus prætulit divitiis. Quis Cebes fuerit, ejus testatur tabula, hic germanice tota ferme apprens. Aristippum autem lenem & amœnum sensuum motum pro summo bono habuisse, ex curriculo vitæ illius probatur. Nam delicatioris ita fuit appetens cibi, ut pro unica perdice 50 drachmas i. e. 6 thl. & 6 gr. solverit. Parasitus quoque fuit Dyonisii Regis notissimus; ejus dicta & apophthegmata nec Cato aliquis sine risu legerit. Cyrenaicis falso attributum, quod nihil natura justum aut contra leges esse crediderint: contrarium enim ex doctrinis eorum a Stobæo servatis patescit. Hegestias huic addictus sectæ docuit, sapientem sui causa omnia suscipere, quem refutavit tum Anniceris, qui sapientem quoque patris & parentum studere commodis defendit. Theodoro impia multa false a Laertio nimis credulo tuisse attributa, ex doctrina & vita Biontis ejus discipuli probatur. Euclides alter discipulorum Socratis Sophistan & litis studiosum se præbuit, hinc in Stilpone statim ejus secta cessavit. Plato sæpe videtur blaterator nimiumque subtilis, Pythagoræ inhærens erroribus. De eo multa vituperanda pariter & laude digna recensentur, quibus adjecta sunt testimonia de discipulorum illius scepticismo. Aristotelis doctrina ex Joannis Calvini, Peripatetici Heidelbergensis, Propædia practica depromitur, interque ejus errores, quos Noster recenset, ille videtur plane ineptus, quod mortem omnium horribilium horribilissimum & nihilominus illam neque bonum neque malum secuturum, crediderit. De scriptis porro, morte & doctrina Theophrasti ipse consulatur Autor, qui

§. 41. 42.

43.

45-47.

48.

49.

50. 51.

52.

53-54.

55. 56.

57. 58.

59-68.

65-68.

69-72.

- de reliquis etiam discipulis Peripateticorum docet, quod paucissimis morum doctrinam urgere in more fuerit positum. Antisthenes, Cynicorum autor, primus aluit barbam, reliquo etiam corporis habitu ab aliis se distinguens, animum pertinacem & superbia elatum semper demonstravit. Secutus est illum Diogenes monetæ antea falsarius, deinde Philosophus, arrogantia nemini secundus, adeo studens obscenitati & convitiis, ut summa cum temeritate laudem quæsierit in vituperio. Superavit tamen illum obscenitate Crates, cum Hipparchia nobili virgine publico concumbens, uxoris deinde fratrem Hipparchum erepitu ventris in suam trahens sententiam, cujus doctrinam ut & aliorum apophthegmata Cynicorum diligenter Autor collegit. Zeno hos excipit, Cynicorum doctrinam aliis tantum proponens verbis, iis tamen rejectis, quæ bonis contrariebantur moribus. Multos post se reliquit discipulos, Aristonem, Cleanthem, Chrysippum, præceptoris strenue inherentes vestigiis. Panætius vero negavit, dolores esse indifferentes, ut Zeno docuit, nec Dyonisius oculorum morbo vexatus illud sibi potuit persuadere, qui relictis Stoicis propterea Cyrenaicis se adjunxit. Contra Possidonius, quamvis paralyti vehementissime laboraret, noluit tamen fateri, dolorem esse malum. Compendium doctrinæ Stoicæ eximium Stanlejus p. 590 Hist. Phil. exhibet, cui tamen Autor adjecit plerima notatu dignissima. Xenophanes, autor Scholæ Eleaticæ, non multum de morum philosophia cogitavit, hinc nec de Parmenide & Zenone Eleate, discipulis ejus, fuerunt multa expectanda. Heraclitum vero renitentia magis Ephesiorum, qui eum urbe ejecerunt, quam miseria hujus vitæ ad lacrymas compulit, hinc & illud, quod cuique placet, summum bonum credidit. Democritus factis potius, quam dictis morum doctrinam exercuit, in quo tamen illius discipuli multum ab eo discesserunt. Epicurus odium Stoicorum sibi attraxit, quod amœniori ad virtutem via incedens, plurimos ex illorum auditoribus sibi adjunxisset; hinc etiam tot mendacia de eo finxerunt alii. Doctrinam ejus & discipulorum concordiam plane mirandam multis Autor persequitur. Pyrrho doctrina sua,
- quod.



quod nihil natura sit justum, bonum aut malum, effecit, ut plebs  
 cæco impetu fidem haberet sacerdotibus, atq; hinc ab Eliensibus  
 Pontifex est constitutus. Discipuli hujus Timo & Eurylochus  
 pessimæ notæ extiterunt, quippe bonis contraria legibus docue-  
 runt. Pythagoram Autor judicat doctrina sua imponere homini-  
 bus voluisse. Hinc notatu dignissima de modo illius docendi, dis-  
 cipulorum habitu atque symbolis, nec non cujuslibet doctrina,  
 in medium profert, imprimis vero symbolicas Pythagoræ  
 sententias germanice exhibet annotationibus ubique exornatas.  
 Lectura quoque digna sunt, quæ de mulieribus Pythagoram se-  
 quentibus ex illarum epistolis observavit. Tandem ad Roma-  
 nos fit transitus, negaturque, Numam sua ex Mose &  
 Pythagora hausisse, cum hoc sit antiquior, & Hebraicis literis  
 destitutus illum non potuerit assequi. Odium hinc Romano-  
 rum erga Philosophos recenset, quod cessarit paulatim, cum  
 filius Catonis, alias Uticensis, amore persequeretur Stoicos:  
 huic vero ebrietas & contemptus providentiæ obiicitur. Jam ex  
 Lucretio multis adductis, ad Ciceronem, plus ingenio quam  
 virtutibus valentem, pergit, in rebus secundis eum arrogantem  
 sistens, in adversis vero animo dejectissimum. Ex philoso-  
 phicis ejus libris multa expromit, ubi per *Wunder-Sage* si-  
 ne dubio intelligit Paradoxa. Quemadmodum autem Cicero  
 fovit Stoicos, ita Epicurum sectatus est Atticus & nihilominus  
 ambo animo permanserunt conjunctissimi. Publii Syri men-  
 te proposita, ulterius Augustum Cæsarem & Mæcenatem Epicu-  
 reum sapientibus adnumerat, quo tempore etiam Sextum Ru-  
 fum floruisse, Senecæ in Ep. 98 & 64 tantopere æstimatum, de-  
 monstrat. Virgilium & Horatium multa ad morum doctrinam  
 spectantia inspersisse largitur; negat vero, contra Jul. Cæs.  
 Scaligerum, magis aliquem ex Virgilio posse sapere, quam  
 ex omnibus Philosophorum scriptis. Ridet quoque Daceri-  
 um, qui Horatium Mosis & Salomonis libros legisse asserat.  
 Ovidium in Metamorphosi sensum moralem intendisse, minime  
 sibi Autor persuadet, & quas Verulamius in libro de Sap. Vet. at-  
 tulit explanationes mysticas, nimis putat contortas. Phædri cum  
 laude fit mentio, & Persii Flacci, Stoicis addicti, obcuritas, Lu-  
 cani, pariter Stoici, inconstantia, Thrasei Petonis severitas Stoica

S. 113-118.

119-156.

157-162.

163-168.

169-172.

173-181.

182. 183.

184-199.

200-212.

213-230.

ta.

- taxantur. Bassus Aufidius, Senecæ amicus, celebratur ob constantiam, nec minus ipse Seneca, inter hypocritas a multis relatus, defenditur strenue. De stylo hinc Senecæ multa inveniuntur & errores illius annotantur. Pauca deprehendes de Musonio Rufo & Demetrio, sed Epictetus ceu Romanorum sapientissimus extollitur. Plinius secundus Deum, mundum & naturam pro uno habuit, propterea quoque negans providentiam & immortalitatem animæ. Juvenalis vitam egit pessime, & Martialis ingenio servili usus est, Epicuro addictus. Plutarchus Platonem & Aristotelem pluris æstimavit, quam Epicureos aut Stoicos; Tacitus vero tantum adhæsit Stoicis. Favorinus sub Hadriano egit Scepticum & M. Antonini magis imperium æstimatur, quam doctrina, quamvis eum extollant Dacerii conjuges. Maximus Tyrius, Antonini Præceptor, in diss. suis optima proposuit, cetera nimia turgidus superbia. Claudit agmen Dyonisius Cato, cujus incertam ætatem Cæsaris Valentiniani imperium ferme attigisse sibi persuadet, & multa ex distichis ejus falso Catoni majori, Senecæ & Ansonio tributis excerpit, quod in reliquorum etiam scriptis ita observavit, ut neminem facile integrum librum perlegisse pœnitere possit.

Pflichten des heil. Prediger-Standes, 2c.

i. e.

*RICHARDI BAXTERI, THEOLOGI ECCLÆ-  
siae Anglicanae, Gildas Salvianus seu. Officia Ministri Eccle-  
siae, una cum detectione abusuum in hoc ordine deprehensorum, cum præfat. AD RECHENBERGII, S. T. D. & Prof. in  
Acad. Lips. Primum ex Anglico in Germanicum sermo-  
nem transfudit S. A. M.*

Francofurti & Lipsiæ, ap. Jo. Fel. Bielckium, 1716, 4.

Alph. 2 plag. 6 & dim.

**C**elebratissimus inter Presbyterianos Anglos Baxterus nihil prius habuit, quam ut ordinis Ecclesiastici defectus ac abusus, quos circa examina imprimis catechetica & disciplinam Ecclesiasticam deprehendit, emendaret, eoque, præmissis primis libro, sub titulo: *The Abridgement of divers Ministers*, in quo breviter Ministros Ecclesiæ ad curam muneris sui assiduam extimulavit, hunc librum, quem præ manibus habemus, paulo elucubratiorum edidit sæpiusque recudit. Nobis novam hanc versionem indicasse sufficiat, cui Præfationem luculentam præmisit Celeb. Rechenbergius noster, in qua opus hoc Ministris Ecclesiæ apprimè commendat,

— ( o ) —

(289)

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA.  
*Tom. VII Sect. VII.*

---

FOEDERA, CONVENTIONES, LITERÆ ET  
*cujuscunque generis Acta publica &c. accurante*  
THOMAS RYMER.

*Tomus XI.*

Londini, per A. & I. Churchill, 1710, fol.  
Alph. 9 pl. 11.

**T**omus hic ab anno Christi 1441, qui Henrico VI regni vigesimus fuit, usque ad annum Eduardi decimum quartum, Christi 1474, continuatur. Miramur tam pauca de negotiis cum Gallo usque ad primam Henrici abdicationem transactis, hic occurrere. Cum Scotis plurima, ut solet, tractata. Instrumento induciarum triennialium A. 1451 sancitarum, additur (p. 291) protestatio Legatorum Anglicorum, ne quid derogatum censeatur supremo Regis juri, quod in Scotiam sibi tribuebat, Scoti autem agnoscere volebant. Cum Regibus Daniæ Christophoro & Christierno multum intercessit negotii, circa libertatem commerciorum. Exstant eo pertinentia documenta p. 57, 157, 264, 273, 277, 307. Multa item quæ commercia cum Hanseaticis, & imprimis cum ordine equestri in Prussia, illustrent, passim sese offerunt. Pag. 217 legitur procuratorium Legatorum ad confirmandum cum iis fœdus missorum. A. 1449 denuo mittuntur Legati, (p. 241) qui de exortis super inter Anglos & Prussos querelis transigant, (conf. p. 272) quo & referenda sunt porro quæ p. 282, 305, 311 sequuntur documenta.

00

Notum

Notum est quam turbulentum domi Imperium Henricus habuerit. P. 639 legitur diploma Regis de d. 9 Nov. 1455, Ducem Eboracensem Protectorem & defensorem Regni, ad preces Senatus populique Anglicani constituentis, in quo suam accusat valetudinem, quæ ipsi obire omnia principatus munia non permittat. Sequuntur multa ambiguo illo tempore publicata. Sic qui modo cives sibi fideles adversus Ducem Eboracensem, & Comitum Warwicensium, & que tanquam rebelles excitaverat, ubi in manus illorum inciderat, omnia ad libitum illorum facit, p. 458 seqv. & rebelles illos non modo restituit, sed publice factam illis injuriam quasi deprecatur. Adeo imperarunt captivo Regi, ut, Richardo in prælio ad Wakefieldam occiso, filio ejus Eduardo mandata daret, ducendi exercitum adversus illos, quos sui causa arma sumfisse sub Reginz auspiciis noverat, p. 471.

Ex privatis negotiis non injucundum fuerit, unum alterumve hic delibare. Phycico, ut tum vocabant Medicos Regis, ex supellestili vestiaria quotannis porrigebantur, quæ ad vestem, *liberaturam Phycici*, pertinerent (p. 54, 56): Rex cum in motum 1454 incidisset, medicis se & chirurgis suis, ac methodo & regulis artis solennibus litteris subjicit (p. 347) quod *licite valeatis moderare nobis dietam juxta discretionem vestram & casus exigentiam. Et quod in regimine Medicinalium libere nobis possitis ministrare electuaria, potiones, aquas, syrupos, confectiones, laxativas medicinas in quacunque forma nobis gratiori, & ut videbitur plus expedire, clisteria, suppositoria, caputpurgia, gargarismata, balnea, vel universalia vel particularia epithimata, fomentationes, embrocationes, capitis rasuram, unctiones, emplastra, cerosa, veniosa cum scarificatione vel sine, emeroidarum provocationes, &c.* Ecce verba Thoma Daiforo digna. Ceterum scientiæ naturalis, & chemiæ præsertim studia multos sub hoc regno iavenerunt cultores. Invenimus hic plura privilegia hominibus data, p. 68, 121, 240, 462, *qui metalla imperfecta de suo proprio genere transferre sive transmutare, & ea in aurum & argentum transsubstantiare, ad omnimodas probationes & examinationes &c. possint.* P. 379 medicis quibusdam conceditur facultas medicinam universalem, quam *elixir vite* appellant, conficiendi, quæ simul ad transmuta-

mutationem metallorum valeat. Jamque gratulatur quasi sibi suisque Rex, de commodis valetudini inde proventuris, *de- que verissimo auro & finissimo argento* in quod brevi omnia Angliæ metalla vertenda sunt. Epistola ad Ducem Silesiæ Baltezarum A. 1452 data, (p. 312) singularis argumenti est: commendaverat nobilem aliquem Regi, qui obsequium illi suum addicere volebat; rescribit Rex: . . . *libenti animo eum recepissemus si vel vulgari nostro, aut alio ydeomate ad conversationem mutuam cum nostris habendam opportuno fuisset imbutus: Verum quia difficile visum est, ut dies suos ageret cum gente, cujus ydeomata sibi penitus incognitum existeret, ipsum ex omni animi nostri favore licentiandum duximus, ut ad propria feliciter remearet.*

Prævaluit postea Eboracensis factio, ut abdicato Henrico VI Eduardus ille d. IV Martii A. 1461 ad regnum eveheretur. Illo regnante A. 1465 Hamburgi cum Christiæ Regis Daniæ Legatis in utriusque Regis vitam pax sancita est, cujus instrumentum p. 551 habetur. Iterum excipitur Islandia, & Halgalandia, ne Anglijs eo instituere commercia liceat. Cum Rege Galliz varia pacis consilia tentata fuisse passim videmus. Sed nihil quidem solidi, quod inde evenerit, reperimus. Interea enim Warwicensis, pertracto in partes fratre Eduardi Duce Clarentiæ, Henricum ex carcere in solium reposuit. Is statim cum Ludovico XI quinquennales inducias pepigit (p. 683.) Gallus enim Eduardum propter affinitatem Burgundicam odio habebat, ideoque Henrici restitutioni impense favebat. Sed ille mox in regnum reversus est, A. 1471. Contra quem duo Regis mandata p. 705 & 706 leguntur. Excipit illa immediate (p. 709) nova Eduardi proclamatio, qui jus regium non modo ex consensu populi, sed & jure victoriæ, quam adversus Henrici copias obtinuerat, derivat. Et sic statim Henricum *de Winderfore nuper de facto & non de jure Regem Angliæ* in custodia iterum videmus. Expensæ enim in victum ipsius, & post in sepulturam factæ p. 712 in rationes referuntur. Cum Gallis quidem usque ad d. I Maii anni 1472 induciæ panguntur, (p. 722) verum finitis illis memorabile cum Carolo Burgundo scædus *pro recuperatione Regni Francia* iniit. (p. 806) Eduardus spondet

Notum est quam turbulentum domi imperium Henricus habuerit. R. 639 legitur diploma Regis de d. 9 Nov. 1456, Ducem Eboracensem Protectorem & defensorem Regni, ad preces Senatus populique Anglicani constituentis, in quo suam accusat valetudinem, quæ ipsi obire omnia principatus munia non permittat. Sequuntur multa ambiguo illo tempore publicata. Sic qui modo sives sibi fideles adversus Ducem Eboracensem, & Comitem Warwicensem, que tanquam rebelles excitaverat, ubi in manus illorum inciderat, omnia ad libitum illorum facit, p. 458 seqv. & rebelles illos non modo restituit, sed publice factam illis injuriam quasi deprecatur. Adeo imperarunt captivo Regi, ut, Richardo in prælio ad Wakefieldam occiso, filio ejus Eduardo mandata daret, ducendi exercitum adversus illos, quos sui causa arma sumfisse sub Reginz auspiciis noverat, p. 471.

Ex privatis negotiis non injucundum fuerit, unum alterumve hic delibare. Phycico, ut tum vocabant Medicos Regis, ex supellectile vestiaria quotannis porrigebantur, quæ ad vestem, *liberaturam Phycici*, pertinerent (p. 54, 56): Rex cum in mombum 1454 incidisset, medicis se & chirurgis suis, ac methodo & regulis artis solennibus litteris subjicit (p. 347) quod *licite valeatis moderare nobis dietam juxta discretiones vestras & casus exigentiam. Et quod in regimine Medicinalium libere nobis possitis ministrare electuaria, potiones, aquas, syrupos, confectiones, laxativas medicinas in quacunque forma nobis gratiori, & ut videbitur plus expedire, clisteria, suppositoria, caputpurgia, gargarismata, balnea, vel universalia vel particularia epithimata, somentationes, embrocationes, capitis rasuram, unctiones, emplastra, cerosa, ventosa cum scarificatione vel sine, emeroidarum provocationes, &c.* Ecce verba Thoma Daiforo digna. Ceterum scientiæ naturalis, & chemiæ præsertim studia multos sub hoc regno iavenerunt cultores. Invenimus hic plura privilegia hominibus data, p. 68, 124, 240, 462, *qui metalla imperfecta de suo proprio genere transferre sive transmutare, & ea in aurum & argentum transsubstantiare, ad omnimodas probationes & examinationes &c. possint.* P. 379 medicis quibusdam conceditur facultas medicinam universalem, quam *elixir vite* appellant, conficiendi, quæ simul ad transmuta-

mutacionem metallorum valeat. Jamque gratulatur quasi sibi suisque Rex, de commodis valetudini inde proventuris, *de- que verissimo auro & finissimo argente* in quod brevi omnia Angliæ metalla vertenda sunt. Epistola ad Ducem Silesiæ Baltejarum A. 1452 data, (p. 312) singularis argumenti est: commendaverat nobilem aliquem Regi, qui obsequium illi suum addicere volebat; rescribit Rex: . . . *libenti animo eum recepissimus si vel vulgari nostro, aut alio ydeomate ad conversationem mutuam cum nostris habendam opportuno fuisset imbutus: Verum quia difficile visum est, ut dies suos ageret cum gente, cujus ydeomata sibi penitus incognitum existeret, ipsum ex omni animi nostri favore licentiandum duximus, ut ad propria feliciter remearet.*

Prævaluit postea Eboracensis factio, ut abdicato Henrico VI Eduardus ille d. IV Martii A. 1461 ad regnum eveheretur. Illo regnante A. 1465 Hamburgi-cum Christiæni Regis Daniæ Legatis in utriusque Regis vitam pax sancita est, cujus instrumentum p. 551 habetur. Iterum excipitur Islandia, & Halgalandia, ne Angliis eo instituere commercia liceat. Cum Rege Galliz varia pacis consilia tentata fuisse passim videmus. Sed nihil quidem solidi, quod inde evenerit, reperimus. Interea enim Warwicensis, pertracto in partes fratre Eduardi Duce Clarentiæ, Henricum ex carcere in folium reposuit. Is statim cum Ludovico XI quinquennales inducias pepigit (p. 683.) Gallus enim Eduardum propter affinitatem Burgundicam odio habebat, ideoque Henrici restitutioni impense favebat. Sed ille mox in regnum reversus est, A. 1471. Contra quem duo Regis mandata p. 705 & 706 leguntur. Excipit illa immediate (p. 709) nova Eduardi proclamatio, qui jus regium non modo ex consensu populi, sed & jure victoriæ, quam adversus Henrici copias obtinuerat, derivat. Et sic statim Henricum *de Winderfore nuper de facto & non de jure Regem Angliæ* in custodia iterum videmus. Expensæ enim in victum ipsius, & post in sepulturam factæ p. 712 in rationes referuntur. Cum Gallis quidem usque ad d. I Maii anni 1472 induciæ panguntur, (p. 722) verum finitis illis memorabile cum Carolo Burgundo scædus *pro recuperatione Regni Franciæ* iniit. (p. 806) Eduardus spondet

Notum est quam turbulentum domi Imperium Henricus habuerit. R. 639 legitur diploma Regis de d. 9 Nov. 1455, Ducem Eboracensem Protectorem & defensorem Regni, ad preces Senatus populique Anglicani constituentis, in quo suam accusat valetudinem, quæ ipsi obire omnia principatus munia non permittat. Sequuntur multa ambiguo illo tempore publicata. Sic qui modo sives sibi fideles adversus Ducem Eboracensem, & Comitem Warwicensem a quoque tanquam rebelles excitaverat, ubi in manus illorum inciderat, omnia ad libitum illorum facit, p. 458 seqv. & rebelles illos non modo restituit, sed publice factam illis injuriam quasi deprecatur. Adeo imperarunt captivo Regi, ut, Richardo in prælio ad Wakefieldam occiso, filio ejus Eduardo mandata daret, ducendi exercitum adversus illos, quos sui causa arma sumfisse sub Reginæ auspiciis noverat, p. 471.

Ex privatis negotiis non injucundum fuerit, unum alterumve hic delibare. Phycico, ut tum vocabant Medicos Regis, ex supellectile vestiaria quotannis porrigebantur, quæ ad vestem, *liberaturam Phycici*, pertinerent (p. 54, 56): Rex cum in morbum 1454 incidisset, medicis se & chirurgis suis, ac methodo & regulis artis solennibus litteris subjicit (p. 347) quod *licite valeatis moderare nobis dietam juxta discretionem vestras & casus exigentiam. Et quod in regimine Medicinalium libere nobis possitis ministrare electuaria, potiones, aquas, syrupos, confectiones, laxativas medicinas in quacunque forma nobis gratiori, & ut videbitur plus expedire, clisteria, suppositoria, caputpurgia, gargarisinata, balnea, vel universalia vel particularia epibimata, fomentationes, embrocationes, capitis rasuram, unctiones, emplastra, serota, ventosa cum scarificatione vel sine, emeroidarum provocationes, &c.* Ecce verba Thoma Daiforo digna. Ceterum scientiæ naturalis, & chemiæ præsertim studia multos sub hoc regno invenere cultores. Invenimus hic plura privilegia hominibus data, p. 68, 121, 240, 462, *qui metalla imperfecta de suo proprio genere transferre sive transmutare, & ea in aurum & argentum transsubstantiare, ad omnimodum probationes & examinationes &c. possint.* P. 379 medicis quibusdam conceditur facultas medicinam universalem, quam elixir vite appellant, conficiendi, quæ simul ad transmuta-



mutationem metallorum valeat. Jamque gratulatur quasi sibi suisque Rex, de commodis valetudini inde proventuris, *de- que verissimo auro & finissimo argento* in quod brevi omnia Angliæ metalla vertenda sunt. Epistola ad Ducem Silesiæ Baltezarum A. 1452 data, (p. 312) singularis argumenti est: commendaverat nobilem aliquem Regi, qui obsequium illi suum addicere volebat; rescribit Rex: . . . *libenti animo cum recepissemus si vel vulgari nostro, aut alio ydeomate ad conversationem mutuam cum nostris habendam opportuno fuisset imbutus: Verum quia difficile visum est, ut dies suos ageret cum gente, cujus ydeomata sibi penitus incognitum existeret, ipsum ex omni animi nostri favore licentiandum duximus, ut ad propria feliciter remearet.*

Prævaluit postea Eboracensis factio, ut abdicato Henrico VI Eduardus ille d. IV Martii A. 1461 ad regnum eveheretur. Illo regnante A. 1465 Hamburgi cum Christiani Regis Daniæ Legatis in utriusque Regis vitam pax sancita est, cujus instrumentum p. 551 habetur. Iterum excipitur Islandia, & Halgalandia, ne Anglijs eo instituere commercia liceat. Cum Rege Galliz varia pacis consilia tentata fuisse passim videmus. Sed nihil quidem solidi, quod inde evenerit, reperimus. Interea enim Warwicensis, pertracto in partes fratre Eduardi Duce Clarentiæ, Henricum ex carcere in solium reposuit. Is statim cum Ludovico XI quinquennales inducias pepigit (p. 683.) Gallus enim Eduardum propter affinitatem Burgundicam odio habebat, ideoque Henrici restitutioni impense favebat. Sed ille mox in regnum reversus est, A. 1471. Contra quem duo Regis mandata p. 705 & 706 leguntur. Excipit illa immediate (p. 709) nova Eduardi proclamatio, qui jus regium non modo ex consensu populi, sed & jure victoriæ, quam adversus Henrici copias obtinuerat, derivat. Et sic statim Henricum *de Windsor nuper de facto & non de jure Regem Angliæ* in custodia iterum videmus. Expensæ enim in victum ipsius, & post in sepulturam factæ p. 712 in rationes referuntur. Cum Gallis quidem usque ad d. I Maii anni 1472 induciæ panguntur, (p. 722) verum finitis illis memorabile cum Carolo Burgundo sædus *pro recuperatione Regni Francia* iniit. (p. 806) Eduardus spondet

se X millia armatorum in Galliam trajecturum, & Dux suam operam pollicetur. Rex deinde donat p. 810 Duci Comitatum Barensem, Campaniæ, Nivernensem, Rothellensem, Comitatum d'En, Comitatum de Guise, Tornacum, civitates ad Sommen sitas, aliaque, & ne feudi quidem vinculum sibi servat. Invitatur Ferdinandus Neapolitanus in societatem tæderis (816) itemque Fridericus Imperator (p. 834) & Hungariæ Rex (p. 836,) fervetque apparatus armorum, magno conatu, sed qui mox in vanum recidet. Paulo ante Regi cum Hanseaticis Ultrajecti convenerat. Prolixæ sunt tæderis tabulæ a p. 893 ad 903.

THE ROMISH ECCLESIASTICAL HISTORY  
of late Years.

i. e.

HISTORIA ECCLESIASTICA ROMANA RE-  
centiorum annorum; Auctore RICHARDO  
STEELE, Armigero.

Londini, apud J. Roberts, 1714, 8.

Plag. 13.

**A**utor Nobilissimus partibus illorum, quos *Whigs* vocant, addictus in Anglia satis celebris est, maxime ob schedas sub titulo *Fatler & Spectator* publicatas, ad quæ symbolam suam liberali manu contulit. In libello autem, quod præ manibus habemus, rubrum paulo generalius videtur. Nam exhibet saltem Historiam Canonisationis S. Pii V Papæ Romani, S. Andreæ Avellino, S. Felicis da Cantalice, & S. Catharinæ Bononiensis, a Clemente XI Papa Romano A. 1712 peractæ, ex manuscripto Italico Germanice ante hac translata & edita Francofurti ad Mœnum A. 1712, nunc autem Anglice versam. Hanc autem eo scopo publicavit, ut pateret, quomodo Romana Ecclesia religionem profanet, & pro ambitione sua, qua in universum terrarum orbem dominium sibi arrogat, audeat etiam de cælo decernere, & mansionum beatarum incolas nominare; imo ut alii inde eo magis ab illa, ejusque idololatria abhorrerent. Hanc primam

Præ-

Præfatione pollicetur. In *Appendice*, quam eidem adjunxit, pariter quædam occurrunt, quæ Protestantes, & præsertim Anglos odio Romanæ Ecclesiæ implere possunt. Sic Num. I extat Catalogus Collegiorum, Monasteriorum & Conventuum Anglicanorum, in Belgio a Pontificiis institutorum ex utriusque sexus hominibus, non solum ex Anglia surreptis, sed aliis etiam, quorum & magna merita, & præclaræ animi dotes extiterint, & singulares in omnibus artibus & scientiis profectus, quo illis ad evertendam patriæ ipsorum religionem & Reip. statum uti possint; una cum designatione reddituum, quos ex Anglia illi secum auferant. Num. II comparent Excerpta ex *Taxa Camera, seu Cancellaria Apostolica*, libro ante centum annos & ultra auctoritate Papæ illius temporis impresso, quo recensentur pensiones pro absolutionibus, dispensationibus, licentiis, indulgentiis, facultatibus & immunitatibus solutz. Num. III notari meretur Bulla, ex *Dacherii Spicileg. T. IV p. 275* petita, qua Clemens VI Pontifex Romanus Joanni Regi, & Joannæ Reginae Franciæ, & successoribus illorum in perpetuum indulget, ut Confessor religiosus, vel secularis, quem quilibet eligendum sibi duxerit, vota & juramenta, quæ commode servare non possint, ipsis commutare valeat in alia opera pietatis. Unde Autor noster in Præfatione sequentia deduxit. (1) Quod nullus Galliæ Rex diutius juramentum servare debeat, quam emolumenta ipsius serant; si Confessorem obtinere possit, qui illud in aliud pietatis opus commutet. (2) Quod tali Confessore destitutus esse nequeat, cum eligere sibi aliquem ex toto Clericorum cœtu possit, quem velit. (3) Quod quo magis superstitiose Pontificiæ auctoritati addictus sit, eo facilius per conscientiam ipsi liceat, sanctissima juramenta & fœdera violare. (4) Quod ex dissolutione præcipui humanæ societatis & regiminis vinculi, juramenti, facile sequatur doctrina de plena potestate absolvendi a criminibus quibuscunque perpetratis, & legibus divinis solvendi. (5) Quod cum ejusmodi potestas concedatur, antequam juramentum præstetur, facile aliquis induci possit, præstare juramentum, cum proposito illud violandi. (6) Quod nulla esse possit securitas in conventionē aliqua cum hominibus, qui tali privilegio gaudeant. Num.

IV exhibetur versio Anglica Orationis Sixti V Pontificis Romani, in Consistorio Romano A. 1589 die 2 Septembris habitæ, qua defendit cædem Henrici III Galliarum Regis a Jacobo Clemente patratam. Denique Num. V ex Pontificiis scriptoribus varia afferuntur loca, & Christianæ charitati, & civili societati adversa; quibus nimirum Protestantes Atheismi inculant, auferre hæreticis bona, nec deposita & debita reddere, eosdemque defraudare decimis permittunt, amorem & jura parentum erga liberos, & liberorum erga parentes tollunt, cognationis vinculum dirumpunt, custodes arcium & ceteros Vasallos & subditos a vinculo sacramenti, quo Dominis fidem promiserunt, & obsequio liberant, & Pontificibus Romanis Reges regnis, Imperatores imperiis privandi potestatem concedunt. Ex quibus principiis in Præfatione rursus derivat Noster, quod in Anglia Ardenius, Lopezius aliique diversis temporibus Elisabethæ Reginae, & Fauxius, Garnetus, Catesbejus, eorumque socii Jacobo I æque ac primoribus gentis insidias struxerint, in Gallia Henricus III a Jacobo Clemente, & Henricus IV a Ravillaco, in Hispania Carolus, Philippi II Regis filius, a Monachis S. Hieronymi occisi sint.

**GENNADII MASSILIENSIS LIBER DE**  
*Scriptoribus Ecclesiasticis, cum notis Aub. Mirai, & Ern. Sal. Cypriani. Præmittuntur W. E. TENZELII Annotationes ad Hieronymi librum de scriptoribus ecclesiasticis.*

Jenz, apud Jo. Bielckium, 1703, 4.

Alph. 1.

**H**ieronymianum Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogum, singulari summe Rev. Cypriani cura illustratum, cum A. 1700 p. 449 sq. recensuerimus, Gennadii librum ejusdem argumenti, ab eodem denuo editum, sed a nobis nescio quo casu omissum, paucis nunc inter Supplementa recensere visum est. Exhibet nimirum Cl. Cyprianus Gennadium nitide excusum, adjectis doctissimis Mirai scholiis, suisque ipsius, perpaucis quidem

dem, notis, quæ raro aliud, quam diversas lectiones, ex MSS. codicibus, in præfatione laudatis, petitas, exhibent. Nam ne tantum laboris impenderet illustrando Gennadio, quantum tribus ante annis in Hieronymo elucidando consumserat, aliis haud dubie negotiis impeditus est. Ceterum lectoris desiderium levavit præmittendo *Tenzelii* annotationes ad quatuordecim priora Catalogi Hieronymiani capita. Hæ sane sunt doctissimæ, optandumque foret, ut cetera quoque capita persequi sive licuisset sive libuisset Tenzelio. In unum enim congestis, quicquid passim pro industria sua legerat inserviens illustrationi Hieronymi: inter quæ lectu dignissima est illa dissertatio, quam ad Caput VI exhibet. In ea enim duodetriginta paginis disputat, epistolam, quæ sub Barnabæ nomine extat, esse subditi-  
tiam: afferens etiam rationes, cur eam credat Alexandriæ confictam fuisse extremis Hadriani Imp. annis. Hisce Tenzelianis notis *Cyprianus* subjunxit variantes lectiones ex tribus MSS. codicibus Catalogi Hieronymiani. Denique subjunctus est Index scriptorum a Gennadio adductorum: in quo tamen typographi, uti videtur, culpa omisus est *Augustinus*, item *Cassianus*, *Cyrus Alexandrinus*, atque *Orosius*.

Liceat paucis indicare aliorum ad Gennadium annotationes aliquot criticas. Quatuor diversas lectiones, a *Latino Latino* annotatas, & in T. X Operum Hieronymi pag. ult. repetitas, meminimus: quanquam exigui ex sunt momenti. *Cap. XIII* pro *δὲ τοῦ ἁγίου* rescribendum esse *δὲ τοῦ ἁγίου*, *Gisantium* secutus censet *Clericus* Bibl. sel. T. XVII p. 148, & *Fabricius* Bibl. Lat. lib. IV cap. 2 p. 697. *Cap. XV* pro *nostrarum literarum* reponit *Tenzelius* in Recensionibus suis mensuris ad A. 1705 p. 864 *nostrorum literas*. *Capit. XIX* ultimam periodum pro assumento alienæ manus habet *Clericus* Bibl. sel. T. XX p. 330. *Cap. LXI* error Gennadii, *Cassianum natione Scytham* vocantis, coarguitur a *Reimanno* in præfatione ad compendifictam a se Bibliothecam Vindobonensem §. 10, item a *Fabricio* Bibl. Græc. lib. V cap. 14 §. 6 p. 552. *Cap. LXXXIV* *Baluzius* in notis ad Lupum Ferrariensem, p. 488 editionis novissimæ, refert, in vetustissimo monasterii Corbeienfis codice Gennadii (cujus copia ut sibi fieret, frustra

Ma

IV exhibetur versio Anglica Orationis Sixti V Pontificis Romani, in Consistorio Romano A. 1589 die 2 Septembris habitæ, qua defendit cædem Henrici III Galliarum Regis a Jacobo Clemente patratam. Denique Num. V ex Pontificiis scriptoribus varia afferuntur loca, & Christianæ charitati, & civili societati adversa; quibus nimirum Protestantes Atheismi inculant, auferre hæreticis bona, nec deposita & debita reddere, eosdemque defraudare decimis permittuat, amorem & jura parentum erga liberos, & liberorum erga parentes tollunt, cognationis vinculum dirumpunt, custodes arcium & ceteros Vasallos & subditos a vinculo sacramenti, quo Dominis fidem promiserunt, & obsequio liberant, & Pontificibus Romanis Reges regnis, Imperatores imperiis privandi potestatem concedunt. Ex quibus principis in Præfatione rursus derivat Noster, quod in Anglia Ardenius, Lopezius aliique diversis temporibus Elisabethæ Reginae, & Faustus, Garnetus, Catesbejus, eorumque socii Jacobo I æque ac primoribus gentis insidias struxerint, in Gallia Henricus III a Jacobo Clemente, & Henricus IV a Ravillaco, in Hispania Carolus, Philippi II Regis filius, a Monachis S. Hieronymi occisi sint.

**GENNADII MASSILIENSIS LIBER DE**  
*Scriptoribus Ecclesiasticis, cum notis Aub. Miræi, & Ern. Sal.*  
*Cypriani. Præmittuntur W. E. TENZELII Annotationes ad Hieronymi librum de scriptoribus ecclesiasticis.*

Jenz, apud Jo. Bielckium, 1703, 4.

Alph. I.

**H**ieronymianum Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogum, singulari summe Rev. Cypriani cura illustratum, cum A. 1700 p. 449 sq. recensuerimus, Gennadii librum ejusdem argumenti, ab eodem denuo editum, sed a nobis nescio quo casu omissum, paucis nunc inter Supplementa recensere visum est. Exhibet nimirum Cl. Cyprianus Gennadium nitide excusum, adjectis doctissimis Miræi scholiis, suisque ipsius, perpaucis quidem

dem, notis, quæ raro aliud, quam diversas lectiones, ex MSS. codicibus, in præfatione laudatis, petitas, exhibent. Nam ne tantum laboris impenderet illustrando Gennadio, quantum tribus ante annis in Hieronymo elucidando consumferat, aliis haud dubie negotiis impeditus est. Ceterum lectoris desiderium levavit præmittendo *Tenzelii* annotationes ad quatuordecim priora Catalogi Hieronymiani capita. Hæ sane sunt doctissimæ, optandumque foret, ut cetera quoque capita persequi sive licuisset sive libuisset Tenzelio. In unum enim congestit, quicquid passim pro industria sua legerat inferviens illustrationi Hieronymi: inter quæ lectu dignissima est illa dissertatio, quam ad Caput VI exhibet. In ea enim duodetriginta paginis disputat, epistolam, quæ sub Barnabæ nomine extat, esse subditi- tiam: afferens etiam rationes, cur eam credat Alexandriæ confictam fuisse extremis Hadriani Imp. annis. Hisce Tenzelianis notis *Cyprianus* subjunxit variantes lectiones ex tribus MSS. codicibus Catalogi Hieronymiani. Denique adjunctus est Index scriptorum a Gennadio adductorum: in quo tamen typographi, uti videtur, culpa omissus est *Augustinus*, item *Cassianus*, *Cyrus Alexandrinus*, atque *Orosius*.

Liceat paucis indicare aliorum ad Gennadium annotatio- nes aliquot criticas. Quatuor diversas lectiones, a *Latino La- tinio* annotatas, & in T. X Operum Hieronymi pag. ult. repeti- tas, meminimus: quanquam exigui ex sunt momenti. *Cap. XIII* pro *δὲ τῶν παλαιῶν* rescribendum esse *δὲ τῶν νέων*, *Gifantium* secutus cen- set *Clericus* Bibl. sel. T. XVII p. 148, & *Fabricius* Bibl. Lat. lib. IV cap. 2 p. 697. *Cap. XV* pro *nostrarum literarum* reponit *Tenzelius* in Recensionibus suis mensuris ad A. 1705 p. 864 *nostrorum literas*. *Capituli XIX* ultimam periodum pro assumento ali- enæ manus habet *Clericus* Bibl. sel. T. XX p. 330. *Cap. LXI* error Gennadii, *Cassianum natione Scytham* vocantis, coarguitur a *Reimanno* in præfatione ad compendifictam a se Bibliothecam *Vindobonensentis* §. 10, item a *Fabricio* Bibl. Græc. lib. V cap. 14 §. 6 p. 552. *Cap. LXXXIV* *Baluzius* in notis ad *Lupum Ferrariensem*, p. 488 editionis novissimæ, refert, in vetustissimo monaste- rii *Corbeienfis* codice Gennadii (cujus copia ut sibi fieret, frustra

Ma

Mabillonium a se rogatum esse, in præfatione testatur *Cyprianus*,) ita exhiberi hujus capituli exordium: *Prosper, homo Aquitanica regionis, consiliarius Papæ Leonis, sermons scholasticus, cetera. De memorato Cap. LXXXVII sermo Dei, episcopo, conferri merentur, quæ in Actis nostris leguntur A. 1714 p. 115.*

## INDEX EXPURGATORIUS

ad *SENECÆ Αποκολοκύντων, confectus a C. A. H.*

**I**ndicem exhibeo locorum in satyra *Seneca* longe ingeniosissima depravorum, ac simul medicinam iis, non empiricam, non temerariam, sed methodicam, sed logicam adhibeo. Videant maiorum gentium Critici, ubi recte viderim, ubi (nam in lubrico versatur loco critica industria,) lapsus sum. Vitam Germaniæ nostræ debet hic *Seneca* libellus, *Erasmo* teste *Chil. I cont. 3 n. 1.* Facite, quæso, Critici meæ gentis, mecum, ut idem sanitatem debere Germaniæ jure judicetur. Quo autem faciliore inventu sint, quæ pertractabo, loca, sciant velim lectores, me & paginas & versus indicaturum illius *Seneca*, qui Lipsiæ *Fritschii* sumtu in orbem prodiit anno ejus, quod nunc agimus, sæculi secundo.

## I.

*Pag 806 v. 10* par verborum: *quid viderit, expungo.* Glossema hoc tam est manifestum, ut neminem sperem disensurum. Audiamus *Senecam*: *Nam ex quo in senatu juravit, se Drusillam vidisse cælum adscendentem, & illi pro tam bono nuntio nemo credidit,* (hoc loco ineptus quispiam interpret alleverat illud *quid viderit*) *verbis conceptis affirmavit, se non indicaturum, etiam in medio foro hominem vidisset occisum.*

## II.

*P. 806 v. 13 & 14.* ita rescribo: *Ab hoc ego quacunquæ audivi, certa & clara* (hoc est, non involuto & ænigmatico sermone tecta,) *affero: ita ille me salvum & felicem habeat! Certa & clara* jam restituit *Gronovius* conjectura certa & clara. Postrema verba sunt jusjurandum jocularè, quo per illum nugatorem (a quo se hæc accepisse, quæ narraturus sit, simulat,) jurat *Seneca*



*Seneca*, haud secus ac olim Socrates per canem perque anserem jurasse legitur.

III.

P. 807 v. 8 & 9. *Gronovius* infelix hic fuit medicus. Facilia erunt omnia, si pro oneri rescripseris operi, & insistunt pro acquiescunt. *Nimis rustice*, inquit, *insistunt operi poeta, non contenti ortus & occasus describere, ut etiam medium diem inquietent. Nimis rustice*, hoc est, nimis ex more rusticorum, qui ne medio quidem die ab opere cessant.

IV.

P. 807 v. 17. *Vnam de tribus Parcís seducit*. Ita lego cum *Gronovio*. Certa hæc est & clara lectio, errore scribæ inde orto, quod præcedentis vocis litera postrema primam sequentis evanescente sono absorpsit.

V.

P. 810 v. 5. Deleo inficetum illud fecit, quod veram *Seneca* sententiam corrumpit. Nam &, & hoc loco posita sunt pro tum, tum.

VI.

P. 810 v. 7. Non dubito, quin primo casu *Seneca* scripserit Χαίροντες, ἐν Φημίοντες ἐκπέμπων δόμων. Est autem versus *Senarius* nescio unde depromptus.

VII.

P. 810 v. 13. *Va me* grave est Latinis auribus. Levi mutatione scribo: *Va mi*, id est, mihi.

VIII.

P. 810 v. 17. Pro *impresserunt* *Gronovius* reposuit *impressit*. Quæ correctio tam plana, ut non in margine adscribenda, sed *Seneca* ipse emendandus sit & peccatum scribæ e medio tollendum.

IX.

P. 811 v. 3. vulgaris hæc est lectio: *Tum Hercules primo adpectu sane perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra timuerit: ut vidit &c.* Sanavit huacce locum feliciter *Gronovius*, sed non persanavit. Scribit enim ita: *utcumque etiam Juvonia monstra domuerit*. Mihi sic legendum post diligentem

contemplationem visum est: *Tum Hercules p. a. f. perturbatus, qui tamen Junonia monstra domuerat, ut vidit &c.*

## X.

*P. 812 v. 5.* Pro Marci substituit Planci Gronovius, non Ievi innixus conjecturæ, sed exploratæ historię. Quare ne dubites.

## XI.

*P. 812 v. 18* ita scribi oportere, rest ipse loquitur: *Ille autem Febrim duci jubebat, illo gestu elata (vulgo legitur soluta, ) manus, & ad hoc unum satis firma, quo decollare (id est, decollandos significare) homines solebat.*

## XII.

*P. 812 v. ult. & p. 813 v. 1.* En vulgaris scriptura: *Tum Hercules: Audi me, inquit, tu, & desine fatuari: venisti hic, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum, ne tibi alogias excusiam.* Languidus vero sermo, & ab Herculis si non furore, saltem ira & ardore, prorsus alienus. Optime respondebunt, credo, loquentis affectui hæc verba, quæ proinde Senecæ esse mihi persuasi: *Audi me-fatuari. Unde venis? Cedo mihi verum, ne tibi &c.* Ex cedo errans librarii vel manus vel auris fecit primum cito, deinde citius. *Mures ferrum rodentes,* terribiles scilicet bestiolæ, & in Gyaro insula, teste Plinio, olim repertæ, unde irreperirent, si quæras, dixerim, enatos eos esse partim ex glossemate, partim ex varianti lectione. Nimirum ad *rod-fatuari* non nemo adscripsisse videtur *rod morus*, id est, stultus: & pro *verum* alia lectio *ferrum* habuit, nisi fallor.

## XIII.

*P. 814 v. 13* omisam forte parenthesin restituo. Jam sic scribas velim: *Est aliquid in eo Stoici dei: (jam video) nec cor nec caput habet.*

## XIV.

*P. 814 v. 14, 16 & p. 815 v. 1* corruptissime hæc leguntur: *Si me hercules a Saturno petisset hoc beneficium, cujus menssem toto anno celebravit Saturnalia ejus princeps, non tulisset. Illum Deum ab Jove &c.* Tollam τοῦ ἐμπεδωμένου, & suum cuique red-

reddam, glossata margini, sanata verba *Seneca*. Deleo igitur sine ulla hæsitacione duo illa verba : *Saturnalia ejus*, tanquam manifestam *ἔξήγησεν* istis verbis: *cujus* (Saturni) *mensē*, adscripta in margine. Deleo etiam τὸ *princeps*. Pariter quippe ex ora irrepfit in orationem *Seneca*. Cum enim *Seneca* personam, de qua sermo hic est, non nominasset, sed e superioribus subaudisset, memoriæ subventurus quispiam adscripsit *princeps*, innuens, de Claudio Imp. sermonem fieri. Cetera quo pacto huc sint illata, nondum clare video. Hoc video, aliena esse, atque ita oportere rescribi: *Sed (non si) mehercules a Saturno petisset* (hoc est, *petere debuisset*, elegantissima dicendi ratione,) *hoc beneficium, cujus mensē toto anno celebravit, non ab Jove, &c.* Lege porro, quæ subsequantur, & magis in hac lectione confirmaberis.

XV.

P. 817 v. 6, 7, 8, 9, 10. Quot versus, tot errores scripturæ, additis insuper tribus falsis interpunctionibus. Ego veram scripturam illico exhibeo, corruptelarum causas posthac indicaturus. Sic igitur, me iudice, *Seneca* scripserat: *Quare, quare enim, sororem suam stultum sit ducere? Athenis dimidium licet, Alexandria totum. Quia Romani, inquit, (scilicet Claudius Imp.) mores negant. Hic (observa, Lector, ironiam!) nobis curva torriget! Ex sit ducere factum fuerat studere: ex Romani Rome: ex negant lingunt: ex corriget corrigit: ex mores mures: denique ex diversa lectione τῶ *mores* irrepleat τὸ *molas*. *Negant* eleganter dixit pro *vetant*, quem eundem in modum *Ovidius*:  
*Mittimur in VETITUM semper cupimus que NEGATA.**

XVI.

P. 818 v. 1 scias velim, interrogationem hanc esse, ac proinde ita scribendum: *orant?* Græca, quæ sequuntur, nec lego nec intelligo. Repertus incorruptior codex plus lucis huc inferre, quam ingenium, poterit. Id quod etiam iudico de magno illo hiatu p. 814 v. 7, qui nec ipse, nisi ex antiquo aliquo libro, expleri potest.

XVII.

P. 818 v. 15. *Optim, inquit, magna res erat, Deam fieri:*  
Pp 2 *jam*

*jam nimium facile est.* Sic equidem scribo. Vulgo posteriora ita exhibentur: *jam fama nimium fecisti.* Fama irrepsit ex diversa lectione *et jam.* Ex facile est ortum est ineptissimam illud *fecisti.*

## XVIII.

P. 318 v. 2. *Si quid volueris, in vicem faciam.* Vulgo scriptum est una voce *invicem*, quod erratum sæpe quoque occurrit in *Cartio.*

## XIX.

P. 318 v. 19, 20, 21. *Etiamsi --- senescit.* Quid hæc sibi velint, ego quidem certe nescio. Illud scire mihi videor, non corrigenda ea, sed ejicienda prorsus esse. Nam ista Augusti Imperverba: *Itaque illa (publica) omittam, hæc (domestica) referam. Ipse, quem videtis, per tot annos sub meo nomine latens, hæc mihi gratiam retulit, ut duas Julias, proneptes meas, occideret, &c.* Hæc, inquam, verba tam arte inter se coherent, nihil ut interjici debeat. Ast unde, inquires, duo illi versus? Dicam, quod asscutus conjectura sum, relicta spe fontem erroris clarius detegendi melioribus ingeniis ac felicioribus. Scilicet Græca, quæ hic apparet, vox corrupta videtur ex inscriptione hujus libelli: ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΣ. Hanc in suspicionem me adduxit figuræ vicinitas. Porro *Phormea Græce* natuta mihi videtur esse ex *forma Græca: senescit ex ce* (altera syllaba vocis *Græce*,) *nescit*, quod præcedit. Reliquas dubitationes certissime sustulerit liber aliquis antiquus notæ melioris.

## XX.

P. 319 v. 2, 3. *Videris, Jupiter, an in causa mala, certe in tua.* Is (vulgo: *tua, si*) *hic inter nos futurus est?* Facile persuaserim, hanc fuisse veram Senecæ ipsius scripturam: id quod ante me jam in mentem venerat *Gronovio.*

## XXI.

P. 320 v. 3. *Hunc (sic scribo,) Deum facere vultis?* Vulgaris scriptura: *Hunc nunc.* Sed quid verbis opus est, cum erroris origo in aprico sit?

## XXII.

P. 323 v. 1. Gronovius delet *et auctius*, & sic legit: *Tal-*  
*zhybius*

*zhybius Deorum.* Recte illam vocem ab eo in exilium ejectionem, ecquis dubitet, nisi cæcus sit & excors?

## XXIII.

P. 325 v. 10, 11. Sic habet vulgaris editio: *Erant, qui dicerent, si uni Dii laturam fecissent, Tantalum siti periturum, nisi illi succurreretur: non unquam Sisyphum onere relevari.* Non mediocriter me locus hic exercuit, alio tempore aliis conjecturis animum subeuntibus. Tandem reperisse mihi sum visus, ubi pedem figerem. Nam ille error, qui tot mendas peperit; videlicet cum varians lectio e margine translata in ipsam orationem fuit, hoc quoque loco a me post diuturnam & aërem curam observata tenebras disjecit omnes. Antea vero, quam verum *Senecam* inducam loquentem, *Mureti* huc congruentia verba & afferre mihi, & inspicere lectori, volupe fuerit. *Inter cetera sane multa genera depravationum, inquit ille Var. lect. lib. XV cap. 16, animadversi, librariorum, si quando scripturam satis liquido perspicere non poterant, dubitabantque, hoc an illo modo scriptum foret, aut si quando aliud in aliis exemplaribus scriptum reperiebant, solitos esse UTRUM QUE ponere, & lectorum judicio permittere, utrum verius videretur. Eo modo vix creditibile est, quam multa in optimis scriptoribus mutilata sint. Hæc Muretus.* Eiusdem originis corruptelarum exempla *Scioppius* & *Robortellus* afferunt plura: ille in sua *Arte Critica* p. 80, hic in *Disputatione de ratione corrigendi antiquorum libros* p. 109. His expensis facile mihi, credo, assentientur lectores, veram incorruptamque hanc esse scripturam: *Erant, qui siti periturum dicerent Tantalum, nisi illi succurreretur: non (pro annon) unquam Sisyphum onere relevari? aliquando Ixionis miseri rotam sufflammandam.* Sic & integritatem suam & vehementiam debitam huic orationi reddidi. Scilicet librarius bis scripserat *siti periturum*, semel ante *Tantalum*, iterum post eum. Pari lapsu *siti dicerent* iteraverat. Itaque ex altero *dicerent* ad ultimum evasit *fecissent*, & ex priori *siti periturum* factum est *si uni Dii laturam*. Adeo error errorem trudit. Sed iterum audiamus *Muretum* lib. cit. cap. IX ita fatum: *Solebant homines imperiti, qui vitium sibi describendis libris quaritabant, que per-*

*ram scripserant, non delere, ne libros suos multis lituris deformatos minus vendibiles redderent, sed iis, ut erant, omissis cetera persequi.* Sustuli nunc ego, quod tollere librarius noluit, ne suae ipse operæ pretium minueret. Atque ad hunc quidem *Seneca* libellum hæc jam animadversa sunt.

## DIFFERENZE FILOGICO - SACRE

considerate da R. R.

hoc est

## CONTROVERSIÆ PHILOGICO-SACRÆ,

expense a R. R.

Patavii, apud Josephum Coronam, 1713, 8.

Pl. 3.

- A**utor anonymus, qui sub litera canina se latere posse credidit, quinque potissimum capita ex sacra Philologia pertractat, quorum *primum* agit de *Auctoritate Scripturae sacrae*. Disputatur hic primum contra eos, qui verbo scripto divinitatem exinde abjudicant, quod in quibusdam libris talia scripta esse deprehenduntur, quæ non nisi post mortem Autoris scribi potuerunt. His respondet, non dubitari debere de veritate alicujus historiz, licet plures ejus sint Autores: & Deum quoque inspirare sacris Scriptoribus quædam potuisse, ut eodem tempore & Historicos egerint & Prophetas. Alii objiciunt, quæ in sacris literis traduntur, non convenire cum principiis scientiarum humanarum: quibus reponit, non respexisse Deum in Prophetis eligendis, an aliquis fuerit optimus Philosophus aut Mathematicus: neque Prophetarum fuisse prolixius de mandatis divinis retiocinari: sed divinam sapientiam mentes ipsorum ita egisse affirmat, ut omnia crederent & proferrent divinitus inspirata, si vel maxime rationi nostræ minus convenirent. Tandem ii, qui propter quasdam lectiones variantes auctoritatem Codicis Hebræi in dubium vocant, ex omnium seculorum consensu brevibus refelluntur. Controversia *secunda* evolvit dubium chronologicum de *primis duabus mundi ætatibus*. Nota est ista differentia inter codicem Hebræum & LXX, circa annos tum ante dilu-
- p. 7.
- 9.
- 10.
- 11.

Diluvium, (quæ prima mundi ætas est nostro Auctori) tum post illud ad Abrahamum usque, quæ secunda ipsi ætas audit. Quod ad primam ætatem, sententia Auctoris nostri sic se habet. Ait ille, fieri potuisse, ut aliquis ex Chronologis antiquis per errorem scripserit, *a creato mundo usque ad Noachum fuisse annos 1656*, qui tamen scribere debuerat, *a condito mundo usque ad diluvium Noachi fuisse annos 1656*. Tale volumen forte incidisse in manus viri docti, qui, quod ad chronologiam spectat, a partibus Ægyptiorum steterit, hunc proinde, ut sacrum codicem cum horum commentis conciliaret, annos ipsos sexcentos, qui supererant, sequentem in modum distribuisse. Adamus Sethum anno ætatis 130 generasse narratur, quum vero, Plinio & Censorino testibus, anni Ægyptiorum antiquissimorum saltem unius mensis spatio fuerint, & ea ætate Adamus filium generare non potuerit, ex 130 annis fecerunt 230, quale quid in aliis quinque Patriarchis factum esse constat. Sic annus 30 Salæ mutatus est in 130 &c. reliquis vero, ut Semo & Tharæ, qui tempore dato generare poterant, nihil addiderunt. Ut hanc sententiam incruftet, varia confarcinat ex Censorino, Plutarcho, & tractatu Tal-mudico Cholin, unde pateat, annos Ægyptiorum primo fuisse bimestres, tum quadrimestres, tandem mensium tredecim; atque inde chronologiam ipsorum mirum quantum esse confusam. De secunda ætate sic statuit Auctor noster, fuisse quendam, qui, quum Kainan quartus ab Adam fuerit Patriarcha, per errorem putaverit, Kainanum fuisse quartum a Noacho, inde glossema tale in textum LXX senum Genes. XI, 13 irrepuisse. Posterior sententia admodum est probabilis, de priore iudicent Viri docti.

Quæ hanc excipit controversia, *de varietate linguarum* inscripta est, ubi Auctor mentem suam brevibus exponit, non vero probat. Distinguit enim primo quidem duas istas de creatione hominum narrationes, quæ primo & secundo capite Genesios leguntur; loquitur quoque de Diluvio non universali, sed orientis tantum regionibus attribuendo. Inde putat tot in Sinear fuisse linguas, quot personas, quæ deinde diversas a se invicem sedes quæsierint, &c.

Con-

P. 13

19

26 f.

22. 23.

26.

P. 29.

Controversia quarta *celebrationi Paschato* destinata est, quod ex divino mandato ipso plenilunio ver excipiente haberi debebat, ubi statim occurrit distinctio inter *ver celi*, quod est sub ingressum Solis in Arietem, & *ver terra*, quando prima recentium plantarum vestigia appareat: ubi Autori nostro probabile de posteriori apud Mosen sermonem esse. Difficultatem vero de oblatione mensuræ hordei sic quidem tolli posse putat, nempe multoties accidisse, ut in duobus annis immediate sibi succedentibus fuerint tredecim menses lunares, quales quidem Synedrion intercalabat pro lubitu, ut fruges interea maturescerent.

32.

Ultimum caput *Poesi Hebræorum* destinatum est, de qua hactenus inter Italos lis fuit in his Actis memorata, sed ab Autore nostro ne verbo quidem tacta, ipse potius mentem suam brevibus exponit, hoc modo: Tradunt Josephus, Philo, Eusebius, Hieronymus, Hebræos habuisse versus hexametros, spondaicos, & dactylicos; unde Autor contra illos pugnat, qui linguæ Hebræicæ omnem metri facultatem denegant. Ex eo enim, quod Judæi in Asia, Africa & Europa habitantes Psalmos 67 & 144 eodem modo canere solent, concludit, fuisse ipsius quasdam melodias, quibus Psalmi reliqui potuerint accommodari. Porro ex distinctione vocalium in longas & breves, item ex Dagesch, Maccaph, & Metheg, quæ singula quoque apud Arabes occurrunt, ostendit, linguam Hebræam utique fuisse ita comparatam, ut scandi & in metra redigi posset. Ubi vero tandem nominandum & indicandum est istud metri genus, recurrit ad versus inæquales, quibus constant odæ Pindaricæ, & conjecturam subjungit, eruditiores equidem satis bene caluisse hanc cantandi rationem, pro rudioribus vero ante punctorum inventionem notas aliquas fuisse apponendas. Tandem non putat linguæ Hebræicæ denegari posse scanzionem per hexametros & pentametros, vel etiam secundam rhythmos, in quam rem disticha quædam profert a docto quodam Judæo concinnata. Circa quæ tamen nos duo monemus, *primo*, inventum hoc esse recentiorum temporum, nihilque adeo ad antiquam Hebræorum poesin facere: *secundo*, Judæum illam vocales longas promiscue corripuisse, breves vero produxisse, quod nemo facile probaverit.

38.

42.

46.

WIL.



WILHELMI VAJI S.S. TH. STUD. PIETAS  
*Avunculo suo honorando, JOHANNI REGIO Med. &  
 Phil. Doctori, hujusque Professori, exhibita, in mansuranda  
 editione ejus MODERAMINIS INCULPATÆ  
 TUTELÆ, quo Cl. Autor maculam heterodoxie circa  
 veritatem de Dependentiâ Actionum a Deo ipsi nuper  
 falso adpersam eluit.*

Amstelodami, apud Gerard. onder de Linden, 1713, 8.

Plag. 17 $\frac{1}{2}$ .

**R**uardi Andala V. Cl. *Vindicias*, quibus hocce Cl. Regii *Mo-  
 deramen inculpatæ tuclæ* oppositum est, in Actor. Supplement.  
 T. VI Sect. VI p. 149 recensuimus. Cnr autem Wilhelmus Vaj-  
 us Moderamen illud ediderit, ipse in Præfatione illi præmissa  
 exponit. Nimirum cum Cl. Avunculus ejus Jo. Regius ipse illud  
 publicare cœpisset, Rescriptum accefferat Nobilissimorum  
 Academiæ Frasnqueranz Curatorum, quibus & Andala & Re-  
 gio ulteriori tam scriptione quam disputatione de re inter illos  
 controversa interdixerunt. Antequam vero illud ad Regium  
 pervenisset, ea, quæ nondum prelo subjecta erant, cum Vajo, Co-  
 gnato suo, legenda communicaverat. Hic igitur de Rescripto  
 illo cartior factus, illis non tam legendis quam describendis oc-  
 cupatus fuit, insinuatque foliis, quæ jam excusa erant, ante suum  
 ex laudata Academia discessum a Bibliopola redemptis, totam  
 postmodum Regii Apologiam, cum sibi non esset lex a Nobilissi-  
 mis Curatoribus posita, ad famam illius defendendam sub titu-  
 lo, quem exhibimus, Amstelodami imprimi curavit. Hanc  
 ergo quod jam attinet, Cl. Autor enarrata controversiæ origine  
 (de qua & nos in Actis l. c.) Disputationem suam *de genuina  
 Causa secunda Notione, veraque ejus Efficacia*, quæ Cl. Adversa-  
 rio ipsius litis fundamentum fuit, quatenus ad illam spectat,  
 verbotenus inseruit. Nos illam quæ fieri potest, brevitate per-  
 lustrabimus, ut eo clarius pateat, quibus principiis sententia  
 ipsius a Cl. Andala impugnata nitatur. Præfatus autem non  
 nulla de difficultate hujus argumenti, declarat, se in explicatio-  
 ne ejusdem operam daturum esse, ne causæ primæ independen-  
 tiæ, efficacis & potestati in res creatas aliquid detrahat, & ne

p. 3 sqq.

5.

Qq

cau-

- causas secundas in truncos & stipites convertat. Hinc ante omnia, quid per causam proprie sic dictam intelligendum sit, exponit. Definit autem illam principium substantiale, sua virtute naturali id efficiens, ut aliquid, quod non erat, existat; eaque definitione causæ, in genere consideratæ, explicata, pergat ad contemplandas ejus species. Sed antequam id, quod de actione causæ primæ sub intellectum nostrum cadere potest, scrutetur, præmittit & exponit hoc axioma: *Omni agens agit natura sua convenienter*; additque, cavendum nobis esse, ne actum causæ primæ nostro metiamur pede, putemusque ejus agendi modum nostro esse similem. Et hinc mavult dicere, causam primam esse ens infinite perfectum, quam eam possidere perfectiones infinitas, ne videatur variarum perfectionum admittere complexum, & ita obsit ejus simplicitati. Causam quoque primam, uti existat necessario, ita quoque agere necessario, adserit: non tamen ea necessitate, qua ex essentia ejus hoc vel illud necessario sequi debeat; quippe quæ existat quidem necessario, sed simul independenter. Illos vero, qui maxime causæ primæ agendi necessitatem urgeant, ipso facto eam omni actione transeunte privare existimat, quando ei potentiam substantias producendi denegent. Cujus erroris orta per vestigato, eodemque confutato, ad contemplandam causæ secundæ naturam & actionem transit. Et sicuti antea e numero verarum causarum omnes res corporeas expunxerat, ita substantias intelligentes veræ causæ munere fungi saltem posse, existimat. Solum autem hominis contemplationi hic saltem insistit, quem ut substantiam ratione præditam objecta oblata percipere, & voluntatem suam circa illa exercere observat, & ostendit, dici quidem totum hominem agere, solam tamen mentem primum esse actionis principium. Ostendit porro, quod, licet causa secunda vere agat, tamen agat in dependentia a causa prima. Cumque opposita videantur, causam secundam agere ex se, & tamen quoque agere influxu & actione causæ primæ, hæc inter se conciliandi ratio eo redit, ut asserat, non agere causam primam in secundam, ut illa agat, sed, uti causa secunda per virtutem & in virtute primæ absque passione existat, ita quoque per virtutem & in

& in virtute ejus operari; & quamvis causæ primæ totam suam debeat essentiam, & tamen habeat propriam, sic etiam totam suam actionem primæ acceptam ferre, & tamen ei propriam esse. Duriusculam igitur & minus accuratam quorundam phrasin esse, non agere causam secundam, nisi actam a prima; illamque propriis illorum hypothesebus minus convenire. Illos enim in causa prima quoque unicum agnoscere actum, & causæ secundæ vires ad agendum tribuere sufficientes. Has autem vires vel sufficere ad operandum ex se, vel non sufficere. Si sufficiant, nullam novam actionem requiri, ut reddantur activæ; si non sufficiant, non esse creaturas activas, utpote eo destitutas, quo ex se actiones elicere queant; & contradictionem in adjecto esse, statuere rem activam, quæ, nisi acta ab alia, agere nequeat, & sic revera tolli omnem veram causam secundam. Præterea præcursum vel esse actum a parte rei distinctum a conservatione, vel esse eundem actum. Non esse distinctum, quod simplicitas causæ primæ flagitet, ergo esse eundem actum; & si idem, causam secundam per illam operari viribus creatione acquisitis, licet nihil novum reale ad operandum acquirat. Paulo pressius vero causæ secundæ agendi modo explicato, ex sententia sua Dei decretum absolutum, unicum, immutabile stabiliri, certam & infallibilem haberi præscientiam, hominumque quam amplissimam asseri libertatem, ostendere conatur. Ab ultimo membro facit initium. Libertatem definit facultatem agendi, quod lubet, eamque homini competere hoc modo demonstrat. Hominem, sit, etiam posito concursu, quo ad nullam actionem specialem determinatur, in se spectatum, prorsus esse indifferentem. Posito ergo objecto ita de eo judicare, prout illi de eo judicandum videatur, illudque bonum vel malum esse, vel nonnunquam indifferentis naturæ, sibi liberrime persuadere. Hinc se ultro circa illud determinare, & agere, ut velit, nulla necessitate externa ad id adactum. Et, si qua hic necessitas, illam fluere e relatione objecti ad ejus intellectum, ob quam perceptam hoc vel illud necessario esse agendum ipse ultro judicet, & secundum illud judicium ultro velit & agat. Hanc autem necessitatem a nulla causa rationali evitari posse, cum ipse Deus,

p. 26

27. 28

29.

- p. 30. causa libertatis, necessario agat. Adstruere hominis libertatem, illam neque immutabilitati decreti divini, neque certitudini præscientiæ divini detrahere ostendit. Nimirum docet, respectu hominis omnia esse contingentia, nescire illum, quodnam objectum, sub qua specie, sub qua relatione, in quibus circumstantiis, sese præbiturum sit contemplandum; sed Deum cuncta hæc nosse, præterea intime cognoscere conditionem cuiuscunque hominis, & quale ad tale objectum & in istis circumstantiis oblatum futurum sit hominis iudicium, ac proinde ejus actiones, quæ necessario iudicium sequantur. Jam vero ab æterno Deum ordinasse omnia, quo modo & ordine se invicem sint secutura, & quodnam objectum, & sub qua specie, & in quibus circumstantiis cuilibet homini sit observaturum, & per consequens, quid homo, secundum suum iudicium, ex illa oblatione objecti necessario sequaturum, sit acturus. Salvam ergo esse decreti immutabilitatem, salvam præscientiæ certitudinem, & ob servandam hominis libertatem nulla opus esse ficta, quam vocat, scientia media; salvam providentiam, etiam quatenus versetur circa intimas hominis cogitationes. Et frustra hominem esse querulum ob immutabile decretum, ac si eo quadam necessitate ad agendum impelleretur; id enim non influere in hominis actiones, utpote duntaxat normam, secundum quam cuncta Deus condiderit & dirigat. Hinc quoque nihil æquius esse, quam ut creatura rationalis subsit dominio Dei morali. Disputatione autem hac inserta, & additis quibusdam ad historiam controversiæ spectantibus, ostendit, immerito Cl. Andalem dixisse, monstri aliquid in illa latere. Ut vero de gravi censura ejus eo melius aliquis judicet, verba eo pertinentia ex §. 7 Disputationis ejus de Libero peccatoris arbitrio, & quod ipse illis postea opposuerat, Annexum Disputationis suæ de Mente Humana adjungit, & argumenta Cl. Andalæ in disputandi actu contra Annexum illud proposita cum responsionibus suis, & ulteriori ejusdem Annexi confirmatione in medium profert. Quæ tamen singula hic recensere nimis longum foret. Hinc saltem, quæ contra Cl. Andalæm, statuentem, quod Deus omnes effectus causarum secundarum etiã immediate producat, observat, referre-
- 31.
- 32 sq.
- 38 sq.
- 40 sq.
- 46.
- 48 sqq.
- 60 sqq.

feremus. Animadvertit itaque, illud, quod producit Deus immediate, non fieri adeo actione hominis, quam ipsius Dei, multum prevalente. Deum enim agere, creaturam agere Deum parere, creaturam sequi, & quidem necessario, & necessitate consequentis sequi debere; cum actio Dei non possit esse irrita, & se habeat ad actionem hominis tanquam causa ad effectum, ex qua effectum absoluta necessitate sequi debeat. "Proponamus nobis, inquit, Adamum transgredientem legem Dei positivam," pariterque Deum eum oburgantem, dicentemque ei, quid perpetrasti? annon summo jure, juxta hanc sententiam, ita potuisset Adamus Deo respondere: summe Deus, agnosco tuum in me summum dominium, absolutamque potestatem; quare jam miser sum, quod tibi placuerit absoluto jure uti: veruntamen ego sum extra culpam; quandoquidem tibi visum fuit conjugis meae voluntatem Physica actione praedeterminare, & movere ad appetendum vetitum fructum, ipsumque effectum immediate etiam sistere praesentem; meam quoque ita flectere & inclinare voluntatem, ut uxori meae suadenti assentirer; omne id factum fuit tua actione, me potenter ad id determinante, cui ego resistere non potui, ad quam me in initio habui passive, qua actus fui, & cui necessario debeo obsequi?" Hanc responsionem sic non fuisse iniquam addit, & qui Cl. Andala sententiam defendant, in tantas sese conficere angustias, ut aequaquam consonantia loquantur, & rigidiores eo delabantur absurditatis, ut statuant ipsum Deum operari actiones pravae. Nec dissimulat Noster, se quoque, quando eadem sibi antehac fuerit opinio, eo inclinasse. Hisce pertractatis sententiam suam, quod actio Dei creaturam actuet, reddat agentem, itaque tam comparet, ut absque passione agat, & se ad ipsa objecta determinet, & ejusmodi actio, qua creatura patitur, neque Deo, neque creaturae libere agenti sit conveniens, penitus exponit, idque ut eo rectius peragat, quid sit (1) essentia sive natura rei creatae, (2) essentia activa, (3) natura voluntatis, (4) actio Dei, (5) actio creaturarum agentium, (6) dependentia, antea prolixè declarat. Et sic tandem se ad Cl. Andala Vindicias convertit. Nos potiora quaedam ex animadversionibus ejus ad illas exserpimus.

309

81.

82.  
90 sqq.

149 sqq.

Qq 3

Sta-

p. 186.

Statuerat Cl. Andala, quod, si Deus tantum largiatur agendi vires & conservet, sive, ut exponit Noster, perpetuo suo influxu reddat activas, plus non conferat ad effectum, quam ad nihil, id est, quando nullus edatur effectus, sed tantum sint vires agendi, quas causa secunda etiam nihil agens habeat. Sed respondet Cl. Regius, Medicum, qui curet hominem paralyti laborantem, & perpetuo aptis adhibitis medicaminibus id efficiat, ut spiritus animales libere fluant, neutiquam dicendum esse, ad effectus ejus

187.

plus non conferre, quam ad nihil; quamvis hoc exemplum valde adhuc dissimile pronunciet. Quando inferior dependeat a superiori, causam causæ esse etiam causam causati. Speciem aliquam ejus habere objectionem, si cum Durando statueret, Deum quidem dedisse agendi vires earumque entitatem conservare, sed nihil ad earum ulterius conferre activitatem; sed cum earum activitatem ab earum entitate distinctam nolit, se statuere, illas perenni Dei influxu actuari, ita ut non solum sine eo sint, sed neque agant, neque agere possint. Distinguendam esse inter causam liberam & necessariam: vires agendi esse causam liberam, quæ non semper debeat agere, licet Deus influat, sed quando velit, siquidem Deus influat naturæ uniuscujusque rei

191.

convenienter. Objecerat Cl. Andala, quod, si Deus non ultra posse aliquid det, creatura quoad facultates solas, non quoad earum exercitium ipsosque actus sit dependens. Sed Noster inter dependentiam mediatam & immediatam distinguit.

193.

Minime pugnare hæc duo asseruerat Cl. Andala, Deum ita influere in creaturam activam, ut inde patiat, & creaturam activam semet ipsam determinare ad agendum, & porro agere & operari. Ad quæ primo notat Cl. Regius, non satis plene & accurate proponi statum quæstionis; cum non solum quæzatur, utrum creatura a Dei influxu patiat, sed quoque an ita patiat, ut passive determinetur ad certam actionis speciem. Deinde apertam esse contradictionem dicit, statuere eandem rem eodem tempore agere & pati, cum agere sit ex se effectum producere, pati vero effectum ab alio. Neq; juvare dixisse, hæc opposita de eadem re singulari prædicari diverso respectu. Actionis enim, ratione ortus sui, unicum duntaxat esse respectum, & impossibile esse, ut prin-

194.

cipi-

cipium activum simul primum aliquod producat & recipiat, agat  
 & patiat. Quin imò respectu ipsius effectus, quem ex sententia  
 Cl. Andalæ Deus producat immediate, ne quidem agere dici pos-  
 se causam secundam. Facultates activas conservatas absque ulte-  
 riore influxu agere, negans Cl. Andala docuerat, actu agere esse  
 plus quam habere facultatem agendi, actumque facultati super-  
 accedere. Sed reponit Cl. Regius, potentias, sive facultates acti-  
 vas, actiones omnes in se virtualiter continere, & habere sem-  
 per virtutem, non potentialem, sed actualem, id quod in se ha-  
 beant, producendi, i. e. quod suam virtutem possint exercere. Has  
 igitur facultates, per Dei influxum uanam & simplicem, qui va-  
 rio respectu diversa nomina accipere possit, se ipsas in actum de-  
 ducere, & actum non differre a facultate realiter, sed esse ipsam  
 facultatem activam se & suam virtutem exercentem. Hinc  
 omne, quod in actu reale sit, fundari in ipsa activa potentia, &  
 agere eatenus plus esse, quam agendi facultatem, quatenus suam  
 virtutem alio modo ostendat, quam quando otietur: ut autem  
 id plus adsit vel non adsit, in ipsa potentia activa involvi, & quo-  
 ad permanentem realitatem semper adesse. Futilem & ineptam  
 distinctionem Regii inter *lo agere in voluntatem, & in volun-*  
*tate*, pronunciauerat Andala. Sed Noster defendit illam ex eo,  
 quod, qui agit in rem, ille extrinsecus aliquid rei inferat,  
 quod non habuerit, quo afficiatur, dum recipiat; qui vero  
 agat in re, nihil novi afferat, sed tantum, quod in re sit, sta-  
 biliat. Quantum ad Scripturæ loca, quæ sententiæ ipsius  
 opposuerat Andala, Act. XVII, 28, Genes. XLV, 8 & L, 20,  
 1 Reg. XII, 19, 25, XI, 26, 31, 2 Sam. XII, 11, 12, Ier. X, 5, 15, 2 Sam.  
 XXIV, 1, Pl. CV, 25, Prov. XXI, 1, Rom. IX, 27 & Act. XVII,  
 28; respondet, se verbum *moveri* sic accipere, quod Deus opere-  
 tur in mente ita, ut illa moveat corpus, & ita ex vero dicatur,  
 hominem in Deo, i. e. ejus virtute moveri; & hinc Belgas active  
 transferre, *bevegens wy ons*. Ad reliqua vero regerit partim,  
 quod illa agant de providentia Dei a se agita, non vero dicant  
 hominem physica actione prædeterminari, ut se habeat passiva,  
 partim, si Prov. XXI, 1 respiciat, quod omnis flexio non inferat  
 ex scopo Spiritus S. physicam prædeterminationem, cum de

p. 217

218

227

228

233

uxo-

P. 239.

249

uxoribus Salomonis dicatur, eas ipsius animum ad idololatriam inclinasse, sive flexisse; quod Physico quodam actu, voluntatem determinante, ab iis non factum sit. Lepidum quoque videtur Cl. Regio, quod Andala exemplum Kehilitarum contra ipsum alleget, cum illud opinioni illius directe contrarium, suæ autem per omnia accommodatum sit. Si enim Deus ad singulos actus Physice voluntatem præmoveat, non necesse fuisse arbitratur, ut David, si salvus esse vellet, sibi fuga consulere. Uti- que Deum vel animum Sauli vel Kehilitarum ita immediate flectere potuisse, ut Davidi istuc manenti, nihil accidisset damni. Nunc autem Deum prædixisse Davidi, istum fore rerum & circumstantiarum concursum, ut inde certo certius sequeretur, illum, si mansisset, traditum iri. Hoc Deum certo novisse, & etiam contingere potuisse, modo istuc mansisset David, & ne illa concurrerent, id Davidi revelasse, quem incolumem servare voluerit, & eum in finem, ut inde aufugeret. Cofonidis loco Cl. Regius sententiam suam tredecim thesibus comprehensam clare & distincte proponit.

*DON ISAACI ABRABANELIS* *דון יצחק אברבנאל*  
*sive Præco Salutis, in linguam Latinam translatus a JO.*  
*HENR. MAIO Fil. Gr. & Oo. LL. PP. in*  
*Acad. Gieff.*

Francofurti ad Mœnum, apud Jo. Max. a Saade, 1711, 4.  
 Alphas. 4.

**C**eleberrimi inter Judæos viri, *Don Isaac Abrabanelis*, omnia quæ extant scripta in Latinum transferre sermonem instituit clarissimus Autor. Exorsus igitur ab eo libro est, qui *דון יצחק אברבנאל*, sive *Præco Salutis*, inscribitur, ac Prophetarum Ecclesie Jud. veteris oracula de futura demum liberatione explicat in quo vertendo id imprimis dedit operam, ut pressis Autosis verba exhiberet, insertis duntaxat quæ ad explendum orationis sensum pertinere viderentur. Hinc non raro permutationem, in eadem periodo, quin & contextu, numerorum casuumque, Rabbiais fatis frequentem, deprehendes, ideo inter vertendum non mutatam



tatam, ne ulla in re ab ipso *Abrabanelle* recederet Cl. Interpreta noster: quod quidem Judæorum stylo adfuetos facile passuros, nec propterea de obscuritate conquestruros iudicat. Quamvis autem in hoc libro tantum dederit versionem Præconis, attamen etiam observationes ad eundem suas nos propediem expectare jubet, quibus & rationes translationis ipsius, & difficultium enodationem, & multorum observatu dignorum diffusam enarrationem, non omisis positus, quæ ad præcipui hujus Judæorum confutationem pertineant, sistere pollicetur. Interim ut specimen nobis aliquod istarum Annotationum exhiberet, visum ipsi fuit illustrem ex Jesaia locum Cap. XII, v. 3 *de haustu aquarum a fontibus salutis*, in Abrabanelis Præcone obiter tantam expositionum, peculiari Dissertatione curatius expendere, ac quæ ex vestris Judæorum Pandectis ad ejus genuinam explicationem spectare possunt, proponere; confutatione tamen *Abrabanelis* adhuc omissa. In ea dissertatione primo Judaicam dicti Prophetici explicationem eo tendere, adducta Jonathanis Paraphrasi variorumque sententiâ Rabinorum, docet, ut genuinum sacrorum verborum, aquarum nomine venientium, sensum, vel ex ipso Messia, vel præstantissimis Justorum, fontium salutis appellatione ornatorum, in altero Sæculo cum gaudio hauriendum esse certo credamus. Deinde, ex variis circumstantiis verbisque Jesaie præcedentibus, per *aquas a fontibus salutis hauriendas*, universa Spiritus S. dona in fidelium N. T. pectora largiter demittenda, commode intelligi posse demonstrat. Tandemque in eo est, ut probet, modum festos olim tabernaculorum dies celebrandi, imprimis vero libationem aquarum tum factam, illam insuper singularem lætitiâ cui par nulla extiterit alia, animo voluisse Divinum Vatem dum ista scriberet; proindeque ritus ac ceremonias in ista *Nissuch hammaim* usitatas diligenter atque erudite persequitur.

Cetera tria commemoranda sunt; antequam hunc librum seponamus. Primum enim *Vita Don Isaaci Abrabanelis*, sollicitè ab Autore nostro conquisita, & Altdorfii Noricum Anno clcxcviii Disputatione Academica ventilata, nunc eodem plane habitu versionis Præconis Abrabanelici præmissa est: ubi

R r

mul-

multa de origine ac fati Abrabanelis, multa de scriptis laudibusque non modo a suæ gentis hominibus sed nostratibus etiam ipsi tribuitis, disputantur ac deducuntur. Porto *Emendationes Textus Rabbinici* adjectæ in fine libri sunt, ad Editionem pertinentes a *Benbenisti* Anno elo lxxliiv in forma quarta procuratam, qua usus Noster fuit, & quam non paucis iisdemque genuinam *Abrabanelis* mentem satis obscuram reddentibus mendis scaterere observavit. Denique etiam *הלכות ציצית*, sive *Jura simbriarum* accedunt, ex *Rab. Mose Ben Mainwort* descripta, Latineque reddita & notis ab Interprete diligentissimo illustrata. Quæ omnia ut Hebraicarum Rabbinicarumque literarum cultoribus gratissima fore intelligimus atque utilissima; ita ceteras etiam a Cl. Majo promissas lucubrations quam primam expectamus.

70. ADOLPHI WEDELII, MED. D. ET PROF.  
*Observatio de Embolo Hydrauliconovo.*

**P**aretur cylindrus solidus ex ligno ita preparato, ne ab aqua intumescat, nec exsiccatus detumescat, qui exacte cylindro cavo (quem melioris distinctionis gratia cum *Vitruvio* modiolum vocabimus) respondet, ita ut huic immissus liberrime ultrō citroque induci & reduci queat.

In hujus ima parte, relicto a basi unius circiter digiti spatium integro, torno insculpatur circularis cavitas quatuor digitos longa & duas circiter lineas profunda, ita ut in hac parte immittum seu minorem cylindrum exhibeat.

In cylindri hujus immittuti utraque extremitate denuo cavitates circulares torno fiant, quarum latitudo sit quatuor linearum, profunditas vero duarum. In medio ejusdem cylindri immittuti torno excavetur itidem circulare spatium quinque lineas latum, & duas profundum.

Hoc ita parato corium vitulinum bene preparatum instar fasciæ scindatur, ut ejus latitudo æqualis sit longitudini cylindri immittuti, longitudo autem ea sit, ut circumferentiæ modioli internæ & insuper tribus digitis respondeat. Per corii hujus utraque latera longiora in extremitate filum robustius

pau-

paulo & incratum exiguis intervallis acu mediante trajiciatur, ita ut quodlibet latus longius totum in plicaturas minimas pro labitu contrahi possit.

Notata in corio illa longitudine, quae circumferentiae modioli internae respondet, latera ejus longiora fili trajecti beneficio in plicaturas minimas in tantum constringantur, ut, si cylindro imminuto circumdetur corium, cavitates illas circulares extremae cylindri imminuti exacte cingant, latera vero corii breviora sibi invicem ita incumbant, ut altera extremitas notam longitudinis circumferentiae dictam fere attingat. Illa vero corii superficies, in qua pili haeserunt, respiciat cylindrum circumdatum.

Hoc facto corium utrinque cavitati circulari cylindri imminuti mediante filo picato, quali sutores utuntur, aliquoties circumvoluto nodoque sufficenter munito firmetur, cavendo tamen, ne nimis crebra circumvolutione filum circumductum ultra superficiem cylindri minoris corio tecti emineat. Utile etiam est, pice paulo molliori, tenaci tamen, illam corii particulam illinere, quae cavitati circulari inhaeret & filo constringitur, ut ea parte adhuc firmius connectatur.

Longioribus corii lateribus utrinque sic firmatis, interjecta ejus pars laxior paulo est, ut a cylindri imminuti superficie recedat & distensa undique modioli superficiem internam contingere queat. Tandem in corii hujus medio, cui circularis cavitas media cylindri imminuti subjacet, fiant circumcirca foramina circularia uno circiter digito a se invicem distantia, quarum diameter aequalis sit sex lineis.

Corium ut mollietatem suam servet, unguento, alia occasione describendo, inungatur, & sic confectus erit embolus usum superius dictum praestans. Notandum autem, longitudinem corii, si modiolus inaequalis sit amplitudinis, amplissimae modioli circumferentiae respondere debere.

Ut vero appareat, quomodo hic embolus aquae transitum per interstitium impediat, notandum est, quod corium ita eidem aptatum valvulam circularem duplicem constituat, superiorem & inferiorem, quarum termini sunt foramina corio insculpta.

R. 2

Dum

Dum itaque embolus extrahitur, aqua inferiorem valvulam replens distendit, ut undique affigatur internæ modiolæ superficiei, nec aeri exterius incumbenti ingressum concedat, quo magis enim aer intrare nititur, eo magis aquam valvulæ inhzrentem premit, & firmiter lateribus valvulam applicat, sibi que ipsi viam claudit.

Si vero intrudatur embolus, tunc aqua in modio hærens exire hoc loco etiam gestiens inferiorem valvulam comprimit, superiorem vero expandit, ac eodem modo exitum sibi ipsi præcludit, unde, quo fortius intruditur embolus, eo minus aqua exire hoc loco potest, cum valvulam magis adhuc & firmiter expandat.

Frictio autem exigua & remoram fere nullam præstans hic reperitur, quia aqua ipsa elateris vicini subit, & si cedere cogatur, in tubo, per quem exire debet, velocitatem vel vim aquæ propulsæ auget.

Potest etiam similem in modum embolus fieri simpliciter tantum valvula instructus, si in extractione tantum emboli, non vero in intrusione, aquæ transitus impediendus est, ut in antiis attractivis requiritur, ubi solo ejusmodi valvula ornato embolo, aliam tamen circumferentiæ proportionem habente, aqua facillime in altum elevari potest.

Embolus hoc modo paratus in machinis talibus, quæ certis tantum temporibus in usum vocantur, semper officium suum præstat, si tantum id observetur, ut corium exsiccatum unguento toto iterum inficiatur, & si vel maxime post aliquot annos dumtaxat machina ejusmodi exercetur, statim respondebit voto. Idem ita se habere, præter rationem dictam, confirmat experientia, sine qua in ejusmodi rebus nunquam ratiocinationi soli fidere debemus.

### EXCERPTA E LITERIS M. PETRI KOLBII

*Reverentissimè d. 27 Apr. 1716 ad Collectores Act. Erud.  
datis, de aquis Capitis Bonæ Spei.*

**C**Um nuper forte in Actis Erud. A. 1683 M. Dec. p. 519 in  
Observatione Medici Lugdunensis de aquis Rhodani in-  
cidit

eidiffem, non ingratum futurum existimavi ea paulum expendere, quæ de aquis Capitis Bonæ Spei, quas longo fatis tempore gustavi, probavi, examinavi, observata habeo.

Nam omnia, quæ doctissimus hujus Observationis Autor de aquis Rhodani profert, tantum declarare videntur, quod sanæ illæ sint, & quod, post defæcationem in urnis figulinis maximis factam, in illis quam optime non tantum plurimos menses, sed etiam plures annos, immo integrum Seculum incorruptæ conservari possint. Addit porro, quod etiam supra mare transportatæ, & in figulinis hisce urnis reservatæ, incorruptæ permaneant; in doliis vero ligneis mox corrumpantur; post aliquod deinde temporis spatium rursus depuratæ, & potabiles, ut antea, evadant.

Has denique proprietates soli Rhodano haut quaquam competere ipse circa finem addit, sed alios adhuc reperiri fluvios statuit, de quibus idem fere decantetur; plures vero magnorum præcipue fluviorum esse autumat, quorum aquæ sub experientiz examen vocatæ idem omnino præstaturæ sint, persuasum sibi habet. Inter magnorum vero illorum fluminum Danubii atque Rheni Germanorum aquas hic mihi etiam reposuisse videtur aquas Tharniseos, quæ in Actis Anglicanis Observ. VI Mensium Julii, Augusti & Septembris p. 400 adeo extolluntur, ut, putredine neglecta vel potius deposita aliquid tamen spirituosum ostendant, & e doliis emissæ flammæ sibi proximas arripiant. Sic quoque eandem ob causam Galenus lib. I de simplicium Medicam. facult. & lib. 6 Epidemicor. teste Celeb. Vossio, Nili aquas depuratas laudat, easque sanas esse judicat; cui Dapperus in descriptione Africæ fol. 131 idem sentiendo accedit.

Hæc ipsa, inquam, observatio admodum rara mentem ad Caput Bonæ Spei, ubi plures annos continua serie vixi, revocavit, & aquas ipsius paulo altius examinandas proposuit: quippe quæ omnibus omnium nationum nautis innotescunt non tantum bonitatis, sed etiam ipso sanitatis nomine. Decurrunt enim hæc Capitis Bonæ Spei aquæ dulces a monte Tabularum, & vallem, Capitis Bonæ Spei nomine claram percurrunt, quemadmodum

Dum itaque embolus extrahitur, aqua inferiorem valvulam replens distendit, ut undique affigatur internæ modiolæ superficiæ, nec aeri exterius incumbenti ingressum concedat, quo magis enim aer intrare nititur, eo magis aquam valvulæ inherentem premit, & firmiter lateribus valvulam applicat, sibi que ipsi viam claudit.

Si vero intrudatur embolus, tunc aqua in modio hærens exire hoc loco etiam gestiens inferiorem valvulam comprimit, superiorem vero expandit, ac eodem modo exitum sibi ipsi præcludit, unde, quo fortius intruditur embolus, eo minus aqua exire hoc loco potest, cum valvulam magis adhuc & firmiter expandat.

Frictio autem exigua & remoram fere nullam præstans hic reperitur, quia aqua ipsa elateris vicem subit, & si cedere cogatur, in tubo, per quem exire debet, velocitatem vel viam aquæ propulsæ auget.

Potest etiam similem in modum embolus fieri simpliciter tantum valvula instructus, si in extractione tantum emboli, non vero in intrusione, aquæ transitus impediendus est, ut in antiis attractivis requiritur, ubi solo ejusmodi valvula ornato embolo, aliam tamen circumferentiæ proportionem habente, aqua facillime in altam elevari potest.

Embolus hoc modo paratus in machinis talibus, quæ certis tantum temporibus in usum vocantur, semper officium suum præstat, si tantum id observetur, ut corium exsiccatum unguento tacto iterum inficiatur, & si vel maxime post aliquot annos demum machina ejusmodi exercetur, statim respondebit votum ita se habere, præter rationem dictam, confirmat experientia, sine qua in ejusmodi rebus nunquam ratiocinationi soli fidere debemus.

### EXCERPTA E LITERIS M. PETRI KOLBII

*Revisedi d. 27 Apr. 1716 ad Collectores Actor. Erud.*

*datis, de aquis Capitis Bone Spæ.*

**C**um nuper forte in Actis Erud. A. 1683 M. Dec. p. 519 in Observationem Medici Lugdunensis de aquis Rhodani incidit

cidissem, non ingratum futurum existimavi ea paulum expendere, quæ de aquis Capitis Bonæ Spei, quas longo fatis tempore gustavi, probavi, examinavi, observata habeo.

Nam omnia, quæ doctissimus hujus Observationis Autor de aquis Rhodani profert, tantum declarare videntur, quod sanæ illæ sint, & quod, post defæcationem in urnis figulinis maximis factam, in illis quam optime non tantum plurimos menses, sed etiam plures annos, immo integrum Seculum incorruptæ conservari possint. Addit porro, quod etiam supra mare transportatæ, & in figulinis hisce urnis reservatæ, incorruptæ permaneat; in doliis vero ligneis mox corrumpantur; post aliquod deinde temporis spatium rursus depuratæ, & potabiles, ut antea, evadant.

Has denique proprietates soli Rhodano haut quaquam competere ipse circa finem addit, sed alios adhuc reperiri flavios statuit, de quibus idem fere decantetur; plures vero magnorum præcipue fluviorum esse autumat, quorum aquæ sub experientiz examen vocatæ idem omnino præstaturæ sint, persuasum sibi habet. Inter magnorum vero illorum fluminum Danubii atque Rheni Germanorum aquas hic mihi etiam reposuisse videtur aquas Tharniseos, quæ in Actis Anglicanis Observ. VI Mensium Julii, Augusti & Septembris p. 400 adeo extolluntur, ut, putredine neglecta vel potius deposita aliquid tamen spirituosum ostendant, & e doliis emissæ flammæ sibi proximas arripiant. Sic quoque eandem ob causam Galenus lib. I de simpliciis Medicam. facult. & lib. 6 Epidemicor. teste Celeb. Vossio, Nili aquas depuratas laudat, easque sanas esse judicat; cui Dapperus in descriptione Africæ fol. 131 idem sentiendo accedit.

Hæc ipsa, inquam, observatio admodum rara mentem ad Caput Bonæ Spei, ubi plures annos continua serie vixi, revocavit, & aquas ipsius paulo altius examinandas proposuit: quippe quæ omnibus omnium nationum nautis innotescunt non tantum bonitatis, sed etiam ipso sanitatis nomine. Decurrunt enim hæc Capitis Bonæ Spei aquæ dulces a monte Tabularum, & vallem, Capitis Bonæ Spei nomine claram percurrunt, quemadmo-

dum & plures aliz, e summis montium cacuminibus adeo copiose defluant, ut molas fere omnes celerrimo cursu circumagant, & tam celeri profluxu, ut etiam lapillos, silices vocatos, supra quos decurrunt, dimoveant, & secum alio avehant.

Hinc, si sabuli particulam, quam ventorum fortissima agitatio illis unmiscet, excipias, sedimento omni carent, ut potius claræ non tantum sint admodum, sed etiam puræ, pellucidæ, tenues, inodoræ, & quam minimum secundis qualitatibus dotatæ, uno verbo, sanæ. Neque enim ægrotis illuc advectis, aut etiam in loco ipso jam degentibus, quocunque etiam morbo laborent, vel unquam nocent, utut largiores de illis sæpe haustus trahant; sed Chirurghi ipsi, (Medicos enim aliosque Doctores, & experientia claros viros illichaut reperire datur) ægrotis consilio subvenientes suo, ordinant, ut loco vini, ceteroquin optimi, dulcissimi & generosissimi, quale nempe Terra ipsius Capitis Bonæ Spei ubertim largitur, hanc aquam in potu habeant: id quod etiam citra omne sanitatis incommodum faciunt, ut potius amissam tanto facilius recuperent, prouti quotidiana experientia satis superque declarat; ego vero jam olim in epistola quadam ad Excellentissimum Archiatrum & Consiliarium intimum Badenæ Badensium Principum, Doctissimum atque Expertissimum Dominum Doctorem Christianum Ludovicum Gœckelium, de morbis incolarum & advenarum Capitis Bonæ Spei data, pluribus exposui.

Quod vero & in dolis ligneis, contra naturam si non omnium, plurimarum tamen aquarum simplicium, nobis præcipue Europæis cognitarum, bonæ & incorruptæ conservari possint istæ aquæ, propriam, si vel aliorum experientiam sicco pede præterirem, in medium vocare possum. Nam Anno 1713 die 10 Aprilis Caput Bonæ Spei relinquentes Europam petivimus; Mensibus vero antecedentibus Februarii & Martii, dolia nostra, ceteroquin jam male olentia, & fetore aquæ Indicæ, quin & carnis lardique sale conditi infecta, implevimus: at vero ea ipsa aqua fetorem cum omni reliqua impuritate extrahere studuimus; id quod etiam, experientia fere quotidiana probatum, feliciter successit. Postea enim quam plena hæc dolia aeris libero



libero exposita reliquimus, & quotidiana circumrotatione aquæ particulas movimus, quicquid impuritatis infuit, quicquid foetoris nocumento esse potuit, non tantum aquæ sese immiscuit, sed etiam, deducendo hanc aquam dolia nostra reliquit, ita, ut hæc ratione purgata hæc dolia, de novo tantum implenda rursus hæc aqua fuerint.

Atque sic hæc aqua denno repleta nobiscum die supra dicto aveximus dolia, & toto itineris tempore, quod ad 22 Augusti usque duravit (Itinera Indica nunquam tamdiu durant, quoniam ex Capite Bonæ Spei ad Pataviam vel Candiam Ceylonensium civitatem, ad summum trium spatium Mensium trajiciunt; eaque propter nullam eorum mentionem facere volui: qui vero ex India redeunt ad Caput Bonæ Spei appellant, aquæ hæc non sunt instructi) nullam, nisi sub Zona torrida, quam permeare cogebamur, perexiguam mutationem sensimus.

Hanc vero non aquæ aut doliis adscribendam esse duco, alias etiam in aliis Oceani partibus, vel potius Climatibus semel infecta, mutationem hanc in pejus vergentem non tam animiffet, quam potius Indies Indiesque sensibiliorem tenuisset, & gustandam præbuisset: sed ardori Solis nimio adjudicandam eam esse autumo, quoniam radiis vel perpendicularibus, vel paululum tantum inclinatis, & superficiem maris, & navem illic navigantem premit, adeo, ut præ nimio sæpissime calore vix quisquam sciat, quem in navis angulum sese abscondat, quo vel paululum defatigata & lassæ corporis membra refocillare possit.

Dicit forte quispiam, inferiorem navis partem, ubi aqua & reliqua esculenta, quin & cuncta alia ad rem nauticam pertinentia, cum ipso onere navibus imposito & rei bellicæ necessariis requisitis, asservantur, adeo non calere, ut in superiori navis parte: ad hæc respondeo, quod, qui hæc obficere studet, vel nunquam navem, Zonam torridam permeantem, frequenterit; vel quod idem mihi dixisse videatur, ac si probatum vellet dare, hypocaustum vel leviter calefactum æque calidum esse atque balneum, igne fortiori coactum & obrutum. Nam in superiori navium parte, si vel maxime radii solares intensissimæ sint fortitudinis & penetrationis, levis tamen quælibet aeris mo-

tio,

tio, vel venti perexigua agitatio, vim illorum penetrantissimam lenit, ita, ut facile illis, in superiori navis parte positis levamen afferatur: hinc nautæ & naucleri, cum ceteris directioni navium præpositis, velum expandunt, illudque funibus malo tum posteriori cum medio alligant, ut sub ejus tegmine positi, solarium radorum vim tantam non sentiant, quantam milites remigesque ceteri experiuntur, qui, quo sudoris acrimonia e corporibus suis non impedita defluat, nec quicquam impedimenti illis creet, aut noxæ, nudi communiter incedunt, pudenda solum bracciis suis tumentibus lineis tegentes, tergum vero & reliqua membra soli exponentes, ut tosta fere videantur, aut flagellis cæsa.

Quodsi vero quis vel sponte, vel officii causa coactus inferiora navis petit, aut descendere jubetur, non tantum primo suo accessu sudorem guttatum ebullientem animadvertit, & undique madefactus, etiamsi spatio duorum tantum minorum ibidem perseverat, redit; sed etiam cordis palpitationes, quas onus impositum, præcipue aromata augent, sentit, respiratio difficillima ipsi redditur, & nescio quæ plura incommoda euni deterrent, quo minus loca navium inferiora petere amet. Quid? quod naucleri, quando, officio suo satisfacientes, in maximo necessitatis casu descendere coguntur, & a Capitaneis suis, ne hoc vel illud impositi oneris pereat, aut deperditum penitus eat, jubentur, se invicem alloquentes, & exhortantes rogant, ut alter alteri auxilio sit, & mox alius illum, qui primus descendit, liberet, eumque rursus ascendere sinat.

Exinde itaque satis superque patet, ut arbitror, inferiorem navium, præcipue Zonam torridam trajicientium, partem, ubi inter alia & aqua nostra reposita asservatur, multo calidior esse superiori: sponte quoque sua inde fluit, aquam hanc tanto facilius corruptioni obnoxiam esse; id quod alix aquæ, quas tum ex Europa, tum ex insula Sancti Jacobi, (maxima illa est insularum Capitis viridis, quam An. 1705 die 14 Martii eam ob causam accessimus, ut aquæ dulcis penuriam hujus insulæ aqua dulci expelleremus, & iter ad Caput Bonæ Spei aggressum feliciter prosequi possemus) nobiscum  
absum-

abstulimus, Sole clarius ostendere. Vix enim octiduo & quod excedit præterlapso, factore illæ non tam infectæ, quam statim post penitus imbutæ fuerunt, tantopere quidem, ut viva etiam animalia, vermes nimirum albi coloris, & rubro capite præditi, semissem fere digiti longi, in illa copiosissime creverint.

Manet ergo aquis Capitis Bonæ Spei sua præstantia, suusque honos & dignissima laus, qua omnino nos tantum excedit aquas Rhodani a Doctore isto celeberrimo expertissimoque merito decantatas, verum etiam illas, quin & plures alias multis parafangis superat. Quod si vero illa non tam in doliis, quam in figulinis urnis asservaretur, quid judicandum censeretis, de illius bonitate & incorruptibilitate? Persuasum mihi omnino habeo, illam vel per mediam Zonam torridam sine ulla etiam levissima mutatione posse conservari, & navibus avehi: nam cum in doliis ligneis incorrupta vere maneat, nec nisi levissime alteretur, in urnis certe figulinis multo potius eandem qualitatem, quam primum habuit, servaret. Hinc facile credo, quod ex ore Capitaneorum, aliorumque iter facientium Danorum sæpissime audivi, hæc aquam potentissimum Danorum Regem in deliciis habere, quoniam hi ipsi navium Rectores narrant, se, quodcumque ad littora Capitis Bonæ Spei appellunt, obstrictos esse, dolium quatuor amphorarum hac aqua plenum secum auferre, & pro ipso Rege suo Gloriosissimo in Daniam asportare.

Quod si nunc descenderem ad alias etiam aquarum Capitis Bonæ Spei proprietates, amplissimum non solum campum omnes dicti loci Colonias lustrandi apertum mihi viderem, sed etiam multa rara & insolita aquarum harum experimenta lucidius paulo & fusius explicanda mihi venirent. Sed præterquam quod hæc & alia plura epistolæ formam excederent, etiam verendum mihi esset, ne gravioribus meditationibus vestris impedimento essem. Nam si vel semel aquarum, quam ibidem inveni & expertus sum, distinctionem aggrederer, pluribus utique dicendum esset, ut illæ & ratione coloris, & ratione saporis, denique & ratione caloris differant.

Etenim quod primam distinctionem, nempe colorem concernit, inveni omnes fere ex summis montium cacuminibus fluentes aquas albo colore esse præditas, & quia ut plurimum præcipientes in valles adjacentes ruunt, supraque filices aut alios lapides substratos decurrunt, limpidas atque puras, uno verbo sanctas: alias vero, quarum origo seu fons non est in ipso cacumine montis, aut quæ lapides substratos non habent, coloris rubri vel subrubri esse deprehendi; hoc colore tinctus est rivulus vallis Taurorum Sylvestrium, vulgo die *Wissels-Valley*: alix porro sunt nigri coloris, vel, ut rectius loquar, limo tinctæ, ut rivulus ille, qui supra pagum Stellenbosch flumen istius nominis incutrit, & qui inferius paulo sese huic ingerit, Mottergattenlis.

Quod secundam distinctionem, saporem nempe, attinet, & hic quoque maxima inter illas differentia deprehenditur; quoniam alix dulces sunt & manent, ut in superioribus jam fufius dixi; alix vero dulcedinem suam mutant, & falsedinem inducunt, & quidem tantam, ut ipsum sal ex hac aqua dulci eaque pluviatili (hanc enim dulcem esse, facile, credo, concedetis) sine ullius hominis ministerio vel auxilio in superficie terræ generetur & remaneat, ut suo aliquando tempore luculentius & ex professo dicam: alix porro falsedine imbutæ propullulant, eaque exigua, ut potui tamen & culinariibus usibus, quin & pecoribus nutriendis potandisque inservire possint; quales sunt aquæ seu fontes vallium istarum, quæ montibus Tigridum, Castello Ribbecciano, & plurimis aliis sunt insperæ; quæ tamen omnes, si ab insuetis novitiis & advenis octiduo tantum non interruptæ ferie bibuntur, vim habent & purgandi, & scabiem excitandi: quando vero ab indigenis horum locorum bibuntur, illi nullo plane incommodo ab his aquis affliguntur: alix denique, præcipue hæ ultimæ in doliis asservatæ apertis, non clausis, putrescunt, ob nimiam credo limi abundantiam.

Tertiam denique distinctionem, nempe calbrem quod spectat, alix reperiuntur frigidæ, præcipue illæ, quæ ex montium cacuminibus decurrentes angustas convalles, easque arboribus obseptas percurrunt quales sunt fere omnes supra dictæ, quæ matutino præcipue tempore, quando solares radii vim

tantam non exercent, quantum pomeridianis horis, adeo frigent, ut vel dentibus percipi frigus quoddam possit: aliz plane sunt calidæ, ut theriaz Africanæ Capitis Bonæ Spei, quarum duas innotescere Europæis & a melustratas, quin & alteras frequentatas esse, testari possum.

Quartam distinctionem, nempe quantitatem, non possum addere, quia necessariis ad hanc examinandam requisitis destituito, haut dicere licet, quænam sit gravis, quænam levis: hoc vero quod circa extraordinarium fluxum & refluxum maris, septies duarum spatio horarum repetitum & observatum habeo, alia occasione vobiscum comunicari poterit.

HISTOIRE ECCLESIASTIQUE PAR MONS.  
Fleury.

i. e.

CLAUDII FLEURII, PRESBYTERI, ABBATIS in Loc-Dieu, Historia Ecclesiastica.

Tomus XIII, XIV & XV.

Braxellis, apud Eugenium Henricum Fricxium, 1715, 12.

Alph. 3 plag. 15.

**A**utor doctissimus Historiam Ecclesiasticam anno 1692 inchoatam, cujus primum Tomum eodem Anno in his Actis p. 447 indicavimus, ab illo tempore diligenter continuavit, & XM a nata mundi salute seculum nuper absolvit, eadem methode, ac industria ubique usus. Nos ex tribus ultimis Voluminibus unum alterumque specimen nunc dabimus, ut de Autoris incognito judicium ferri queat.

Sub initium Tomi XIII, qui historiam Seculi XI mediam cum anno 1093 suspicatur, epistola enarratur Michaelis Cerularii & Leonis Achridani nomine ad Joannem Tranensem, Episcopum in Apulia scripta, adversus sententiam ac praxin Latino-  
rum, consecrantium in azymis, quæ hujus sacramenti naturam everterent, deficiente vero pane. Rom. Pontifex Leo IX acceptis expositisque per Cardinalem Humbertum literis, quæ Græce scriptæ erant, prolixè respondit, Ecclesiam Latinam ob

P. I.

2.

3. *synonymum usum iniuste damnari, quippe non auditam, & quasi a divo Petro, Apostolorum principe, male institutam, in mysteriorum celebratione. Immiscentur superbissimæ voces pro-exaltatione Romanæ sedis, facta provocatione ad tabulas donationis Constantini M. quas hodie ab omnibus explodi Auctores fatetur, suspicatus, fabulam de Joana Papissa illo tempore nondum nãtam fuisse, quia Leo IX Græcis exprobrat rumorem, qui longe lateque percrebuerit, de femina in thronum Constantinopolitanum collocata. Idem Pontifex in literis ad tres Africæ Episcopos exaratis deplorat Africanæ Ecclesiæ calamitates, & paucitatem Episcoporum, quorum ea tempestate quinque duntaxat supererant. Tum legatio decernitur ad Imperatorem Constantinum Monomachum & Michaelem Patriarcham CP.*
4. *In literis ad Imperatorem candide fatetur Leo, sedem Romanam diu mercenarios, non pastores, tenuisse. Michæli autem Cæulario exprobrat sacrilegum Patriarchæ *universalis* titulum, fateturque, *non habuisse Petrum, nec ulbum successorem ejus tam prædigiōso prænomine consensisse appellari. Legati Pontificii, quos**
5. *inter præcipuus fuit Humbertus Cardinalis, exposita Latinorum sententia, confutatisque Græcorum rationibus. Constantinum Monomachum in partes suas induxerunt, & Michaelem, colloqui cum legatis dedignatum, Leonemque Achridanum, Apostolica autoritate damnarunt, & deposuerunt, pronunciate contra eosdem excommunicationis formula, excussoque in eos pulvere pedum. Michael vero injuriam sibi illatam depulsurus, post*
6. *legatorum discessum execrationis sententiam pronunciauit contra Ecclesiam Latinam, & ad Græcos Patriarchas, ut eos averteret a Romani Pontificis partibus, literas misit, inprimis ad*
7. *Petrum Antiochenum, quem Latini tentarant per Dominicum Gradensem Patriarcham, cujus epistolam, adulationis plenam, Auctor ex *Casleria* recitat, perinde ac responsum Petri, quo Dominicum reprehendit, quod se Patriarcham appelleret, cum quinque tantum in universo orbe sint Patriarchales throni, divine gratia constituti. Leoni, A. 1054 mortuo, successus est in*
8. *conventu Moguntiaco Gebhardus, Antistes Eichstadenſis, se renitente, invitoque ipſo Henrico Imperatore, qui regere ferebat,*
17. *tan-*
- 18.
- 22.
- 23.
- 24.
- 36.

tantum virum, sanguinis vinculo sibi conjunctum, consilii que  
 promptum, abs se divelli. - Novus Pontifex, acclamante popu- P 37  
 lo, Romam ingressus, & inauguratus 1055 d. XIII Aprilis Victo-  
 ris II nomen accepit, & in Gallias ablegavit Hildebrandum, qui  
 Simoniam, late ibi vagatam, compesceret, & Berangarii errores  
 damnaret. In Concilio Tololano, anno sequente celebrato, 38  
 Godofredus Archi-Episcopus Narbonensis horrendorum crimi-  
 num accusatus est, unde de corruptis clericorum moribus, &  
 conditione illorum temporum judicium ferre licet. - Stephanus 49  
 IX Papa preclara Petri Damiani merita remuneraturus, Cardi-  
 nalem Episcopum Ostiensem fecit, qui non obstante Pontificum  
 dominatu, vitia illorum temporum, ac clericorum praesertim,  
 libere reprehendit. Benedictus X post Stephani obitum solum  
 Papale invasurus, *Miserrimus* per contemptum, seu stupidus a Roma-  
 nis, a Petro autem Simoniacus dicebatur, per vim ac largitio-  
 nem noctu, nec sine tumultu, Papa renunciatus. - Sub Nicolao  
 II in Lateranensi Concilio decretum est 1059, ut electio Rom.  
 Pontificis in posterum esset in primis penes Cardinales Episco-  
 pos, salvo tamen Imperatoris Henrici jure ac privilegio, ut ab-  
 que illius consensu Rom. Pontificis electio rata non esset. Dixit  
 tamen pronunciantur in omnes Rom. Ecclesiam conturbatu-  
 ros, aut contra hanc Synodi sententiam facturos. Ecclesiae Se- 115  
 ptentrionalis incrementa describens, laudat Adalbertum, Presu-  
 lem Bremensem, in convertendis Sclavis valde industrium. Bre- 215  
 miam, quo illo tempore parva Septentrionis Roma fuerat, con-  
 fluxisse ad Islandiam, Grœnlandiam & Orcadam ablegatos, pastores  
 ab Antistite petitorios, quos haud difficulter impetrarint. Descri- 177  
 bitur examen igne factum a monacho, ad explorandam Episco-  
 pi simoniam, monacho citra ullam læsionem per ignem trans-  
 eunte, unde Petrus *ignis* est appellatus. Ratiocinationibus 179  
 Petri Damiani parum solidi inesse, Autor noster fatetur, cum ra-  
 tiones plerumque a sensu Scripturae allegabito, aut apparitioni-  
 bus mortuorum, aliisque ejusmodi historiis, mirandis magis,  
 quam veris, arcessantur. Hildebrandus humili loco natus, Pa-  
 tre fabro lignario, eademque vespera, qua sepeliebatur Alexan-  
 der, in Papale solimne erectus, & Gregorius VII appellatus, hor-  
 renda

- p. 243. renda Pontificii dominatus edidit specimina. Hac enim ætate Romana Cùria asserere non erubuit, regnum Hispaniæ antiquo jure pertinere ad S. Petrum, h. e. ad Ecclesiam Rom. quamvis nullum ejus rei vestigium in ullo scriptore occurrat, Nostro factente, ante Gregorium VII, qui id omnium primus finxerit, prodideritque in suis literis, contendens, universæ Europæ regna, ne magna quidem Russia excepta, Romanæ Ecclesiæ propria, certe tributaria esse. Cœlibatum sacerdotibus in Germania, aliisque Europæ regnis, imperavit idem Pontifex, matrimonium sub odioso Nicolaiticæ hæreseos nomine exagitans. Quæ res magnos excitavit tumultus, & indignationem clericorum, qui resistebant & ad morem antiquum provocabant, neque dissimulabant, fore ejusmodi cœlibatum plurimarum imparitatum fontem. Recitatur Epistola a Gregorio VII ad ultramontanos scripta, qua invitantur ad expeditionem versus Orientem suscipiendam, ad depellendas ulciscendasque injurias, terræ Sanctæ a Saracenis illatas. Idem Pontifex Henricum IV Imp. per legatos peremptorie citavit, ut Romæ compareret, ad causam dicendam. Imperator vero injuriam depulsurus, Wormatæ 1076 concilium conscripsit, ut Hildebrandum Papali throne dejiceret, cujus exauktioni plerisque Episcopos invito subscripsisse, Autor putat. *Jo. Xiphilino* Patriarchæ CP. 1077 fatis functo, male a nonnullis adscribi arbitratur epitomen *Dionis Cassii*, ejus nepoti tribuendam. *Boleslaum II* Poloniæ Regem ob *Stanislaum*, Cracoviensem Episcopum, crudeliter interfectum, a Gregorio VII regia dignitate exutum, dicitur devotum fuisse, quemadmodum scriptores Poloni memoriz prodiderunt, Nostro non sit verisimile, quum nihil de ea re in Epistolis hujus Pontificis extet, nec ullus coævus Autor eam historiam habeat. Idem Pontifex a *Wilhelmo* Angliæ Rege, tanquam subdito, obsequium, fidemque, jurejurando confirmandam, 1079 postulavit, sed repulsam tulit. Bohemis usum linguæ Slavonicæ in sacrorum administratione denegavit, quod Autor noster a sanæ antiquitatis consuetudine alienum esse fatetur, ubi Scriptura legebatur, & sacra administrabantur lingua communi & usitata. *Diætum Pape*, XXVII capita complexum, quæ apud Binium & Baro-



Baronium, nec non Tomo X Concil. f. 110 exstant, Gregorio VII abjudicat, nulliusque autoritatis esse pronunciat. Carthusianorum ordinem *Bruno*, illustris illius ætatis Magister, nec non Cancellarius ac Canonicus Rhemenfis, 1084 instituisse censetur, Præfulis sui pravis moribus offensus, quos ferre non potuerit.

P.461.

481.

Tomo XIV, qui dimidiam fere Seculi XII partem completitur, observat; parum abfuisse, quo minus lites orirentur in Palestina inter Duces cruce signatos, ambitione atque avaritia Dagoberti Patriarchæ Hierosolymitani, Henrici IV filium Henricum a Paschali II contra Patrem excitatum esse, non diffidetur. *Bogomilos*, hæreticos Bulgaros, quorum Autor *Basilus* quidam, monachus sub Alexio Comneno Imp. combustus, ita appellatos fuisse putat a *Bog*, quod Slavomibus *Dens*, & *Milousi*, quod misericordiz implorationem notet, ut adeo Βογόμιλος ὁ ἰὸ Θεὸ τὸν ἄλλον ἐπισπώμενος, qui DEI misericordiam sibi conciliat, interprete Harmenopulo. Ex Epistola XXXII Paschalis II, ad Abbatem Cluniacensem scripta, intelligitur, communionem sub utraque specie Seculo XII adhuc in usu, & quamlibet sacri epuli partem ab altera separatam porrigendam fuisse, pane non intincto in vinum. Ubi tamen ægroti excipiuntur, & infantes, certo indicio, S. Eucharistiam illo tempore infantibus dari consuevisse. A. 1124 Pomerani inter Viadrum & Vistulam, subacti a Boleslao, Polonorum Duce, ab Ottone Episcopo Bambergensi sacris Christianorum initiati leguntur per immersionem in aquam, non per asperionem, quæ illo tempore minus usitata fuisse videtur.

4.

67.

136.

223.

224.

330.

Inde lectores haud difficulter judicabunt, quid sibi de Tomo XV, quo res ab anno 1153 usque ad 1197 in Ecclesia gestæ enarrantur, promittere queant. Autor eadem methodo usus exponit, quæ ratione Pontifex Hiberniam Angliæ Regi donaverit. Quod Romana Curia contenderit, Imperium esse Papale feudum, coronam & dignitatem Pontificis beneficio teneri; quæ res Friderici Imp. procerumque indignationem provocavit, cum præsertim Adrianus Papa non sustulisset, uti promiserat, ex palatio Lateranensi tabulam, quæ Lotharius Cæsar, ad pedes

26.

39.

40.

des

- renda Pontificii dominatus edidit specimina. Hac enim ætate Romana Cùria asserere non erubuit, regnum Hispaniæ antiquo jure pertinere ad S. Petrum, h. e. ad Ecclesiam Rom. quamvis nullum ejus rei vestigium in ullo scriptore occurrat, Nostro factente, ante Gregorium VII, qui id omnium primus sinxerit, prodideritque in suis literis, contendens, univèrsæ Europæ regna, ne magna quidem Russia excepta, Romanæ Ecclesiæ propria, certe tributaria esse. Cœlibatum sacerdotibus in Germania, aliisque Europæ regnis, imperavit idem Pontifex, matrimonium sub odioso Nicolaiticæ hæreseos nomine exagitans. Quæ res magnos excitavit tumultus, & indignationem clericorum, qui resistebant & ad morem antiquum provocabant, neque dissimulabant, fore ejusmodi cœlibatum plurimarum impuritatum fontem. Recitatur Epistola a Gregorio VII ad ultramontanos scripta, qua invitantur ad expeditionem versus Orientem suscipiendam, ad depellendas ulciscendasque injurias, terræ Sanctæ a Saracenis illatas. Idem Pontifex Henricum IV Imp. per legatos peremptorie citavit, ut Romæ compareret, ad causam dicendam. Imperator vero injuriam depulsurus, Wormatæ 1076 concilium conscripsit, ut Hildebrandum Papali throne dejiceret, cujus exauctorationi plerosq; Episcopos invito subscripsisse, Autor putat. *Jo. Xiphilino* Patriarchæ CP. 1077 fatis functo, male a nonnullis adscribi arbitratur epitomen Dionis Cassii, ejus nepoti tribuendam. Boleslaum II Poloniæ Regem ob Stanislaum, Cracoviensem Episcopum, crudeliter interfectum, a Gregorio VII regia dignitate exutum, diuque devotum fuisse, quemadmodum scriptores Poloni memoriæ prodiderunt, Nostro non sit verisimile, quum nihil de ea re in Epistolis hujus Pontificis exstet, nec ullus coævus Autor eam historiam habeat. Idem Pontifex a Wilhelmo Angliæ Rege, tanquam subdito, obsequium, fidemque, jurejurando confirmandam, 1079 postulavit, sed repulsam tulit. Bohemis usum linguæ Slavonicæ in sacrorum administratione denegavit, quod Autor noster a sanæ antiquitatis consuetudine alienum esse fatetur, ubi Scriptura legebatur, & sacra administrabantur lingua communi & usitata. *Diætatum Papa, XXVII capita complexum, quæ apud Binium & Baro-*

Baroniam, nec non Tomo X Concil. f. 110 exstant, Gregorio VII abjudicat, nulliusque autoritatis esse pronunciat. Carthufianorum ordinem Bruno, illuftris illius ætatis Magifter, nec non Cancellarius ac Canonicus Rhemenfis, 1084 inftituiffe cenfetur, Præfulis fui pravis moribus offenfus, quos ferre non potuerit.

p.401.

481.

Tomo XIV, qui dimidiam fere Seculi XII partem completitur, obferuat; parum abfuiſſe, quo minus lites orirentur in Paſſina inter Duces cruce ſignatos, ambitione atque avaritia Dagoberti Patriarchæ Hieroſolymitani, Henrici IV filium Henricum a Paſchali II contra Patrem excitatum eſſe, non diffidetur. Bogomilos, hæreticos Bulgaros, quorum Autor Baſilius quidam, monachus ſub Alexio Comneno Imp. combuſtus, ita appellatos fuiſſe putat a Bog, quod Slavonibus Deus, & Milouï, quod miſericordiæ implorationem notet, ut adeo Βογόμελος ὁ ἰς Θεῷ τὸν ἄλλον ἐπιπράττειν, qui DEI miſericordiam ſibi conciliat, interprete Harmenopulo. Ex Epiftola XXXII Paſchalis II, ad Abbatem Cluniacenſem ſcripta, intelligitur, communionem ſub utraque ſpecie Seculo XII adhuc in uſu, & quamlibet ſacri epuli partem ab altera ſeparatam porrigendam fuiſſe, pane non intincto in vinum. Ubi tamen ægroti excipiuntur, & infantes, certo iudicio, S. Euchariſtiam illo tempore infantibus dari conſueviſſe. A. 1124 Pomerani inter Viadrum & Viſtulam, ſubacti a Boleslao, Polonorum Duce, ab Ottone Epifcopo Bambergenti ſacris Chriſtianorum initiati leguntur per immerſionem in aquam, non per aſperſionem, quæ illo tempore minus uſitata fuiſſe videtur.

4.

67.

136.

223.

224.

330.

Inde lectores haud difficulter iudicabunt, quid ſibi de Tomo XV, quo res ab anno 1153-ufque ad 1197 in Eccleſia geſtæ enarrantur, promittere queant. Autor eadem methodo uſus exponit, quæ ratione Pontifex Hiberniam Angliæ Regi donaverit. Quod Romana Curia contenderit, Imperium eſſe Papale feudum, coronam & dignitatem Pontificis beneficio teneri; quæ res Friderici Imp. procerumque indignationem provocavit, cum præſertim Adrianus Papa non fuſtulifſet, uti promiſerat, ex palatio Lateranenſi tabulam, quæ Lotharius Cæſar, ad pedes

26.

39.

40.

des Papæ prostratus, & coronam Imperii expetens, depictus erat cum superba inscriptione:

*Rex venit ante fores, jurans prius verbis honores,*

*Past homo sit Papa, sumis quo dante coronam.*

Germaniæ Procures, factu Pontificio indignatos, Vesuntione alter legatorum Pontificiorum magis irritasse dicitur, quærens: *a quo ergo habet Fridericus, Rex Domino Papa non habet Imperium?* Quam orationem Otto Bavarus stricto gladio vindicasset, nisi suam auctoritatem Imperator interposuisset. Adrianus ad saniores mentem rediens, missa ad Imp. Fridericum epistola, superbiam vocis mitigatibus *beneficium*, quod in Imperatorem ab se collatum paulo ante scripserat, non de *Fuodo*, sed *bono facto* interpretatur. Qua interpretatione, etsi ludicra, Imperator acquievit. Templariorum porro flagitia atque rapinas commemorat, Fabulam, quæ *Petrus Comitor* frater uterinus *Gratiæni & Petri Lombardi* olim celebratur, ortam esse suspicatur ab instituti similitudine, & summo applausu, quo ejus *historia Scholastica* excipiebatur, quippe quæ tanquam Systema Theologiæ Positivæ per aliquot secula parem obtinebat auctoritatem eum sententia Lombardi, & decreto Gratiani. *Beguinorum* institutum & nomen, satis notam in Belgio, arcessit a *Lamberto* (le Begne) *blesæ*, Sacerdote Leodiansi, qui uxoribus virginibusque persuaserit, ut in continentia viverent absque voto, & precationi atque laboribus vacarent.

LA JUSTE BALANCE DE LA CRAINTE ET  
L'assurance chretienne.

h. e.

TRUTINA ACCURATA TIMORIS ET SE-  
curitatis Christianæ, una cum obligatione, quam habet quis-  
que, propriam operandi salutem; Autore FRANCISCO  
VIDALIO, Eccl. Gallicæ Græningane  
Pastore.

Græningæ, apud Jo. a Velsen, 1713, 8.

Alph. 2 plag. 7.

Duo-

**D**Uobus Tomis, quatuor vero partibus absolvitur omnis hujus libri ambitus, quarum *prima* de timore necessario, de securitate legitima *secunda*, *tertia* de regressu ad timorem disquirat, *quarta* denique ad operandam salutem studiose invitatur, expensio imprimis, quod statim Præfatio docet, diligenter loco Philip. II, 12, in quo reddendo versio Gallica, quæ *naïlepyoiçeta* per *employe vous a* &c. expresserat, notatur, mens vero Pauli, proprie sic dictum timorem, non humilitatem tantum, hic inveniens, fusius explicatur. Omnem per hunc timorem flagitari pietatem, immo verba *amoris & amare*, sub dispensatione Evangelii nova, quandoque verborum *timoris & timere* locum occupare, alibi docetur, quandoquidem juxta Augustinum, Deus sit timendus, ut ab ipso ad ipsum confugiamus. Dubitatio ac desperatio de salute ab injuncto hoc nobis timore sollicite post hæc distinguitur, novique fœderis prærogativa passim prædicatur, addita alieni hæc observatione, sub dispensatione legis populum Israeliticum in genere quidem respexisse Deum ut patrem, nullum vero fidelium, quod ullibi legamus, tum eam humiliter sibi libertatem, qua Deum in specie suam patrem appellaverit. Discrimen motum inter fervilem, eumque, qui cum spiritu adoptionis consistat, recte inculcet, prolixè annectitur Auctor, qui ad hoc & parte imprimis *secunda*, de certitudine salutis disquirere ex Instituto ingreditur, atque ad alium, quondam a se editum tractatum, de Justificatione, provocat, quo quippe docuerit, quod per securitatem simpliciter fides definienda non sit. Romana hic Ecclesia deseritur passim, vocatio tamen interna & externa afferitur vicissim, Moysi que postulatam, quo deleri ex libro vitæ cupiebat, non ad catalogum electorum, sed viventium illorum, ad quos pertinebant beneficia externa fœderis, quod cum Abrahamo ejusque posteris percussisset Deus, refertur. Locus Prov. XXIV, 16 de prolapsione non in crimina, animæ nocivæ, sed afflictiones varias exponitur, posteaque de salute Salomonis paulo caratius disquiratur. Timor domini qualis esse debeat, prolixius docetur, atque his, & similibus absolutus capitibus Tomus primus ad finem decurrit. De argumento eodem, una

Tom. I.

P. 3

8.

27.

30.

37.

39.

58 seq.

60 seqq.

100 seqq.

140.

155 seqq.

186.

232.

314.

348.

373.

Tom. II.

T t

lorem

- rende Pontificii dominatus edidit specimina. Hac enim ætate Romana Curia asserere non erubuit, regnum Hispaniæ antiquo jure pertinere ad S. Petrum, h. e. ad Ecclesiam Rom. quamvis nullum ejus rei vestigium in ullo scriptore occurrat, Nostro factente, ante Gregorium VII, qui id omnium primus finxerit, prodideritque in suis literis, contendens, universæ Europæ regna, ne magna quidem Russia excepta, Romanæ Ecclesiæ propria, certe tributaria esse. Cœlibatum sacerdotibus in Germania, aliisque Europæ regnis, imperavit idem Pontifex, matrimonium sub odioso Nicolaiticæ hæreseos nomine exagitans. Quæ res magnos excitavit tumultus, & indignationem clericorum, qui resistebant & ad morem antiquum provocabant, neque dissimulabant, fore ejusmodi cœlibatum plurimarum impuritatum fontem. Recitatur Epistola a Gregorio VII ad ultramontanos scripta, qua invitantur ad expeditionem versus Orientem suscipiendam, ad depellendas ulciscendasque injurias, terræ Sanctæ a Saracenis illatas. Idem Pontifex Henricum IV Imp. per legatos peremptorie citavit, ut Romæ compareret, ad causam dicendam. Imperator vero injuriam depulsurus, Wormatæ 1076 concilium conscripsit, ut Hildebrandum Papali throne dejiceret, cujus exauctorationi plerosq; Episcopos invito subscripsisse, Autor putat. *Jo. Xipolino* Patriarchæ CP. 1077 fatis functo, male a nonnullis adscribi arbitratur epitomen Dionis Cassii, ejus nepoti tribuendam. Boleslaum II Poloniæ Regem ob Stanislaum, Cracoviensem Episcopum, crudeliter interfectum, a Gregorio VII regia dignitate exutum, diuque devotum fuisse, quemadmodum scriptores Poloni memoriæ prodiderunt, Nostro non sit verisimile, quum nihil de ea re in Epistolis hujus Pontificis exstet, nec ullus cœvus Autor eam historiam habeat. Idem Pontifex a Wilhelmo Angliæ Rege, tanquam subdito, obsequium, fidemque, jurejurando confirmandam, 1079 postulavit, sed repulsam tulit. Bohemis usum linguæ Slavonicæ in sacrorum administratione denegavit, quod Autor noster a sanæ antiquitatis consuetudine alienum esse fatetur, ubi Scriptura legebatur, & sacra administrabantur lingua communi & usitata. *Diætatum Papa, XXVII capita complexum, quæ apud Binium & Baro-*

Baronum, nec non Tomo X Concil. f. 110 exstant, Gregorio VII abjudicat, nulliusque autoritatis esse pronunciat. Carthufianorum ordinem Bruno, illustris illius ætatis Magister, nec non Cancellarius ac Canonicus Rhemenfis, 1084 instituisse censetur, Præfulis sui pravis moribus offensus, quæ ferre non potuerit.

p.401.

481.

Tomo XIV, qui dimidiam fere Seculi XII partem complectitur, observat, parum abfuisse, quo minus lites orirentur in Palæstina inter Duces cruce signatos, ambitione atque avaritia Dagoberti Patriarchæ Hierosolymitani. Henrici IV filiam Henricum a Paschali II contra Patrem excitatum esse, non diffidetur. Bogomilos, hæreticos Bulgaros, quorum Autor *Basilus* quidam, monachus sub Alexio Comneno Imp. combustus, ita appellatos fuisse putat a *Bog*, quod Slavonibus *Deus*, & *Milousi*, quod misericordiz implorationem notet, ut adeo Βογόμελος ὁ ἴσ' Θεῶ τὸν ἄλλον ἐπιπράμενος, qui *DEI misericordiam sibi conciliat*, interprete Harmenopulo. Ex Epistola XXXII Paschalis II, ad Abbatem Cluniacensem scripta, intelligitur, communionem sub utraque specie Seculo XII adhuc in usu, & quamlibet sacri epuli partem ab altera separatam porrigendam fuisse, pane non intincto in vinum. Ubi tamen ægroci excipiuntur, & infantes, certo iudicio, S. Eucharistiam illo tempore infantibus dari consuevissent. A. 1124 Pomerani inter Viadrum & Vistulam, subacti a Boleslao, Polonorum Duce, ab Ottone Episcopo Bambergensi sacris Christianorum initiati leguntur per immersionem in aquam, non per asperisionem, quæ illo tempore minus usitata fuisse videtur.

4.

67.

136.

223.

224.

330.

Inde lectores haud difficulter iudicabunt, quid sibi de Tomo XV, quo res ab anno 1153 usque ad 1197 in Ecclesia gestæ enarrantur, promittere queant. Autor eadem methodo usus exponit, qua ratione Pontifex Hiberniam Angliæ Regi donaverit. Quod Romana Curia contenderit, Imperium esse Papale feudum, coronam & dignitatem Pontificis beneficio teneri, quæ res Friderici Imp. procerumque indignationem provocavit, cum præsertim Adrianus Papa non sustulisset, uti promiserat, ex palatio Lateranensi tabulam, qua Lotharius Cæsar, ad pe-

26.

39.

40.

des

des Pape prostratus, & coronam Imperii expetens, depictus erat cum superba inscriptione:

*Rex venit ante fores, jurans prius verbis honores,*

*Pest homo fit Pape, fumis quo dante coronam.*

Germaniæ Proceres, fastu Pontificio indignatos, Vesuvatione alter legatorum Pontificiorum magis irritasse dicitur, quærens: *a quo ergo habet Fridericus, si ex Domino Papa non habet Imperium?* Quam orationem Otto Bavarus stricto gladio vindicasset, nisi suam auctoritatem Imperator interposuisset. Adrianus ad saniores mentem rediens, missa ad Imp. Fridericum epistola, superbiam vocis mitigatrus *beneficium*, quod in Imperatorem ab se collatum paulo ante scripserat, non de *Fendo*, sed *bono falso* interpretatur. Qua interpretatione, etsi ludicra, Imperator acquievit. Templariorum porro flagitia atque rapinas commemorat Fabulam, qua *Petrus Comestor* frater uterinus *Grati-ani & Petri Lombardi* olim censebatur, ortam esse suspicatur ab instituti similitudine, & summo applausu, quo ejus *historia Scholastica* excipiebatur, quippe quæ tanquam Systema Theologiæ Positivæ per aliquot secula parem obtinebat auctoritatem eum sententiæ Lombardi, & decreto Gratiani. *Beguinorum* institutam & nomen, satis notam in Belgio, arcessit a *Lamberto* (le Begne) *blesa*, Sacerdote Leodiensi, qui uxoribus virginibusque persuaserit, ut in continentia viverent absque voto, & precationi atque laboribus vacarent.

### LA JUSTE BALANCE DE LA CRAINTE ET L'assurance chretienne.

h. e.

*TRUTINA ACCURATA TIMORIS ET SE-  
curitatis Christianæ, una cum obligatione, quam habet quis-  
que, propriam operandi salutem; Autore FRANCISCO  
VIDALIO, Eccl. Gallicæ Græningæ  
Pastore.*

Grœningæ, apud Jo. a Vellen, 1713, 8.  
Alph. 2 plag. 7.

Duo-



**D**Uobus Tomis, quatuor vero partibus absolvitur omnis hujus libri ambitus, quarum *prima* de timore necessario, de securitate legitima *secunda*, *tertia* de regressu ad timorem disquirat, *quarta* denique ad operandam salutem studiose invitat, expenso inprimis, quod statim Præfatio docet, diligenter loco Philip. II, 12, in quo reddendo versio Gallica, quæ *καλεσθῆναι* per *employe vous a* &c. expresserat, notatur, mens vero Pauli, propriis sic dictum timorem, non humilitatem tantum, hic inveniens, fusius explicatur. Omnem per hunc timorem flagitari pietatem, immo verba *amoris & amare*, sub dispensatione Evangelii nova, quandoque verborum *timoris & timere* locum occupare, alibi docetur, quandoquidem juxta Augustinum, Deus sit timendus, ut ab ipso ad ipsum confugiamus. Dubitatio ac desperatio de salute ab injuncto hoc nobis timore sollicite post hæc distinguitur, novique fœderis prærogativa passim prædicatur, addita alicubi hæc observatio, sub dispensatione legis populum Israeliticam in genere quidem respexisse Deum ut patrem, nullum vero fidelium, quod ullibi legamus, tum eam tenuisse sibi libertatem, qua Deum in specie suum patrem appellaverit. Discrimen movetur inter fervilem, eumque, qui cum spiritu adoptionis consistat, et recte inculcet, prolixè annuitur Autor, qui idèo & parte inprimis *secunda*, de certitudine salutis disquirere ex Instituto ingreditur, atque ad aliam, quondam a se editam tractatum, de Justificatione, provocat, quo quippe docuerit, quod per securitatem simpliciter fides definienda non sit. Romana hic Ecclesia deseritur passim, vocatio tamen interna & externa afferitur vicissim, Motusque postulatum, quo deleri ex libro vitæ cupiebat, non ad catalogum electorum, sed viventium illorum, ad quos pertinebant beneficia externa fœderis, quod cum Abrahamo ejusque posteris percussit Deus, refertur. Locus Prov. XXIV, 16 de prolapsione non in crimina, animæ nocivæ, sed afflictiones varias exponitur, posteaque de salute Salomonis paulo variatius disquiratur. Timor domini qualis esse debeat, prolixius docetur, atque his, & similibus absolutus capitibus Tomus primus ad finem decurrit. De argumento eodem, una vero etiam de securitate legitima Tomus dispicit *secundus*, va-

Tom. I.

P. 3

8.

27.

30.

37.

39.

58 seq.

60 seqq.

100 seqq.

140.

155 sqq.

186.

232.

314.

348.

373.

Tom. II.

P. 44.

67.

lorem in simul futuræ salutis exponens, non dissimulata erroris plena quorundam opinione, qua gratiam Dei nimium amplificatam euperent. De pietate, gradibus gloriæ, sessione in throno Christi, mediis augendæ sanctificationem, qua capita etiam specialiora, quod verba, jocandique consuetudinem, & quæ superest, linguæ libertatem vel potius licentiam attinet, si quis plura edoceri velit, illis hic inveniet, quo fuz faciat satis cupiditati.

*DE REBUS GESTIS JOHANNIS II, LUSITANORUM Regis; Autore EMANUEL TELLESIO SYLVIO, Marchione ALEGRETENSI, Regi o sanctior. Consil. e primariis Cubiculario, Triumviro Fisci moderatore, &c.*

Hagæ Com. apud Adrianum Moitjens, 1712, 4.

Alph. I pl. 15.

**E**A est operis hujus exaustissimæ, Ulyssipone primam editæ, dignitas, sive argumentum, quo nullum in historia Lusitanica præclarior aut fructuosius, sive sermonis, quo conscriptus est, castitatem & elegantiam, sive ipsam denique Autorem summis muneribus præfectum spectes, ut nullam plane ejus, quamvis justo serius ad nos perlata, mentionem facere ruberi poene ducamus. Optime sane de patria suæ meritis est Amor illustrissimus, qui postquam militiæ strenuam operam navavit, Tribunus militum ordines ductans, legationem in Germaniam suscepit difficillimo tempore, ut *Petro* Regi sponfam adduceret, & inter gravissimas occupationes alias, iuncto in illo ipso itinere per vias & diversoria, historiam hanc omnibus numeris absolutam elucubravit. Equidem nec alii Johanni II scriptores defuere, Hispani imprimis aut Lusitani, quos inter memorantur *Garcias de Resende*, *Christophorus de Ferreria & Sempayo*, & *Augustinus Emanuel Vasconcellos*, cujus Historia *Johannis II Gallicæ* quoque prodit *Parisiis 1641, 8.* at qui Latino sermone vitam hanc describeret, ante nostrum inventus est nemo. Jam specimina pro more nostro propinare animus erat, verum cum verendum nobis sit, ne vestri pulcherrimæ lacinias detrahendo venustati nonnihil decedat, ad ipsius operam minime tadio-

rudiosi aut prolixo lectionem harum deliciarum cupidos amandamus. Illud tantum monemus, literis admodum corruscare Marchionum Alegretensium familiam, quæ raros alioquin in Lusitania fautores habent: nam præter utrumque Emanuelis nostri filium, Ferdinandum, qui Epistolam operi præfixit admodum concinnam, & Romana eloquentia compositam, & Antonium, qui eidem acutissimum Epigramma Latinum præmisit, ex eadem, ni fallimur, stirpe oriundus fuit Johannes de Sylva, Comes de Portalegre, qui Hispaniæ Regis legatus quondam Emanueli Lusitanicæ Regi in Africam comes ivit, eoque casu librum elegantem de Lusitanicæ & Castellæ unione, qui sub Hieronymi Conestabagii nomine prodiit, conscripsit, quod notavit Menckenius nosse in Catalogo Historicorum Gallico Fresnoyano p. 318.

**Joh. Casp. Löschers, der Heil. S. Doct. und  
Sup. zu Rochlitz curioses Verzeichniß Durchl.  
Personen, &c.**

i. e.

**JO. CASP. LOESCHERI, S. THEOL. DOCT. ET  
Sup. Rochlit. Index curiosus Serenissimorum Principum, qui  
vel Theologiam scriptis illustrarunt, vel in hac se exer-  
cuerunt, cum Appendice.**

Lipsiæ, apud Theoph. Georgi, 1713, 8.  
Plag. 7.

CONSTITUTUM fuerat S. R. Autori de Re literaria Principum, Chorumq; in literas meritis peculiari libro commentari. Cum vero varia hætenus impedimenta in causa fuerint, quo minus institutum persequeretur, placuit ipsi partem laboris cum B. E. communicare; unde non solum A. 1700 Wittebergæ differt. *de Principibus Historicis* edidit, verum etiam præsentis libello præcipuum argumenti illius caput, Principes scilicet Theologos, sistere operæ pretium duxit. Primas laboris lineas in Fasciculi Observ. sacr. I & II observationibus primis duxerat, quibus tanta

deinceps accessio facta est, ut præfens libellus vernaculo sermone scriptus inde sit natus. Accessit Appendix de questione: quid de Principum studiis Theologicis sentiendum sit? cum indice satis locupletis. Enimvero in hoc opusculo Principes, qui *Pontificis, Cardinalis, Archi-Episcopi, Episcopi* aut alia in ecclesia Romana dignitate illustres & conspicui fuerunt, prætermisit plane, veritus, ne, quod utique evenisset, tractatio argumenti nimium excreceret. Paucos igitur Romanæ Ecclesiæ, plerumque vero Evangelicæ & Reformatæ religioni, quosdam Græcæ etiam Ecclesiæ deditos recensuit, ut constaret, non deesse *Præstantibus Serenissima capita*, quæ nulla licet dignitate Ecclesiastica, ut in Romana Ecclesia fieri consuevit, iustitiam operum suorumque in Theologia alacriter posuerint. Singularia, quæ in libello non desunt, recensere super sedemus, cum maxime in multorum jam sit manibus. Unicum B. L. ignorare volumus, unum esse Autori, quoniam ex exemplis ejus fere desunt, alteram ejus editionem eamque auctiorem, si Numen divinum annuerit, procurare.

*ÆJUSDEM OBSERVATIONUM SELECTARUM ad Theologiam, Sacramque & Ecclesiæ Historiam spectantium.*

*Fasciculus I.*

Lipsiæ, impensis Hæredum Grossian. 1703, 8.

Plag. 7.

*Fasciculus II.*

Altenburgi, sumt. Jo. Ludov. Richteri, 1706, 8.

Plag. 7.

**P**Riori Fasciculo observationes continentur XIII, quarum I de Principibus Theologis, II de vexatione Neronis, qua Christiani afflicti sunt; universali, III de observatione: optimos sæpe Christianos eos factos esse, qui religioni Christianæ diutissime adversati erant, IV de libris Theologicis certis aut singularis argumenti, V de fede fidei justificantis non in sola voluntate quaerenda contra Wittichium, VI de Mythologia historiz sacræ quasi

quasi umbra, VII de morte & sepulchro Moſis, VIII de dolis Romanæ eccleſiæ horumque varietate, IX de ſingularibus de Spiritu S. X de Lectionariis orientalis & occidentalis Eccleſiæ, XI de his qui ſcriptores monachos cuiusvis ordinis collegerunt, XII de ſingularibus quæ ad Sanctos Romanæ Eccleſiæ attinent, XIII de Fabulis Romanæ Eccleſiæ agit. Poſterior Faſciculus XII obſervationes complectitur, quarum hæc ſunt argumenta. I de Principibus Theologiæ altera vice, II de claris ſcriptoribus, qui falſo Chriſtiani ſunt habiti, III de Martyribus Eccleſiæ Evangelicæ, IV de quaſtione: num Chriſtus facie auſtera & deformi fuerit? contra Vechnerum, V de veſtigiis religionis Chriſtianæ in religionibus Gentilium occurrentibus, VI de ritu prænantium, quorum alii verſus plagam orientalem, alii occidentalem, alii meridionalem, alii ſeptentrionalem in præcipuis ſe convertere maluerunt, VII de Ariſtotele in Eccleſia Romana auctoritate, VIII de Joannis Chryſoſtomi ſingularibus, IX de verſionibus ſacr. Pandect. ante Latherum, X de Phyſiognomia non omnium ſcientiarum excellentiſſima, contra P. Jovernay. XI de providentiæ Angelorum circa res ſingulares, XII de ſtatua ſalia, Genef. XIX. Utrique Faſciculo Indices abſciores adjecti ſunt, præmiſſis etiam Præfationibus eruditæ ad Lectorem.

L'ANCIENNE ROME.

h e.

**ROMA ANTIQUA DE NOVO ACCURATIS-**  
*ſime a tempore originis ſuæ deſcripta, æneis que tabulis quibus Antiquitates exhibentur, illuſtrata; Auctore FRANCISCO DESEINE.*

*Tomi IV.*

ROME MODERNE.

h e.

**ROMA NOVA EXACTE DESCRIPTA A**  
**FRANCISCO DESEINE.**

*Tomi VI.*

Lugduni Batav. ſpud Petrum vander Aa, 1713, 8.

Alph. 7 & tabb. æn. ultra 200 maj. & min.

Tt 3

Pri-

deinceps accessio facta est, ut præfens libellus vernaculo sermone scriptus inde sit natus. Accessit Appendix de questione: quid de Principum studiis Theologicis sentiendum sit? cum indice satis locupletis. Eamvero in hoc opusculo Principes, qui *Pontificis, Cardinalis, Archiepiscopi, Episcopi* aut alia in ecclesia Romana dignitate illustres & conspicui fuerunt, prætermisit plane, veritus, ne, quod utique evenisset, tractatio argumenti nimium excreceret. Paucos igitur Romanæ Ecclesiæ, plerosque vero Evangelicæ & Reformatæ religioni, quosdam Græcæ etiam Ecclesiæ deditos recensuit, ut constaret, non deesse *Præstantibus Serenissima capita*, quæ nulla licet dignitate Ecclesiastica, ut in Romana Ecclesia fieri consuevit, iustitiam operam suamque in Theologia alacriter posuerint. Singularia, quæ in libello non desunt, recensere superfedemus, eam maxime in multorum jam sit manibus. Unicum B. L. ignorare nolumus, omnium esse Autori, quoniam exempla ejus fere desunt, alteram ejus editionem eamque auctiorem, si Numen divinum annuerit, procurare.

*ÆJUSDEM OBSERVATIONUM SELECTARUM ad Theologiam, Sacramque & Ecclesiæ Historiam spectantium.*

*Fasciculus I.*

Lipsiæ, impensis Hæredum Grossian. 1703, 8.

Plag. 7.

*Fasciculus II.*

Altenburgi, sumt. Jo. Ludov. Richteri, 1706, 8.

Plag. 7.

**P**Riori Fasciculo observationes continentur XIII, quarum I de Principibus Theologis, II de vexatione Neronis, qua Christiani afflicti sunt, universalis, III de observatione: optimos sæpe Christianos eos factos esse, qui religioni Christianæ diutissime adversati erant, IV de libris Theologicis curiosi aut singularis argumenti, V de fede fidei justificantis non in sola voluntate querenda contra Wittichium, VI de Mythologia historiz sacræ quasi

quasi umbra, VII de morte & sepulchro Moſis, VIII de dolis Romanæ eccleſiæ horumque varietate, IX de ſingularibus de Spiritu S. X de Lectionariis orientalis & occidentalis Eccleſiæ, XI de his qui ſcriptores monachos cuiusvis ordinis collegerunt, XII de ſingularibus quæ ad Sanctos Romanæ Eccleſiæ attinent, XIII de Fabulis Romanæ Eccleſiæ agit. Poſterior Faſciculus XII obſervationes complectitur, quarum hæc ſunt argumenta. I de Principibus Theologiæ altera vice, II de claris ſcriptoribus, qui falſo Chriſtiani ſunt habiti, III de Martyribus Eccleſiæ Evangelicæ, IV de quaſtione: num Chriſtus facie auſtera & deformi fuerit? contra Vechnerum, V de veſtigiiſ religionis Chriſtianiæ in religionibus Gentilium occurrentibus, VI de ritu preſtantium, quorum alii verſus plagam orientalem, alii occidentalem, alii meridionalem, alii ſeptentrionalem in præcibus ſe convertere maluerunt, VII de Ariſtotele in Eccleſia Romana autoritate, VIII de Joannis Chryſoſtomi ſingularibus, IX de verſionibus ſacr. Pandect. ante Latherum, X de Phyſiognomia non omnium ſcientiarum excellentiſſima, contra P. Jovernay. XI de providentiâ Angelorum circa res ſingulares, XII de ſtatua ſalia, Genef. XIX. Utrique Faſciculo Indices abſteriores adjecti ſunt, præmiſſis etiam Praſationibus eruditis ad Lectorem.

## L'ANCIENNE ROME.

h e.

**ROMA ANTIQUA DE NOVO ACCURATIS-**  
*ſime a tempore originis ſuæ deſcripta, æneis que tabulis qui-*  
*bus Antiquitates exhibentur, illuſtrata; Auctore FRAN-*  
**CISCO DESEINE.**

Tomi IV.

ROME MODERNE.

h e.

**ROMA NOVA EXACTE DESCRIPTA**  
**FRANCISCO DESEINE.**

Tomi VI.

Lugduni Batav. ſpud Petrum vander Aa, 1713, 2.

Alph. 7 &amp; tabb. 22. ultra 200 maj. &amp; min.

Tt 3

Pri-

**P**rima hujus libri editio Suppl. T. II p. 345 commendata fuit, sed illam multis modis hæc superat. Jam enim *Veteris Romæ* descriptio *quatuor*, *Nova* *sex* partibus absolvitur, cum antea non nisi *Tomis tribus* perexiguus opus constaret. Lugdunensis ob Autoris absentiam sphalmatibus typographicis ita scætet, ut vel ipse Autor illius celerem venditionem omniumque exemplarium distributionem miretur. Sed postquam typographus Lugduno-Bata-vus de nova hujus operis editione cogitavit, Autor etiam illius emendationem aggressus est. In gratiam illorum, qui Latine linguæ peritia carent, in descriptione *Veteris Romæ* omnia ex splendido illo Græviano Opere, quo Romanorum antiquitates continentur, excerpit, quæ ad scopum pertinere visa sunt. Opus suum ita dividit. Partes II priores urbem ipsam describunt & a *Publio Victore* & *Sexto Rufo* memorie prodita adducunt, quibus docti quondam Itali *Famiani Nardani* selectæ in illos Autores observationes, ex *Roma* illius *Antiqua* in Gallicum sermonem versæ, accedunt. Pars III & IV Antiquitates Urbis exponit, ubi de variis Magistratum generibus, servis, militia, triumphis, Præfectis Prætorio, Sacerdotibus, re vestiaria & monetaria, ponderibus & mensuris, Festis, nuptiis, sepulturis, legibus, agitur, simulque omnia ex optimis Autoribus antiquioribus & recentioribus eleganter illustrantur; quibus Index copiosissimus accedit. Præstat etiam hæc editio Lugdunensi, quod non solum Pars III & IV, in illa desideratæ, in hac conspiciantur, & in ipso etiam textu multa mutata, emendata, correctæ sint, sed quod, cum illa tabulis æneis prorsus careret, jam elegantes accuratasque addiderit Autor, & in id etiam allaboraverit, ut, quantum possit, emendatus & a typographi sphalmatibus purgatus liber prodiret.

Nova Roma, qualis nunc est, cum omnibus templis ædibusq; IV Partibus describitur, reliquæ II S. Pontificis regimen omnesque ceremonias explicant, in fine quoque T. IV loca Romæ vicina descripta inveniuntur. Præter eos, quibus in *Veteris Romæ* descriptione usus est, Autores, in indagandis templorum originibus *Pancirollum*, in stationibus, quas vocant, recensendis *Pomponium Hugenem*, in cryptis Vaticani describendis *Torigium* sequi-



sequitur. Collegiorum, monasteriorum &c. origines & fundationes ex Abbatis *Piazza Opere pie di Roma* hausit, & præterea *Philippi Titi Studio di Pittura, Scoltura & Architettura delle Chiese di Roma* verbotenus, paucis exceptis, transtulit, quod autem ad statuas & picturas, quæ in ædibus deprehenduntur, attinet, ut certiora scribere potuerit, Autor ipse illas inspexit, & tales produxit, quales ipse invenit. Ex optimis Autoribus, qui de Romana curia egerunt, ea, quæ de S. Pontificis regimine & ceremoniis habet, desumpsit, *Bossi* etiam Romam subterraneam, dum de cœmeteriis egit, excerptis & Festa ex Romanis ephemeridibus evoluit. Accedit his quoque Index accuratus, totumque opus æque ac Roma Vetus tabulis æneis optimis exornatur. Ceterum Autor, qui inter doctos Typographos suo merito Romæ claruit, haud diu editioni huic operis elegantissimi apud Batavos curatæ superstes fuit, superiori quippe anno 1715 Mense Octobr. non sine Amicorum & nostro quoque lætu Romæ extinctus.

**L. A. SENECE THEOLOGIA NATURALIS**  
*Contemplativa, in Locos Communes digesta, studio JOH JANI SUANINGII, Ripensis in Samo Balshica Præpositi.*  
*Ex Autographo edita cum Præfatione SEVERINI*  
**LINTRUPII, in Regia Universit. Havn. P. P. &**  
*Communis. R. Præpositi.*

Havnæ, impensis Jo. Melch. Liebe, 1710, 4.

Pl. 19.

**T**heologiam hanc *SENECÆ naturalem*, ante dimidium jam sæculum a B. *SUANINGIO, Theologo* (ut judicavit *Th. Bartolinus*) *Chronologo & Philologo summo*, collectam & dispositam, dignam judicavit *CL. LINTRUPIUS*, cum nactus autographum esset, quam in lucem emitteret publicam, addita *Præfatione & Vita Autoris*. In illa, adductis quæ ad laudem *Senecæ* faciunt, de Christianismo ejus, quem negat, multa disserit, mul-

multaque in utramque sententiam ex variis Scriptoribus proponit ac citat; tum de hoc ipso Libro verba facit, institutumque *B. SUANINGII* collaudat; postremo *Ethicam & Politicam SENECAE* per LL. CC. digestam, seu *Theologia* hujus Philosophi *Partem Practicam*, ab alio tamen collectam Autore, Orbis erudito Bibliopolæ verbis pollicetur. In *Vita B. SUANINGII* hæc habet. Natus *Ripis Phundusorum* in Cimbria Meridionali, d. 28 Maii A. 1600, Patre natus est *Jano Lagonis* Senatore & vici galiam Præfecto Regio, Patruo *Johanne Lagonis* Episcopo Ripensi, Matre vero *Dorothea Mag. Jo. Suaningii* filia, qui olim præceptor *FridERICI II* Regis Danicæ, postea Historiographus Regius & Canonicus *Ripensis* fuit: Scholas frequentavit, *Patriam, Soranam, & Scanorum Lundensem*, ad annum 1620, Academias vero *Havniensem, Wittbergensem, Jenensem, Altorphinam*, ipsamque *Basileensem*, & hanc quidem propter seniores *Buxtorfium*, ut *Jenensem* propter *Jo. Gerbardum*. Per Belgium redux d. 21 Aprilis anni 1630 in patriam rediit demum, e qua egressus anno 1624 fuerat. Mox publicos Philosophiæ honores *Havniæ* suscepit, Scholamque *Soranam* suæ demandatam curæ habuit: anno autem 1636 successit in locam *D. M. Elia Eisenberg* Præpositi Regii in Insula *Sans Davica*. Uxorem duxit *Annam, Jani* Consulis *Holbecensis* filiam, ex eaque duos sustulit filios *Eliam & Johannem Suaningios*. Tandem mortuus est, seu (ut in Epitaphio, quod Antecessori & sibi ipse crexerat, loquitur) mori desuit A. 1676 d. 27 Septembris. Ultimo loco scripta nostri Autoris Cl. Editor recenset, tum quæ perfecit & in lucem emisit, tum ea etiam quæ pollicitus est & conficere in animo habuit. Eorum quæ edidit præstantissimum sine dubio illud est, quod *Chronologiam Danicam* inscripsit, quodque fili in Antiquitatum Danicarum *La-byriintho Ariadazæ* elogio non indignum censet Cl. *Linscrupius*; prodiit *Havniæ* 1630 in fol. cætera brevitate studio præterimus.

\* \* \*  
\* \* \*

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA.

*Tom. VI Sect. VIII.*

POGGII HISTORIA FLORENTINA, NUNC  
primum in lucem edita, notisque & Auctoris visa illustrata  
ab JO. BAPTISTA RECANATO, Patrio  
*Veneto, Academico Florentino.*

Venetii, apud Jo. Gabrielem Hertz, 1715, 4.

Alph. 2 plag. II.

**H**istoria Florentina a variis ingeniis, quorum merita magna consecuta est gloria, literis prodita fuit, quo nomine Aretinus inprimis, Scipio Ammiratus, Jo. Michael Brutus, Nicolaus Machiavellus operam contulerunt. Poggius, vir elegantiori eaque Romana musa clarissimus, in eodem historiz negotio versatus est, cujus opus Cl. Recanatus primus Latinum produxit in lucem. Præmisit vitam Poggii, singulari studio & eleganti stilo consignatam, ex qua heic ista, quæ digna sunt adnotatione, colligere, non ab re erit. Ex Terranova Florentinæ regionis oppido prope Aretium originem duxit Poggius, & patre usus est *Guccio*, quem fortasse ab imminuto nomine *Arriguccii* ita appellarunt. De nomine ejus discrepant Auctores sententiis suis. *Jacobum* appellat Thomas Dempsterus Scotus lib. VIII de Etruria regali MS. alij *Jo. Baptistam*, alij *Jo. Franciscum*, item *Carolum* eum nuncuparunt; quanquam e *Bracciolina* gente fuisse Poggium, dubitari haud potest. Ei nemo attribuit fratres, licet ipse locis quibusdam fratris cujusdam natu majoris habuerit mentionem, de cujus nomine Recanatus nec in editis, nec in manu exaratis operibus

c. I.

2.

3.

multaque in utramque sententiam ex variis Scriptoribus proponit ac citat; tum de hoc ipso Libro verba facit, institutumque *B. SUANINGII* collaudat; postremo *Ethicam & Politicam SENECAE* per LL. CC. digestam, seu *Theologia* hujus Philosophi *Partem Practicam*, ab alio tamen collectam Autore, Orbis erudito Bibliopolæ verbis pollicetur. In *Vita B. SUANINGII* hæc habet. Natus *Ripis Phundusorum* in Cimbria Meridionali, d. 28 Maii A. 1600, Patre natus est *Jano Lagonis* Senatore & vici galium Præfecto Regio, Patruo *Johanne Lagonis* Episcopo Ripensi, Matre vero *Dorothæa Mag. Jo. Suaningii* filia, qui olim præceptor *Friderici II* Regis Danicæ, postea Historiographus Regius & Canonicus *Ripensis* fuit: Scholas frequentavit, *Patriam, Soranam, & Scanorum Lundensem*, ad annum 1620, Academias vero *Havniensem, Wittebergensem, Jenensem, Altorphinam*, ipsamque *Basileensem*, & hanc quidem propter senectutem *Buxtorfium*, ut *Jenensem* propter *Jo. Gerbardum*. Per Belgium redux d. 21 Aprilis anni 1630 in patriam rediit demum, e qua egressus anno 1624 fuerat. Mox publicos Philosophiæ honores *Havniæ* suscepit, Scholamque *Soranam* suæ demandatam curæ habuit: anno autem 1636 successit in locum *D. M. Eliæ Eisenberg* Præpositi Regii in *Insula Samo Danicæ*. Uxorem duxit *Annam, Jani* Consulis *Holbecensis* filiam, ex eaque duos sustulit filios *Eliam & Johannem Suaningios*. Tandem mortuus est, seu (ut in Epitaphio, quod Antecessori & sibi ipse erexerat, loquitur) moridessit A. 1676 d. 27 Septembris. Ultimo loco scripta nostri Autoris Cl. Editor recenset, tum quæ perfecit & in lucem emisit, tum ea etiam quæ pollicitus est & conficere in animo habuit. Eorum quæ edidit præstantissimum sine dubio illud est, quod *Chronologiam Danicam* inscripsit, quodque fili in Antiquitatum Danicarum *Lebyrius* *Aradazi* elogio non indignum censet. Cl. *Lebyrius* prædiit *Havniæ* 1670 in fol. cetera brevitate studio præterimus.

\* \* \* \*  
\* \* \*

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA.

*Tom. VI Sect. VIII.*

POGGII HISTORIA FLORENTINA, NUNC  
*primum in lucem edita, notisque & Autoris vita illustrata*  
ab JO. BAPTISTA RECANATO, Patrio  
*Veneto, Academico Florentino.*

Venetis, apud Jo. Gabrielem Hertz, 1715, 4.

Alph. 2 plag. II.

**H**istoria Florentina a variis ingenis, quorum merita magna consecuta est gloria, literis prodita fuit, quo nomine Aretinus in primis, Scipio Ammiratus, Jo. Michael Brutus, Nicolaus Machiavellus operam contulerunt. Poggii, vir elegantiori eaque Romana musa clarissimus, in eodem historice negotio versatus est, cujus opus Cl. Recanatus primus Latinum produxit in lucem. Præmisit vitam Poggii, singulari studio & eleganti stilo consignatam, ex qua heic ista, quæ digna sunt adnotatione, colligere, non ab re erit. Ex Terranova Florentinæ regionis oppido prope Aretium originem duxit Poggii, & patre usus est *Guccio*, quem fortasse ab imminuto nomine *Arriguccii* ita appellarunt. De nomine ejus discrepant Autores sententiis suis. *Jacobum* appellat Thomas Dempsterus Scotus lib. VIII de Etruria regali MS: alii *Jo. Baptistam*, alii *Jo. Franciscum*, item *Carolus* eum nuncuparunt; quanquam e *Bracciolina* gente fuisse Poggium, dubitari haud potest. Ei nemo attribuit fratres, licet ipse locis quibusdam fratris cujusdam natu majoris habuerit mentionem, de cujus nomine Recanatus nec in editis, nec in manu exaratis ope-

c. I.

2.

3.

U n

ribus

ribus illum deprehendit vestigium. Soror nupta fuit Chello Dini, vulgo *della Trojana*, de quo Comites *del Maestro*, quorum gens nostra quoque ætate tum bello, tum literis clara, avitam gloriam tuetur & auget. Anno ætatis octavo & decimo, id est anno MCCCXCVIII, Florentiam se contulit, ut literis daret operam, quarum prima elementa a Joanne Ravennate hausit: deinde disciplinæ Emmanuelis Chrysoloræ se tradidit, ut isto duce Græcæ litteratura suum exornaret ingenium; nec Hebraicarum litterarum studia ab eruditione sua sejuncta esse, passus fuit. Hæc doctrinarum splendore illuminatus hic Poggius Romanam profectus est, Bonifacio IX Pontifice, & constitutus paulo post quam accesserat, literarum Apostolicarum scriptor, eo quippe tempore, quo Leonardus Aretinus Pontifici a secretis erat. Sed tamen exscribendis epistolis non semper vacavit, & ad eandem, ad quam Aretinus, dignitatem pervenisse, ex ejus historia patet, ita ut decem ferme annos literas exscripserit, & quadraginta fuerit a secretis. Romanæ inserviens Curie ad Constantiense Concilium una cum Bartholomæo de Monte Politiano missus fuit anno MCDXIV. Miratur Recanatus, quod celeberrimus Jacobus Lenfant, Constantiensis Concilii historiarum Autor, qui ab instituto digredi videatur, ut eruditionem ostendet in Poggii vita enarranda, ignoret, neque se ignorare diffiteatur, quoniam titulo Poggius Constantiam se contulerit, quum alioquin luce magis clarum sit, ad libros exquirendos missum fuisse. Quumque dictus Lenfant tres tantum Autores reperi- tos a Poggio enumeret, Quintilianum, Asconium Pædianum & Verrium Flaccum, immo potius Valerium Flaccum, nec alios referat, quum amplius sexdecim fuerint, dolet Autor miseram Italorum conditionem, quorum laudes magna scriptorum incuria, ne dicat malitia, aliquando sileantur, aliquando minuantur; imo quod ipsi Italorum vultus ad transalpina lineamenta sæpe traducantur, vel pictoris arbitrio temere formandæ permittantur, ut in Poggii effigie ab eodem Lenfant exposita liceat conipicere. Verum e tenebris sordibusque eruit & publicis manibus restituit Poggius Tertullianum, Quintiliani codicem ceterorum uberrimum, tametsi quibusdam in locis deficientem; Quintum

tum Asconium Pedianum, Lucretium, quamvis non integrum, Silium Italicum, Marcellinum, Nonium Marcellum, Manilium Astrocomum, L. Septimium, Valerium Flaccum, Caprum, Eutychium, Probum Grammaticum, Ciceronis libros de finibus & de legibus, & ejusdem orationes pro Cæcinnâ, de lege Agraria, contra Rullam, ad populum contra legem Agrariam, in Lucium Pisonem, pro C. Rabirio perduellionis reo, & pro Roscio Comodo; item partem Columellæ, & Frontianum de Aquæeductibus. A Constantiensi reversus Concilio anno MCDXVIII in Angliam se contulit. Requirendis codicibus ea quoque in regione operam dedit, monasteria præsertim invisens, quam plurimum Londini moratus; res tamen ex votis, ut Constantiæ, non cessit. Legatum in Hungariam a Pontifice missum nonnulli scribunt, diu etiam Ferrariæ & Bononiæ fuisse, sed ad curiam denique rediisse. Tot fatigatus periculis, matrimonii fata experiri decrevit, quanquam jam tres filios, quum clericus adhuc esset, ex femina quadam susceperat: de cetero ætate jam ingravescente, hoc est, annos natus quinquaginta quatuor, uxorem duxit Vaggiam, seu Selvaggiam Ghini Manentis de Bondelmontibus, MCDXXXV quam ipse adolescentulam forma egregiam, virtutibus præstantem dixit. Inde Romam cum uxore se contulit, ibique liberos omnes, dexcepta Lucretia, suscepit, prout ipse Aretinum Florentiæ degentem de filio sibi Romæ nato his verbis lætus certiorum reddidit: *septuagesimum ætatis annum, mi Carole, ingressus Kalendis Maji filium suscepi, ceteris, quos mihi largitus est Deus, pulchriorem ac majorem.* Filiorum haud mediocri numero auctus, defunctoque Laurentio Mediceo, qui ipsius ego statem pecunia sublebat, a Nicolao V Pontifice operam petiit. Et re ipsa non ætate tantum, sed laboribus etiam fatigatus est, quum a secretis fuerit non solum Innocentio VII, sed Gregorio XII, Alexandro V, Joanni XXIII, Martino III seu V, Eugenio IV, Nicolao V & Calisto III. Romanam curiam reliquit, anno MCDLIII, ætatis suæ LXXII, & in dignitatem Florentini Cancellarii evectus, itemque unus ex prioribus artium, seu ut postea dicti sunt, *Libertatis*, renunciatus est sub vexillo Carri, omnibus ultro eam dignitatem deferentibus, qua mirifice functus est. Civitate autem Florentina

ribus illum deprehendit vestigium. Soror nupta fuit Chello Dini, vulgo *della Trojana*, de quo Comites *del Maestro*, quorum gens nostra quoque ætate tum bello, tum literis clara, avitam gloriam tuetur & auget. Anno ætatis octavo & decimo, id est anno MCCCXCVIII, Florentiam se contulit, ut literis daret operam, quarum primæ elementa a Joanne Ravennate hausit: deinde disciplinæ Emmanuelis Chrysoloræ se tradidit, ut isto duce Græcæ litteraturæ suum exornaret ingenium; nec Hebraicarum litterarum studia ab eruditione sua sejuncta esse, passus fuit. Hæc doctrinarum splendore illuminatus hic Poggius Romanam profectus est, Bonifacio IX Pontifice, & constitutus paulo post quam accesserat, literarum Apostolicarum scriptor, eo quippe tempore, quo Leonardus Aretinus Pontifici a secretis erat: Sed tamen exscribendis epistolis non semper vacavit, & ad eandem, ad quam Aretinus, dignitatem pervenisse, ex ejus historia patet, ita ut decem ferme annos literas exscripserit, & quadraginta fuerit a secretis. Romanæ inserviens Curie ad Constantiense Concilium una cum Bartholomæo de Monte Politiano missus fuit anno MCDXIV. Miratur Recanatus, quod celeberrimus Jacobus Lenfant, Constantiensis Concilii historiarum Autor, qui ab instituto digredi videatur, ut eruditionem ostendet in Poggii vita enarranda, ignoret, neque se ignorare diffiteatur, quoniam titulo Poggius Constantiam se contulerit, quum alioquin luce magis clarum sit, ad libros exquirendos missum fuisse. Quumque dictus Lenfant tres tantum Autores reperi- tos a Poggio enumeret, Quintilianum, Asconium Pædianum & Verrium Flaccum, immo potius Valerium Flaccum, nec alios referat, quum amplius sexdecim fuerint, dolet Autor miseram Italorum conditionem, quorum laudes magna scriptorum incuria, ne dicat malitia, aliquando fileantur, aliquando minuantur; imo quod ipsi Italorum vultus ad transalpina lineamenta sæpe traducantur, vel pictoris arbitrio temere formand permittantur, ut in Poggii effigie ab eodem Lenfant exposita liceat con- spicere. Verum e tenebris sordibusque eruit & publicis manibus restituit Poggius Tertullianum, Quintiliani codicem ceterorum uberrimum, tametsi quibusdam in locis deficientem; Quintum



tum Alconium Pædianum, Lucretium, quamvis non integrum, Silium Italicum, Marcellinum, Nonium Marcellum, Manilium Astronomum, L. Septimium, Valerium Flaccum, Caprum, Eutychium, Probum Grammaticum, Ciceronis libros de finibus & de legibus, & ejusdem orationes pro Cæcinnâ, de lege Agraria, contra Rullam, ad populum contra legem Agrariam, in Lucium Pisonem, pro C. Rabirio perduellionis reo, & pro Roscio Comedo; item partem Columellæ, & Frontianum de Aquæductibus: A Constantiensi reversus Concilio anno MCDXVIII in Angliam se contulit. Requirendis codicibus ea quoque in regione operam dedit, monasteria præsertim invisens, quam plurimum Londini moratus; res tamen ex votis, ut Constantiæ, non cessit. Legatum in Hungariam a Pontifice missum nonnulli scribunt, diu etiam Ferrariæ & Bononiæ fuisse, sed ad curiam denique rediisse. Tot fatigatus periculis, matrimonii fata experiri decrevit, quanquam jam tres filios, quum clericus adhuc esset, ex femina quadam susceperat: de cetero ætate jam ingravescente, hoc est, annos natus quinquaginta quatuor, uxorem duxit Vaggiam, seu Selvaggiam Ghini Manentis de Bondelmontibus, MCDXXXV quam ipse adolescentulam forma egregiam, virtutibus præstantem dixit. Inde Romam cum uxore se contulit, ibique liberos omnes, decepta Lucretia, suscepit, prout ipse Aretinum Florentiæ degentem de filio sibi Romæ nato his verbis lætus certiore reddidit: *septuagesimum ætatis annum, mi Carole, ingressus Kalendis Maji filium suscepi, ceteris, quos mihi largitus est Deus, pulchriorem ac majorem*. Filiorum haud mediocri numero auctus, defunctoque Laurentio Mediceo, qui ipsius egestatem pecunia sublebat, a Nicolao V Pontifice opem petiit. Et re ipsa non ætate tantum, sed laboribus etiam fatigatus est, quum a secretis fuerit non solum Innocentio VII, sed Gregorio XII, Alexandro V, Joanni XXIII, Martino III seu V, Eugenio IV, Nicolao V & Calisto III. Romanam curiam reliquit, anno MCDLIII, ætatis suæ LXXII, & in dignitatem Florentini Cancellarii evectus, itemque unus ex prioribus artium, seu ut postea dicti sunt, *Libertatis*, renunciatus est sub vexillo Carri, omnibus ultro eam dignitatem deferentibus, qua mirifice functus est. Civitate autem Florentina

C. II. jam MCDXIV denatus est, ut adeo illi aberrent vero, qui id anno MCDLIII contigisse arbitrantur. Cum tanta honorum ac dignitatum parem literarum gloriam conjunxit Poggius: namque & multa Latine scripsit, & Græca multa Latio donavit. Ex his habemus Xenophontem de vita Cyri, Alphonsi Siciliæ Regis jussu translatum, Luciani Sirii Comœdiam, cui titulus Afinus, quinque Diodori Siciliæ libros, quibus nomen suum inscripsit. Latina ejus opera plura sunt. Epistolas quidem ad omnes fere ætatis ejus doctissimos viros scripsit, quarum non pauca in unam voluminem redactæ publici juris factæ sunt, aliz latent adhuc in MSS. opuscula itidem quædam edidit, præfationem in Luciano Asiaticum aureum, Dialogum adversus Hypocritas, libellos de situ Indiæ, de officio Principis & de Principum infelicitate, declamationem in detractores, ac quinque funebres orationes de Laurentio Mediceo, de Nicolao Nicolo, de Leonardo Aretino, de Pontifice Nicolao V, ac demum de Francisco Zabarella Cardinali Florentino habitas. Præter hæc reliquit alia, cujusmodi sunt liber de vera Nobilitate; historiarum convivales; de varietate fortunæ opus; parva historia de avaritia ad Franciscum Barbarum; tractatus de humanæ conditionis miseria; descriptio Romanæ urbis; quaestio, num feni sit uxor ducenda; Florentini populi historia. Omnibus his, quæ vel impressa, vel manuscripta habentur, adjiciendus est tractatus de imaginibus virorum illustrium gentis de Bondelmontibus, quem jam evulgatum esse, quidam existimant; sed Auctor noster opinatur, fortasse periisse opus: hoc injuria temporum, quod & acciderit ejus operibus, quæ adversus concilium Basileense conscripsit. Præterea multos acerbius exagitavit, & in illos ingenii stimulos acuit, quod de Laurentio Valla, Philelpho, Perotto & aliis constat. Judicia illustrium virorum de Poggio, quæ Auctor noster collegit studiose, silentio transmittimus, animum advertentes ad museum ejus & Academiam. Eandem solertiam ad vetustatis alia monumenta transtulit, variisque undique conquisitis, capitibus scilicet marmoreis, figuris, numismatibus, museum construere meditabatur. Nec marmoreis tantum signis aliisque antiquitatis vestigiis, sed plurimis Græcis Latinisque codicibus nefertam Academiam ornavit. Quam plurimum tunc delectabatur, cujus in laudem epistolam

com-

conseripfit. Septuagesimum octavum ingressus annum naturali morbo, non nulla fortasse uxoris causa, cui magis, quam deceat, deditus erat, quæque illo non invito, ut ipse fatetur, plurimum temporis sibi vindicabat, Florentiæ occubuit anno MCDLIX tertio Kal. Novembr. Quinque Poggius suscepit liberos, mares omnes, ætate in senium vergente, Jo. Baptistam, Jo. Franciscum, Philippum, Petrum Paulum, & Jacobum, eruditissimos viros. Unus Jacobus sacris initiatus non fuit, hac una in re fratrum exempla non secutus, quibus licet ætate, nihil tamen cessit aut ingenio, aut rerum scriptarum gloria. Varia edidit monumenta, & Jacobo Cardinali Riario fuit ab epistolis. Jo. Baptista fuit juris utriusque Doctor, & Canonicus Florentinus anno MCDXLIX, deinde Canonicus Aretinus, & Laterinensis Plebanus, Pontificis Acolytus & assistens Cameræ Clericus, & occubuit anno MCDLXX. Jo. Franciscus Florentinus, itidem Canonicus & Laterinensis Plebanus, Romam se contulit, ibique Pontificis Cubicularius & Apostolicarum litterarum Abbreviator, Canonici Juris peritissimus erat, ut ex tractatu de potestate Papæ & Concilii ab illo edito colligi potest. Leoni X a secretis fuit, qua in dignitate mortuus est Romæ anno MDXXII die XXV mensis Julii. Petrus Paulus, etiam filius Poggii, Dominicanæ familiæ adscriptus S. Mariz ad Minervam Prior factus est, quam dignitatem non nisi probatissimi ejus religionis viri assequi solent. Hactenus de vita Poggii, quæ a Recanato primum candidè consignata est, dum more excellentis historici tum ea, quæ laudanda sunt, tum vituperanda attingit; deinde studiose, quoniam omnia ex monumentis genuinis, in primis ineditis, collegit, & multa erronea illorum, qui Poggii fata jam persecuti sunt, emendavit; & tertium eleganter, quoniam sermo ejus vim & castitatem purioris stili præ se habet. Quibus causis excitati, ipsi in vita Poggii fuimus copiosiores, ut subinde aliorum errata possint castigari. Id tantum addimus, quod sint, qui Poggio nostro librum famosum *de tribus Impostoribus*, veluti Autori attribuant, ut patet ex *Campanella atheismo triumphato*; quamvis *Tobias Wagner in examine elenchtico atheismi speculat.*

c. 4 §. 22. Aretinum & Poggium conjungit. Sed tamen

Uu 3.

alii

C. 14-

I 5.

alii, sique ingenue mentis viri hac de re Poggii causam peroraverunt.

Quod ad ipsam Poggii historiam Florentinam attinet, non est, quod de ista disseramus, quum in conspectu orbis eruditi publico jam per multum tempus sit versata. Ipse Poggius istam stilo Romano condiderat, quam Jacobus filius in linguam Italianam transtulit, quæ & Italice Flor. 1598, 8 & cum Donati Acciaio-  
li Histor. Flor. Venetiis 1476 in fol. prodit, de qua versione & ejusdem editionibus si Recanatus copiosiora quædam dixisset, non fuisset ab re, præcipue quum varii his de causis perducti sint in discrimina errorum. Recanatus istam primus exhibet Latinam, adeoque genuinum Poggii factum, cui varias adjecit observationes, quibus ipsas res illustrare & confirmare laboravit. Itaque non modo ceteris scriptoribus minus, sed ne Poggio quidem ipsi pepercit, ubi constans aliorum consensus cum ratione conjunctus ita postulare visus est. De cetero constat, quam sententiam de hac Poggii historia tulerit Sannazarius.

*VARIORUM INTRA ITALIAM MONUMENTORUM  
inscriptiones ex pluribus in itinere descriptis editæ  
ab AMADEO de BENIGNIS.*

Stregæ Silesiorum, apud Jo. Godof. Weberum, 1715, 8.

Plag. 21.

**S**Uavis omnino utilitas ex inscriptionibus eruditæ imprimis antiquitatis, etiam recentioris ævi, peti potest, quarum beneficio variis historiarum momentis, quæ sæpius haud evoluta nec explicata sunt, clarior accenditur lux. Causas illarum Cl. Addisonius, Anglus, observationibus, quas de itinere per varia Italix loca suscepto, Londini lingua sua publici fecit usus, peroravit eleganter, nec ex eruditis ingeniis defuerunt, quæ diligentiam in colligendis ejuscemodi inscriptionibus præstiterunt utilissimam. Namque his meritis Laurentius Schraderus, Jacobus Philippus Tomasinius, Jacobus Salomonius, Franciscus Cæsarinus, Jo. Jacobus Valerius, Jo. Puricellus, & alii clarissimum a se dederunt nomen, & ad Italicas inscriptiones cognoscendas viam pararunt amoenissimam. Alii, quum urbium aliorumque locorum memoria digna

tra

tradiderint literis; nec titulos monumentorum, quæ ibi apparent, intactos reliquerunt; quique summorum Pontificum, Cardinalium, sacrorum Antistitum, proregum Neapolitanorum, & ceterorum ex Italia eruditorum vitas & res ab ipsis gestas in publicam emiserunt lucem, ut Alphonfus Ciacconius, Augustinus Oidoinus, Ferdinandus Ughellus, Philippus Bonannus, Dominicus Antonius Parricius, Hieronymus Ghilinus, Nicolaus Toppius, Prosper Mandosius & plures alii. Horum exemplis excitatus Cl. Autor noster eidem negotio tradidit studium suum, & ex magna inscriptionum copia, quas in itinere Italico collegerat, illas rededit in lucem & prodire passus est, a quibus historia varii generis emolumentum expectare potest. Quanquam enim quas partes jam Autor sibi sumit, eas alii gravissimi viri, quorum habuimus mentionem, præoccuparunt; ipsi tamen rei non fecerunt satis, & reliquerunt omnino Cl. Editori varia monumenta, digna quæ ex tenebris revocentur in lucem publicam. Sed tamen fieri vix potuit, quin nonnulla, quamvis perpauca, quæ in aliorum libris jam reperiuntur, jam repetita fuerint; qua de re lectores boni spectoris Autorem vel eo nomine habebunt excusatum, quod scriptorum illorum rarior est copia. Ad hæc inscriptiones interdum aliter, quam Amadeus de Benignis eas legit, retulerunt; vel eum ordinem literarum, quo scriptæ fuerunt, & quem ubique, quoad fieri potuit, observare studuit, neglexerunt: imo recentiores vix annum MDCC LXX supergrediuntur. Verum opus nostrum exhibet inscriptiones Veronenses, Bononienfes, Lauretanas, Spoletanas, Interamnatenses, Castellaneses, Romanas, quæ maximum occuparunt locum, item Cajetanas, Capuanas, Neapolitanas, Puteolanas, Florentinas, Liburnenses, Urbanenses, Mediolanenses, Cherienses. Quarum aliz historiarum præcipue literis, aliz chronologiæ imprimis magno adjumento esse possunt, id quod exemplis quibusdam facili negotio clarum reddi potest. P. 21. extat hæc Romana inscriptio bibliothecæ Vaticanæ:

ALEXANDER VIII OTTOBONVS  
 VENEVS PONT. MAX.  
 MILLE NONGENTOS CONSCRIPTOS CODICES  
 EX

## ACTORUM ERUDITORUM

EX IIS, QVOS CHRISTIANA ALEXANDRA  
SVECORVM REGINA

VNDIQVE CONQVISIVERAT, SELECTOS  
PAVCIS QVOQVE E SVA DOMESTICA  
BIBLIOTHECA

ADIECTIS VATICANÆ ATTRIBVIT  
ET ALEXANDRINÆ NVNCVPATIONE PROPRIAQVE  
AVLA DISTINXIT.

ANNO SAL. M. DC. LXXX. PONT. I.

Hujusmodi monimenta, quæ bibliothecas spectant, plura ad-  
huc occurrunt, uti de bibliotheca Ambrosiana, eiusque fundato-  
re, de Bononiensi, de ista, quæ in Gymnasio sapientiæ Romæ con-  
dita; de Palatina Romam advecta, de Slusia. Nec parciora de-  
prehendimus monimenta virorum, qui eruditione & nominis  
gloria clarissimi sunt. Ex. g. p. 90 apparet hæc inscriptio:

D. O. M.

JVLIVS CAESAR ALAGALLA  
LVCANVS,

COMES PALATINVS ET PROTONOTARIVS  
APOSTOLICVS

TOTOS ANNOS XXXII DOCTRINAM  
ARISTOTELIS

PUBLICICE IN VRBE PROFESSUS,  
INTELLIGENS

PHILOSOPHIAM ESSE MEDITATIONEM  
MORTIS

HIC LOCVM HVMANDO CORPORI  
VT ANIMVS PIORVM PRECIBUS IUVETVR  
VIVENS ELEGIT

ANNO AETATIS SVAE LII  
M DC XXIII.

OBIIIT XVI KAL. MART. MDCXXIII.

Et p. 146.

D. O. M.

JOANNI CASAE  
ARCHIEPISCOPO. BENEVEN.

CVIVS

CVIVS. SINGULAREM  
 IN. OMNIVM. VIRTVTVM. AC  
 DISCIPLINARVM. GENERE  
 EXCELLENTIAM  
 IMMORTALIBVS. ILLVSTREM  
 MONVMENTIS  
 AEMVLA. NEQVIDQVAM  
 POSTERITAS. ADMIRATVR  
 HORATIVS. ORICELLARIVS  
 AVVNCVLO. OPTIME. MERIT.  
 POSVIT.

Aliorum, Francisci Alciati, Jo. Francisci Aldobrandini, Petri Aldobrandini, Leonardi Aretini, Antoniorum Barberinorum, Emanuelis Chrysolozæ, Petri Ciacconii, Alexandri Farnesii, Georgii Merulæ, Petri Petruccii, Manfredi Septalii, Jo. Gualteri Slusii, Federici Vbaldini, Ferdinandi Ughelli, monumenta, quæ hæc collecta sunt, attingere, huius loci minus est. Nemo, nisi ingenua mente destitutus & litterarum harum ignarus, de utilitate inscriptionum harum pronuntiabit sinistre: ut miremur, Autorem, qui vero nomine *Gottlieb Milichius* vocatur, falsam in titulo nomen ascivisse, Ceterum vel iis de causis meretur gratias, quod triplicem indicem, primum eorum, quorum monumenta collegit, deinde illorum, quorum nomina in his monumentis continentur, & denique rerum & verborum adjecterit.

THE REMAINS OF JOHN LOCKE, &c.

i. e.

**RELIQVIÆ JOANNIS LOCKII, ARMIGERI.**  
*Nempe I. Animadversiones quædam de Vita & Moribus D. Eduardi Pocockii. II. Consilia pro instituendo adolescente, honestiori loco nato, sàm in Religione, quam Reip. statu. III. Optima Methodus tractandi & interpretandi Scripturas. IV. Judicium de Societate promovendi cognitionem Christi.*

Xx

Lon.

Londini, apud E. Curll, 1714, fol.

Plag. 6.

**Q**uinq̄ue Epistolæ hîc exhibentur a Celeberrimo Lockio ad Editorem illarum, literis R. K. designatum, A. 1703 scriptæ. I de vita & moribus Eduardi Pocockii, cujus vitam Editor noster parabat, inscripta, repræsentatur ille tanquam eruditione, pietate, diligentia, modestia, humilitate insignis, & inter alia laudatur, quod non fuerit præceps in loquendo, & aliis præsentibus sæpe silentium discipuli tenuerit, etsi valuerit scientia magistri. Idem rarissime cuiquam contradixit, vel si necessitas postulaverit, ut errantem in viam duceret, tanta id lenitate atque humanitate fecit, ut ne speciem quidem opponendi vel corrigendi præ se tulerit. Certe se nunquam audivisse testatur Lockius, quod præsentem vel tantillum verbis irritaverit, vel de absente sequius judicaverit. Temperantiz vel maxime fuit deditus, & ab omni ostentatione remotus, liberalitatem & in hospites benignitatem exercuit. Cum post reditum Caroli II Regis in Angliam nulla ipsius promovendi, quod mereri quidem ante alios videbatur, ratio fuisset habita, nunquam ea de re conquestus est. A litibus, quibus fama eruditorum læditur, prorsus abhorrebat, ceterum de cunctis, qua patent humanæ ac divinæ literæ, prudenter & graviter diserebat. Testatur etiam Lockius, se nunquam illum, quamvis acriter provocatum, vel minimum ira commotum vidisse. Ceterum a facetiis non alienus erat, qua occasione lepida de illo historiola narratur. Erat in Collegio Corporis Christi, cujus alumnus erat Pocockius, janitor proliza barba decorus. Simulabat itaque Noster, quasi subito barbam forfice discinderet, projectis interim in terram crinibus equi. At nihil moratus janitor, quod se præcipuo decore spoliatum graviter doleat, ad Collegii Præsidentem se confert, & lamentabili voce ultionem postulans, barbam sibi queritur petulanter abscissam. Quamcum ille conspiceret adhuc illæsam, subridens, tonsorem habuisti, ait, oppido imperitum, qui barbam tonsurus integram reliquit, itaque janitor dictis vix fidem habens manu mento adnota vera esse comperit tandem, ac ad se pudibundus rediit. Ceterum Pocockium narrasse aliquando refert Lockius, quod

tria



tria millia Proverbiorum Arabicorum, maximam partem bonæ notæ, collegerit & de versione illorum cogitet: an vero illam absolverit, se nescire addit. Epistola II brevior est, Pocockium ceu exemplum eruditæ ad imitationem proponendum collaudans. Huic vero ab Editore subjuncta est inscriptio monumenti Oxonii in Ecclesia Christi Cathedrali obvia, quæ ita sese habet:

**EDOARDUS POCOCKE, S.T.D.**

*(Cujus si nomen audias, nihil hic de fama desideres)*

*Natus est Oxoniæ, Nov. 8. A. D. 1604.*

*Socius in Collegium Corpus Christi cooptatus 1628.*

*In Lingua Arabica Lecturam publice habendam*

*Primus est institutus, 1636.*

*Deinde etiam in Hebraicam Profess. Regio successit, 1648.*

*Desideratissimo Marito, Sept. 10. 1691.*

*In cælum reverso,*

**MARIA BURDET,**

*Ex qua novenam suscepit sobolem, Tumulum*

*hunc mærens posuit.*

Epistola III, qua adolescenti honestiori loco nato, ut tam ad religionem, quam Reipublicæ statum, cognoscendum manu ducatur, suadet studium Scripturæ, & Novi maxime Testamenti. Ad doctrinam morum præter Scripturam, *The whole Duty of Men*, quippe bona methodo scriptum Systema, & si quem longius ire juvet, sermones Barrovii, Tillotsoni & Witchcoti commendat. Si quis vero scire cupiat, quousque ratio in doctrina illa procedat, ei, ut Tullii officia, ipsosque fontes, si cui perspicere volupe sit, Aristotelem aliosque Græcos Philosophos evolvat, autor est. Quamvis vero Prudentia inter virtutes cardinales referatur, Noster tamen nullum Tractatum, quæ ad doctrinam morum spectet, deprehendi pronunciat, in quo plene & accurate de illa agatur. Ejusque rei causam forte hanc esse putat, quod non omnis imprudens actio hominem in foro conscientiæ reum agat. Se doctrinam morum respicere ait, quod circa criminum; prudentiæ, quod circa eorum, quæ minus convenient, evitacionem versetur. Hujus quidem fundamentum in ho-

Londini, apud E. Curll, 1714, fol.

Plag. 6.

**Q**uinque Epistolæ hic exhibentur a Celeberrimo Lockio ad Editorem illarum, literis R. K. designatum, A. 1703 scriptæ. I de vita & moribus Eduardi Pocockii, cujus vitam Editor noster parabat, inscripta, repræsentatur ille tanquam eruditione, pietate, diligentia, modestia, humilitate insignis, & inter alia laudatur, quod non fuerit præceptus in loquendo, & aliis præsentibus sæpe silentium discipuli tenuerit, etsi valuerit scientia magistri. Idem rarissime cuiquam contradixit, vel si necessitas postulaverit, ut errantem in viam duceret, tanta id lenitate atque humanitate fecit, ut ne speciem quidem opponendi vel corrigendi præ se tulerit. Certe se nunquam audivisse testatur Lockius, quod præsentem vel tantillum verbis irritaverit, vel de absente sequius judicaverit. Temperantiæ vel maxime fuit deditus, & ab omni ostentatione remotus, liberalitatem & in hospites benignitatem exercuit. Cum post reditum Caroli II Regis in Angliam nulla ipsius promovendi, quod mereri quidem ante alios videbatur, ratio fuisset habita, nunquam ea de re conquestus est. A litibus, quibus fama eruditorum læditur, prorsus abhorrebat, ceterum de cunctis, quæ patent humanæ ac divinæ literæ, prudenter & graviter disseribat. Testatur etiam Lockius, se nunquam illum, quamvis acriter provocatum, vel minimum ira commotum vidisse. Ceterum a facetiis non alienus erat, quæ occasione lepida de illo historiola narratur. Erat in Collegio Corporis Christi, cujus alumnus erat Pocockius, janitor proluxa barba decorus. Simulabat itaque Noster, quasi subito barbam forfice discinderet, projectis interim in terram crinibus equi. At nihil moratus janitor, quod se præcipuo decore spoliatum graviter doleat, ad Collegii Præsidem se confert, & lamentabili voce ultionem postulans, barbam sibi queritur petulanter abscissam. Quamcum ille conspiceret adhuc illæsam, subridens, tonsorem habuisti, ait, oppido imperitum, qui barbam tonsurus integram reliquit, itaque janitor dictis vix fidem habens manu mento admota vera esse comperit tandem, ac ad se pudibundus rediit. Ceterum Pocockium narrasse aliquando refert Lockius, quod

tria

tria millia Proverbiorum Arabicorum, maximam partem bonæ notæ, collegerit & de versione illorum cogitet: an vero illam absolverit, se nescire addit. Epistola II brevior est, Pocockium ceu exemplum eruditæ ad imitationem proponendum collaudans. Huic vero ab Editore subjunctæ est inscriptio monumenti Oxoniæ in Ecclesia Christi Cathedrali obvia, quæ ita sese habet:

**EDOARDUS POCOCKE, S. T. D.**

*(Cujus si nomen audias, nihil hic de fama desideres)*

*Natus est Oxoniæ, Nov. 8. A. D. 1604.*

*Socius in Collegium Corpus Christi cooptatus 1628.*

*In Lingua Arabica Lecturam publice habendam*

*Primus est institutus, 1636.*

*Deinde etiam in Hebraicam Profess. Regio successit, 1648.*

*Desideratissimo Marito, Sept. 10. 1691.*

*In cælum reverso,*

**MARIA BURDET,**

*Ex qua novenam suscepit sobolem, Tumulum*

*hunc merens posuit.*

Epistola III, qua adolescenti honestiori loco nato, ut tam ad religionem, quam Reipublicæ statum, cognoscendum manu ducatur, suadet studium Scripturæ, & Novi maxime Testamenti. Ad doctrinam morum præter Scripturam, *The whole Duty of Men*, quippe bona methodo scriptum Systema, &, si quem longius ire juvet, sermones Barrovii, Tillotsoni & Witchcoti commendat. Si quis vero scire cupiat, quousque ratio in doctrina illa procedat, ei, ut Tullii officia, ipsosque fontes, si cui perspicere volupe sit, Aristotelem aliosque Græcos Philosophos evolvat, autor est. Quamvis vero Prudentia inter virtutes cardinales referatur, Noster tamen nullum Tractatum, quæ ad doctrinam morum spectet, deprehendi pronunciat, in quo plene & accurate de illa agatur. Ejusque rei causam forte hanc esse putat, quod non omnis imprudens actio hominem in foro conscientiæ reum agat. Se doctrinam morum respicere ait, quod circa criminum; prudentiæ, quod circa eorum, quæ minus convenient, imitationem versetur. Hujus quidem fundamentum in ho-

minum & morum cognitione deprehendi, hanc vero historiam, ipsamque experientiam suppeditare statuit. Quantum ad regulas prudentiæ in communi vita observandas, varios quidem in medium afferre aliquas conatos esse, sed adeo plerumque attendisse ad ea quæ cõvenient, ut aliquando virtutem neglexerint: laudat tamen imprimis hoc loco Siracidem. Ad praxin humanorum officiorum perficiendam aliquid præterea requiri, quod licet vulgo ceu a virtute & prudentia distinctum consideretur, attamen tam arctè cum illis conjunctum sit, ut qui eo destitutus est, in alterum facile peccet. Id quod in eo consistere putat, ut quis bene moratus sit; idque ex consuetudine cum illis, qui bonis moribus sint præditi, optime disci posse. Porro ad Reipublicæ rationem & vera regionis cujusvis commoda pernoscenda facere, ut ante omnia aliquis fundamentum & naturam societatis civilis, varias item regiminis formas & species exploratas habeat. Aristotelem in hac scientia magistrum esse, & paucos sine lectione Politicorum ejus ad Reip. considerationem feliciter accedere. Commendat hinc ad legum examen Hookeri primum librum de politia Ecclesiastica, tum Autorem libri, *Two Treatises of Government*, & Pufendorffii libellum de Officio Hominis & Civis. Paulo majorem lectionem postulare specialem Reipublicæ Anglicanæ cognitionem, nisi aliquis superficialia saltem notitia ex Chamberlainii statu Angliæ, & Smitho de Republica Anglicana contentus esse velit. Consulendos autem esse antiquos Legum Doctores, Bractonum, Fletam, *The Mirror of Justice*, &c. una cum Historia Angliæ a Normannis ad nostra usque tempora, ex Autoribus maxime cõvis petenda; quorum nomina partim e Tyrrelli Historia Angliæ disci possint. Quantum ad commoda regionis, quæ manifeste in prospero & tranquillo statu consistant, ea multitudine hominum negotiis deditorum, opibus & fœderibus promoveri. Hæc autem ut acquirantur, pacis bellicque artes, tum redituum prudentem administrationem, & ut pauperioribus laborum materia suppetat, aliaque ad gubernandam Remp. pertinentia, conducere, quæ juxta varium mutabilemque hominum statum tam varia sint, tamque mutabilia, ut exigua illorum pars e libris dilci possit.

Quæ

Qui noscere illa cupiat, attendere debere præsentis rerum statui, atque inde rationes subducere, quid ad utilitatem suæ regionis faciat, quid minus. Epistola IV de methodo tractandi & interpretandi Scripturam, Novi præsertim Testamenti, paulo generalius agens suadet, ut assidue &, si fieri possit, in lingua originali legatur. Interpretes commendat illos, qui Critici vocantur, Poli Synopsin, Hammondum, Whitbyum. Sed & proprium iudicium imprimis adhibendum esse censet. Medi quoque ac Lightfooti scripta ad verum Scripturæ sensum ducere posse iudicat. Quatuor Evangelistas ante omnia probe inter se collatos penitus intelligi debere existimat, eamque in rem Clerici ac Whistoni Harmoniam laudat. Epistola V approbat institutum Societatis propagandi Christi cognitionem. Denique tria hæc Epistolæ carmina ad Protectorem C. Cromwellium ob fœdera inter Rempublicam Britannicam & Ordines Fœderati Belgii A. 1654. inita, ad Carolum II Regem, Principem e stirpe Regiæ Portugalliæ A. 1662 in matrimonium ducentem, & ad T. Sydenhamum, M.D. in Tractatum ejus de Febribus A. 1675 editum, a Nostro conscripta adjiciuntur.

THE WORKS AND LIFE OF CHARLES  
Earl of HALIFAX.

i. e.

*OPERA ET VITA CAROLI, COMITIS HALIFAXII.*

Londini, apud E. Curl, & reliquos, 1715, 8.

Alph. 1. pl. 2.

**U**T virtutes atque merita Caroli Halifaxii, quæ non modo toto divisis orbe Britannis verum & exteris innotuere, ab oblivione vindicaret, emisso hoc in publicum libello annisus est Auctor anonymus, cujus ductu nos quoque tanti Mæcenatis fata, levi licet penicillo adumbrata, Lectorum oculis nunc subjiciemus. Carolus Montaguus, Comes Halifaxii, patre Georgio & Elisabetha Irbia matre d. 16 April. 1661 prognatus, literis in Academia Oxoniensi & Cantabrigiensi sedulam navavit operam, ut brevi tempore carmine imprimis clarissimus evaderet. Insigniora ipsius Poemata mox sub ingressum hujus Libelli sunt

p. 2.

5.

6.

Xx 3

inse-

minum & morum cognitione deprehendi, hanc vero historiam; ipsamque experientiam suppeditare statuit. Quantum ad regulas prudentiæ in communi vita observandas, varios quidem in medium afferre aliquas conatos esse, sed adeo plerumque attendisse ad ea quæ conveniant, ut aliquando virtutem neglexerint: laudat tamen imprimis hoc loco Siracidem. Ad praxin humanorum officiorum perficiendam aliquid præterea requiri, quod licet vulgo ceu a virtute & prudentia distinctum consideretur, attamen tam arcte cum illis conjunctum sit, ut qui eo destitutus est, in alterum facile peccet. Id quod in eo consistere putat, ut quis bene moratus sit; idque ex consuetudine cum illis, qui bonis moribus sint præditi, optime disci posse. Porro ad Reipublicæ rationem & vera regionis cujusvis commoda pernoscenda facere, ut ante omnia aliquis fundamentum & naturam societatis civilis, varias item regiminis formas & species exploratas habeat. Aristotelem in hac scientia magistrum esse, & paucos sine lectione Politicorum ejus ad Reip. considerationem feliciter accedere. Commendat hinc ad legum examen Hookeri primum librum de politia Ecclesiastica, tum Autorem libri, *Two Treatises of Government*, & Pufendorffii libellum de Officio Hominis & Civis. Paulo majorem lectionem postulare specialem Reipublicæ Anglicanæ cognitionem, nisi aliquis superficialia saltem notitia ex Chamberlainii statû Angliæ, & Smitho de Republica Anglicana contentus esse velit. Consulendos autem esse antiquos Legum Doctores, Bractonum, Fletam, *The Mirror of Justice*, &c. una cum Historia Angliæ a Normannis ad nostra usque tempora, ex Autoribus maxime cœvis petenda; quorum nomina partim e Tyrrelli Historia Angliæ disci possunt. Quantum ad commoda regionis, quæ manifeste in prospero & tranquillo statu consistant, ea multitudine hominum negotiis deditorum, opibus & fœderibus pronoveri. Hæc autem ut acquirantur, pacis bellique artes, tum reddituum prudentem administrationem, & ut pauperioribus laborum materia suppetat, aliaque ad gubernandam Remp. pertinentia, conducere, quæ juxta varium mutabilemque hominum statum tam varia sint, tamque mutabilia, ut exigua illorum parte libris disci possit.

Qui

Qui noscere illa cupiat, attendere debere præfenti rerum statui, atque inde rationes subducere, quid ad utilitatem suæ regionis faciat, quid minus. Epistola IV de methodo tractandi & interpretandi Scripturam, Novi præsertim Testamenti, paulo generalius agens suadet, ut assidue &, si fieri possit, in lingua originali legatur. Interpretes commendat illos, qui Critici vocantur, Poli Synopsin, Hammondum, Whitbyum. Sed & proprium iudicium imprimis adhibendum esse censet. Medi quoque ac Lightfooti scripta ad verum Scripturæ sensum ducere posse iudicat. Quatuor Evangelistas ante omnia probe inter se collatos penitus intelligi debere existimat, eamque in rem Clerici ac Whistoni Harmoniam laudat. Epistola V approbat institutum Societatis propagandi Christi cognitionem. Denique tria hæc Epistolis carmina ad Protectorem C. Cromwellium ob fœdera inter Rempublicam Britannicam & Ordines Fœderati Belgii A. 1654. inita, ad Carolum II Regem, Principem e stirpe Regia Portugalliæ A. 1662 in matrimonium ducentem, & ad T. Sydenhamum, M.D. in Tractatum ejus de Febribus A. 1675 editum, a Nostro conscripta adjiciuntur.

THE WORKS AND LIFE OF CHARLES  
Earl of HALIFAX.

i. e.

*OPERA ET VITA CAROLI, COMITIS HALIFAXII.*

Londini, apud E. Curl, & reliquos, 1715, 8.

Alph. 1. pl. 2.

**U**T virtutes atque merita Caroli Halifaxii, quæ non modo toto divisis orbe Britannis verum & exteris innotuere, ab oblivione vindicaret, emissio hoc in publicum libello annis est Autor anonymus, cujus ductu nos quoque tanti Mæcenatis fata, levi licet penicillo adumbrata, Lectorum oculis nunc subjiciemus. Carolus Montaguus, Comes Halifaxii, patre Georgio & Elisabetha Irbia matre d. 16 April. 1661 prognatus, literis in Academia Oxoniensi & Cantabrigiensi sedulam navavit operam, ut brevi tempore carmine imprimis clarissimus evaderet. Insigniora ipsius Poemata mox sub ingressum hujus Libelli sunt

p. 2.

5.

6.

Xx 3

infer-

- inferta, quæ inter eminent Satyra lepidissima adversus Joannem Drydenum, Vatem celeberrimum, ad Catholicorum sacra transfugam, quam Noster una cum non minus nobili Poeta Matthæo Priore composuit. Wilhelmo III vix Regio diademate ornato, cui bonos præmiis afficere solenne erat, Noster 500 libras annuorum reddituum accepit, atque anno 1691 Commissioni Parliamenti summa prudentia præfuit. Paulo post Dorleti commendatione inter Regis Thesaurarios & Consiliarios allectus, mox Cancellarii & Sub-Thesaurarii munere decoratus, eoque ita functus est, ut ipsius maxime consiliis depravationem monetæ cohibitam, atque fidem publicam restitutam omnes prædicarent. Et hac quidem re audita Galli adeo sunt territi, ut de pace tum demum serio cogitare cœperiat. Interea Noster commercii augendis omnem operam impendit, atque Viros prudentia & eruditione præstantes officiis præficiendos curavit, nec ullo animi motu inde se dimoveri passus est; 52. 144. 153. 49. siquidem Priori, mordacis licet carminis adversus ipsum Auctori, Tabularii munus in Tractatibus Pacis Rysvicensis demandari curavit. Propterea haud mirandum, Carolo nostro A. 61. 67. 1699 dignitatem Baronis Halifaxii atque Paris Anglici fuisse collatam. Nec prohibere tamen potuit, quo minus ab Inferiori Parlamento curia ob pacta de terris Hispanorum dividendis accusaretur; at res illa, nemine magnopere urgente, mox deferbuit. Mortuo Wilhelmo, primus Annæ de suscepto regimine gratulatus, atque ab ipsa, spreis obrectatorum vocibus, iisdem, 74. quibus ante præfuerat, muneribus est honoratus. Tum vero 76. virtus ipsius maxime enituit, non sania solum suppressa, ac si Wilhelmus Hanoveranis, Anna exclusa, Regnum tradere per manus voluisset, sed querelis etiam ob crimen peculatus adversus Nostrum motis, Regiæ quidem mandato mox cessantibus, 77. & acerrimis litibus Religionis ergo, imprimis ob *Occasionalem* 88. 132. *Conformitatem*, quam vocant, Halifaxio autore demum sedatis. Singulari ipsius prudentiæ debentur Unio inter Anglos ac Scotos, salutaribus ejus consiliis contra illorum, qui tollendam suadebant, conatus firmata; successio Hanoverana consensu Parliamenti confirmata; numi in memoriam Wilhelmi & Annæ cufi;



si; Acta Rymeri Anglica, summo rei publicæ æque ac litterarum bono publica luce donata, quorum XIV Tomos (nunc vero XVI prostant) ejus munificentia ad nos pervenisse, grato animo agnoscimus, Anglorum denique Archiva in ineliores ordinem redacta. Sed invidiam quoque, quæ virtutis comes est, Halifaxius non effugit, qui mutatis præsertim Ministris gratia Reginæ excidit, & uxore mortua secreti amoris cum *Bartona*, xidua, falso quidem, insimulatus est. Interim providere non destitit, ne quid Respublica ab illis, qui Galhis favebant, detrimenti caperet. Regina deinde fato sancta inter Regentes locum sortitus, fidem suam Regi M. Britannicæ Augustissimæ, *GEORGIO I* adeo probavit, ut ab ipso Primi Commissarii Thesauri, & Consiliarii intimi munere, ac Comitum præterea Halifaxii atque Equitis Periscelidis dignitate ornaretur: ex quo tempore tanta usus est moderatione, ut & Rigidioribus & horum Adversariis esset acceptissimus. Sed insignibus his fortunæ bonis haud diu perfrui Halifaxio datum est, quippe Vir de patria & seculo suo optime meritus A. 1715 d. 19 Maji peripnevmonia extinctus est, condito prius Testamento, quod cum Elogiis Clarissimorum Virorum sub calcem libelli hujus subjungitur. Ceterum librum ipsum magno suo fructu legent, qui superiorum annorum historiam paulo penitius cognoscere cupiant.

Præf.

p. 99-  
195.

167. 217.  
228. 258.

266.

*JO. ABR. KROMAYERI. SUPERINTEND. Obrdruff Tabulæ Theologiæ Positivo-Acroamaticæ pleniores, observationibus & questionibus, partim necessariis, partim utilibus instructæ, & moderno seculo accommodatæ; docentibus pariter ac discensibus servientes. Præmissus demonstratio divinæ scripturæ S. originis, & subjungitur Tabula de Christianismo.*

Gothæ, literis Reyherianis, 1715, 24.  
Alph. Iplag. 20.

**I**nter adminicula maxime idonea, quibus levare labor Studiorum Theologicæ queat, Tabulas referri recte adornatas debere, adeo certum est Summe Reverendo Kromayero, ut hanc dubi-

dubitet Tabulis dignitatem regulæ cujusdam seu normæ afferere, ad quam examinari omnes omnino libri ac dijudicari possint, an decente ordine & iusta methodo sint conscripti: quandoquidem qui leges & vincula Tabularum ægre admittunt, pro confusis vel saltim inordinatis haberi non injuria, ex ipsius mente, possunt, contra qui contrario sese habent modo. Quo etiam magis miratur, quod, cum Systematum ac Compendiorum Theologiæ tantus existat numerus, ut copia potius quam penuria illorum laboremus, Tabulæ nihilominus adeo raræ sint, ut præter eas, in quas Locos Melanchthonis Nylæus, Epitomen Gerhardi Cnapius, Bayeri Compendium Schneierus, Hodosophiam Dænhauseri Spenerus, & non ita pridem Compendium Hutteri Meurerus redegerunt, quasque Gerhardus præterea & Zapfius condiderunt, nullas reperire alias potuerit. Itaque sibi hunc laborem sumpsit, ut novas adornaret, vel potius ut, quas diversis jam temporibus in usum Disputationum Synodaliæ concinnaverat, nunc perfectiores publice nobiscum communicaret. In quibus cum eo curam operamque convertit, ut, quoniam veteres in multis argumentis deficiunt, quæ plenius excolere necessitas recentiores docuit, ipse quoque pleniorum singulorum articulorum tractationem exhiberet, & nihil omitteret, quod vel utilitatis vel necessitatis aliquod momentum haberet; tum vero etiam hæc duo ipsi magnopere curæ cordique fuerunt, justus nempe ordo, seu talis omnium partium locatio, quam cujusque argumenti indoles & ratio requirebat, ac bona Methodus, quæ ab ordine differre, illumque supponere, & in primis circa demonstrationes per causas versari a Nostro asseritur. Quare nonnulla ab aliis separatim tractata conjunxit, ac confusim juncta separavit: quod vel ex Articulis maximi momenti de *Conversione & Ecclesia* patescit, in quorum priori doctrina de Gratia perperam (secundum Autorem) a causa efficiente sejungitur, (sicut in loco quoque de *Providentiâ* doctrina de Concurſu,) in posteriori e contrario multa de Ecclesia proprie & synecdochice tali permiscetur, quæ sejungi debebant. In totius Systematis dispositione & integrorum Articulorum serie celeberrimum Jo. Andr. Schmidium potissimum est secutus, in causarum Doctri-

na

na D. Velthemium, in rebus ipsis B. Musæum ceterosque Jenenses inprimis Theologos tum antiquiores tum recentiores. Tabulas singulas in duas quasi partes divisit, quarum prior vocem, posterior rem exponit, semperque in fine observationes & Quæstiones subjicit, quarum illæ, littera O in ipsis Tabulis notatæ, defectus suppleant & fortius ingerunt memoriz quæ notari inprimis merentur, hæc vero, quarum nota est littera Q, non antiquas tantum sed & recentiores controversias proponunt & præcipuas decidendi rationes subministrant. Terminos technicos, quos vocant, in Scholis receptos, studio retinuit, & perinde esse existimat, an Latini sint an barbari, sive a Scholasticis sive ab aliis sint excogitati, modo rem clare & distincte significant: cumque terminos Logicos, e. g. Genus, Species, in Theologia retinere integrum sit, nihil esse causæ putat, cur Metaphysicos ejiciamus, qui utilitate cum illis certent: itaque se mirari ait, quod animum adeo his terminis insensum tam multi ostendant, & veretur, ne cum vocabulis doctrinam accuratorem ipsam eliminatam eant. Jam ex ipso libro quasdam promemus Summe Rev. Autoris sententias, speciminum loco. Ad quæstionem, an vera & orthodoxa Theologia possit esse sine fide salvifica, quam tractat in Prolegomenis post Tab. I *de Theologia*, ita respondet, ut sententiam negantem magis piam, affirmativam magis veram pronuntiet, atque hæc inde confirmet, quod finis Theologiz obtineri sine fide salvifica possit. Part. I Sect. I Tab. IV *de Imaginè Dei*, Obi. 9. probat quidem, quæ illustris Leibniti-  
P. 17  
68.

us contra Bælium disserit, originem sc. mali non in Deo sed creatura quærendam propterea esse, quoniam in hac essentialiter limitata imperfectio quædam originalis ante peccatum fuerit, dum non omnia sciverit & hinc se fallere potuerit; sed monendam putat, hominem absolute spectatum, sine comparatione cum Creatore, perfectum plane conditum fuisse, cum haberit omnia ad felicitatem requisita: hinc enim perfectionem creaturæ estimari debere, nequiquam vero ex notitia rerum, quæ nihil fecerit ad ejus felicitatem & scopum, inprimis cum adhibito studio omnem errorem evitare potuerit. Part. III Tab. XVII *de Lege*, obligationem Legis moralis pendere non a voluntate

- tate sed a sanctitate & iustitia Dei asserit, atque ita demonstrat: certum esse, Deum creasse hominem ut ipsum colat, nec potuisse creaturam rationalem aliam in finem condere: hinc evidens quoque esse, naturam humanam, huius finis causa, Divinae oportere esse conformem, cum, si difformem vel alienam a sua Deus creasset, idem simul voluisset & noluisset, & hoc confirmare Scripturam: hinc porro sequi, Deum non aliam legem figere potuisse homini, quam eam, ad quam ipsa voluntas divina determinatur: determinari autem voluntatem divinam ad istam legem non ex mero beneplacito & sine ratione (quod Sanctitati, Iustitiae, Perfectioni & Sapientiae Dei repugnaret) sed propter certam aliquam rationem, quae non possit alia esse quam ipsum legis objectum seu moralitas actionum intrinseca. Tab. XIV ejusdem Partis de Sacramentis in genere, formam partis Sacramentorum, seu conceptum primum partialem proprium, non tam verba institutionis statuit, (cum in S. Coena positus verbis Institutionis non statim ipsa ponatur S. Coena) quam Institutionem absolute spectatam, (quia Christus instituendo administravit S. Coenam & administrando instituit) quae in S. Coena ipsam primam administrationem huiusque modum includit. Tab. XVI Qv. II Laicum Sacram Coenam administrare posse ea ratione probat, quia, cum majus facere possit, videlicet absolvere a peccatis, etiam possit minus, quod illi subordinetur. Tab. 268. XX Obf. II Errare eos dicit, qui finem primum & essentialem Matrimonii praecreationem solum statuunt, illumque errorem inde ortum putat, quod de fine matrimonii judicant ex verbis Gen. I, 28: *crescite & multiplicamini*, cum ex illis judicare potius debuerint: *non est bonum homini esse solum*. Gen. II. Antequam finem faciamus, per pauca de *Demonstratione divinae originis Scripturae S.* quam operi suo praemisit Summae Rev. Autor, dicenda restant. Postquam igitur de aliorum argumentis quaedam monuit, falsusque est, demonstrationem non tantum difficilem esse, sed & impossibilem forte, si directe & immediate probare velis, Scripturam divinam habere originem & quidem per *Deonovevsiar*, quae utique merum factum singulare sit & occultum, a sola voluntate Dei libera derivandum; hoc tandem modo

modo rem indirecte demonstrat, ut neque ab homine neque ab Angelo Scripturam posse esse profectam doceat: non ab homine, cum sit *supra & contra hominem*, hoc est, *supra & contra intellectum humanum*, quandoquidem revelet, quæ homo nec sciat, nec scire possit, & tamen negare nequeat, (loquitur de peccato originis,) itemque *supra & contra voluntatem humanam*, cum omnibus naturalibus hominis propensionibus adversetur, contra sanctissima proponat præcepta, taliaque remedia, quæ homo neque excogitare neque desiderare possit: non ab Angelo, quia probari nequeat tum quod potuerit Angelus, quodque eorum omnium notitiam habuerit quæ revelata sunt, tum quod voluerit, & quidem sua sponte seu benigna voluntate erga homines sine jussu & mandato Dei. Itaque concludit, cum neque ab homine neque ab Angelo possit esse Scriptura S. eam necessario divinæ esse originis.

*CASIMIRI GODOFREDI A BEUST COMMENTARIUS JURIS FEUDALIS AD B. SAM. STRYKII EXAMEN JURIS FEUDALIS.*

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditsch & Filium, 1713, 4.

Alph. 2.

UT publica studiorum suorum daret specimina Autor Generalis (qui Anno superiori 1716 præmatura morte obiit) præfentes ad B. Sam. Strykii Examen Juris Feud. annotationes cum Orbe Erudito, dum viveret, communicavit. Deprehenderit enim, duo potissimum in isto Juris Feudalis Compendio adhuc desiderari posse; primum, quod brevissimis verbis singula ibidem apparerent proposita, rationesque haut raro silentio prætermisæ; deinde, quod Controversiæ Feudales non satis essent explicatæ. Utrumque igitur præsentî commentatione supplere tentavit. Et quidem quod primo Originem Feudorum attinet, nihil certi de ea statui posse existimat, neque etiam magnum adeo defectum esse, si quis talia ignoraverit, cum sufficere possit Juveni, scire saltem, quod hodiernis moribus obtineat. Illud interim negari non posse, Feuda primis temporibus intuitu

P. I.

2.

Yy 2

fer-

- P. 47. fervitorum bellicorum militibus fuisse concessa, unde adhuc hodie Nobiles Feuda possidentes *Equites* appellentur. Quam diversa vero Feudorum sit natura, colligi ex eo, quod a nonnullis J. Feudalis Doctoribus *XX* Feudorum Genera enumerantur.
95. Ratione Personarum feudum acquirentium magnum esse discrimen inter Barones noviter creatos & nobiles ex antiqua familia descendentes, hosque illis longe præferendos esse; cum sæpe contingat, ut ad Lufus Equestres aliasque Solennitates Auðicas simplex Nobilis *XVI* Majoribus instructus admittatur cum exclusione ejusmodi Baronis noviter creati. Sed prolixum foret, plura specimina colligere. Sub finem addita est Dissertatio de *Excussione Allodii ante Feudum*, ab eodem Generos. Dn.
291. 292. Autore Altdorffi quondam habita. In qua quidem statuit, Dominum Feudi ad æs alienum a Vasallo contractum exsolvendum *in subsidium* teneri, si nempe feudum sit mere & absolute hæreditarium; aut filius Patri hæres etiam in Allodio existat.
300. Talia vero debita, ex feudo in subsidium solvenda, esse 1 Alimentationem, Educationem & Dotationem filiarum, 2 Alimenta filiis ob animi corporisve vitium ad successionem feudalem inhabilibus debita, 3 Legitimam filiabus præstandam, in casu si Pater ad comparandum novum aliquod feudum maximam bonorum Allodialium partem impenderit, 4 Impensas in funus defuncti Vasalli factas, & denique 5 debita in quæ successores feudales simpliciter consensere. E contra principaliter ex feudo citra Excussionem Allodii solvi oportere 1 omnia illa, quæ a Vasallo in refectionem, meliorationem & liberationem feudi impensa exstant, 2 pecuniam ad comparandum feudum mutuo sumptam, 3 Dotatium Viduæ Vasalli debitum ob dotem illatam ac in feudi utilitatem versam, 4 Dotem ipsam, si uxor id voluerit; cum utique in arbitrio sit uxoris, an dotatium an vero dotem ipsam habere malit, 5 Paraphernalia Uxoris in feudum utiliter illata, & 6 onera justam ob causam feudo imposta.
- 312.

**TRACTATUS DE PODAGRA, IN QUO DE**  
*ultimis visis & liquidis & succo nutritio tractatur,*  
 Autore CLIFTONO WINTRINGHAM

Eboraci,

Elboraci, ap. F. Hildyard, & Londini, ap. J. Churchill, 1714, 8.

Plag. II.

**P**ROBAT Cl. Autor in Præfatione, quod Veteres, teste *Hippocrate*, non fictis hypthesibus, sed experimentis & ratiocinationibus ab iis deductis Medicinam instituerint, eorumque & recentiorum, qui artem salutarem nulli Philosophorum sectæ subditam excoluerunt, exemplo podagræ causam eodem modo investigare & ad mechanicam, quantum datur, certitudinem deducere allaborat. C. 1. itaque historiam morbi describit: quæ cum aliunde jam nota sit Artis Medicæ non ignaris, de ea in præfenti nihil dicemus. C. 2. supplementum quoddam illius historię continetur: docetur enim, quinam præ ceteris podagrici fiant, nempe qui ætate florente, victu lauto & opiparo, potu generoso & largiori otioque continuo utuntur, præsertim si corpus habeant magnum, crassum, robustum, & ingenium acutum; qui liquores spirituosos, austeros & acidos liberius deglutiant, veluti vinum Rhenanum, Mosellanum, Moravicum &c. qui nimiam literis operam dant; qui denique Veneri immodicæ præsertim maturius indulgent. C. 3. morbi causam investigaturus cum cura in mutationes inquirat, quas subeant corpora illorum, quos præ ceteris podagricos fieri c. 2. notavit. Totus autem in eo est, ut ostendat, liquidum in ultimis vasis fieri viscidius, crassius & acrius, ipsaque ultima vasa in primis quæ ad pedes pertinent, coarctari & rigiditatem naturali majorem induere. Per ultima vasa intelligit minima, quæ dantur in corpore nostro, & quorum intortu & contextu partes omnes corporis formantur. Ea nervosa statuit tamque exigua, ut nec cultro anatomico, nec microscopio, sed ratiocinio tantum detegantur. Distincte igitur exponit, quomodo visciditas illa & acrimonia sanguinis eveniat a victu lauto, pleno & opiparo, potu generoso otioque diuturno, a liquoribus spirituosis acris & austers in ventriculum demissis, a vita studiosa & Veneris usu. C. 4. ad phænomenorum podagræ solutionem se convertit: ubi ab initio norat, mutationi alicui aeris tribuendum esse, quod paroxysmus paulo ante æquinoctium vernale & post autumnale podagricum regulariter invadat, & in eam curatius inquirat. Hinc

Yy 3

ratio-

rationem reddit, cur pedes præ ceteris partibus podagra laborent, cur hic morbus articulos potissimum invadat, unde sensio aquæ frigidæ, unde febricula, unde incrementum dolorum, unde dolores noctu recurrant, unde torpor, dolor punctorius, mordens, lancinans, urens, frangitivus, luxans, pendens, premens, coarctans, dilacerans; unde dolores apparente tumore mitiores; unde pars affecta sensatione tam exquisita polleat; unde podagricus animi pathematibus obnoxius; unde podagra sensim corporis truncum & alias partes invadat; unde dolores in senectute mitiores; cur paroxysmus tandem ex se cesset & pruritus abeuntem sequatur; unde squamæ furfuraceæ atque tophi. Ad horum omnium rationem reddendam supponit, 1 liquidum partes nervosas alluens constare ex particulis angulis spiculisque maxime acutis, tenuibus & subtilibus terminatis; 2 sensationem quamlibet doloris aut voluptatis a nervorum tremore oriri, unde liquidum in iis contentum, prout tremor est majoris aut minoris momenti, undis densioribus & breviori tempore oscillantibus versus cerebrum revolvatur; 3 nullum esse tremorem nervi sine aliqua solutione continui; 4 omnes dolores conjunctos esse cum tremore nervorum majoris momenti. Hinc nimirum e. gr. patet, in podagra locum habere dolorem punctorium, quia liquidum constans particulis, quæ angulis spiculisque maxime acutis, tenuibus & subtilibus terminantur, majori vi nititur in tunican vasis & cuneorum instar in partes nervi truditur fibrillasque a se mutuo dividit. Tandem c. 5 de curatione podagræ agit, quam difficillimam judicat, quia causa morbi proxima in acrimonia & visciditate liquidi nervosi fibrarumque rigiditate ac coarctatione canalium consistit, adeoque hæc omnia ad statum pristinum reduci debent, si morbus penitus extirpandus. Nimirum primæ viæ ab indigesta mole cruditatum liberandæ & viscera ad vires pristinas reducendæ: deinde liquidum in ultimis vasis stagnans eaque infarciens e corpore excernendum eique liberior transitus per vasa maxima coarctata conciliandus. Commendat itaque Autor primum in finem emetica, cathartica lenissima, medicamenta amara, aromatica, antiscorbutica, sales alcalinos fixos, et

bos-



bosque potusque facile digerendos, exercitia magna, sæpe iterata & diu continuata, inprimis equitationem, frictiones, motus partium affectarum, somnum maturum: alterum vero in finem sudores lenes balneatione in aquis thermalibus, aut hypocausti ope, aut usu salium volatilium cum largo haustu liquorum attenuantium, actu calidorum, promotos; mercurialia purgantia cum larga diluentium copia assumta; frictiones totius corporis ad rubedinem fere continuatas, &c.

In Appendice quæstiones aliquas curiosis omnibus, præcipue tamen in clytæ Societati Regiæ Britannicæ proponit. Omnes hæc transcribere non licet: paucas indicamus. Quærit e. gr. an non terra sit ultimum omnis corporis elementum; an solidæ animalium partes sint mera terra, ubi fluidis omnibus orbatæ; an nutritio & accretio a sola vaporum distensione oriuntur, an potius particulæ ultima vasa & fibras constituentes, vi fluidorum circumstantium a stricta cohæsiōe distendantur, inde hient poruli & interstitia fiant, in quæ particulæ similes & homogeneæ vi fluidorum in tubo conico undiquaque valide prementium compingantur & firmitatem a stricta cohæsiōe acquirant; annon aqua vi æolipilæ in vaporem conversa aliique omnes vapores sint genus quoddam aeris; an particulæ igneæ solummodo ab aliis materiæ particulis ob summam earum tenuitatem, soliditatem & vim attractivam differant, & annon hæc in terram, & terra in lumen converti possit?

**HENRICI MASCAMPPI, PROFESS. DUISBURG.**

*Institutiones Historiæ, quibus explicantur res omnes  
ævi.*

Amstelodami, sumptibus Mich. Andr. Fuhrmanni, 1711, 4.

Alph. I plag. 9 $\frac{1}{2}$ .

**H**istorias pariter atque Oratoriam in Academia Duisburgen-  
si inde ab anno 1706 publice docuit Clarissimus Autor, & non tantum novam editionem Florum sparsionis Lydii in passionem adornavit, sed etiã de patria Justiniani disquisitionem, duo specimina alicujus commentarii ad Paudectas, ac epitomen historiæ civilis ab orbe condito usque ad finem seculi XVII editit,

rationem reddit, cur pedes præ ceteris partibus podagra laborent, cur hic morbus articulos potissimum invadat, unde sensio aquæ frigidæ, unde febricula, unde incrementum dolorum, unde dolores noctu recurrant, unde torpor, dolor punctorius, mordens, lancinans, urens, frangitivus, luxans, pendens, premens, coarctans, dilacerans; unde dolores apparente tumore mitiores; unde pars affecta sensatione tam exquisita polleat; unde podagricus animi pathematibus obnoxius; unde podagra sensim corporis truncum & alias partes invadat; unde dolores in senectute mitiores; cur paroxysmus tandem ex se cesset & pruritus abeuntem sequatur; unde squamæ furfuraceæ atque tophi. Ad horum omnium rationem reddendam supponit, 1 liquidum partes nervosas alluens constare ex particulis angulis spiculisque maxime acutis, tenuibus & subtilibus terminatis; 2 sensationem quamlibet doloris aut voluptatis a nervorum tremore oriri, unde liquidum in iis contentum, prout tremor est majoris aut minoris momenti, undis densioribus & breviori tempore oscillantibus versus cerebrum revolvatur; 3 nullum esse tremorem nervi sine aliqua solutione continui; 4 omnes dolores conjunctos esse cum tremore nervorum majoris momenti. Hinc nimirum e. gr. patet, in podagra locum habere dolorem punctorium, quia liquidum constans particulis, quæ angulis spiculisque maxime acutis, tenuibus & subtilibus terminantur, majori vi nititur in tunicam vasis & cuneorum instar in partes nervi truditur fibrillasque a se mutuo dividit. Tandem c. 5 de curatione podagræ agit, quam difficillimam judicat, quia causa morbi proxima in acrimonia & visciditate liquidi nervosi fibrarumque rigiditate ac coarctatione canalium consistit, adeoque hæc omnia ad statum pristinum reduci debent, si morbus penitus extirpandus. Nimirum primæ viæ ab indigesta mole cruditatum liberandæ & viscera ad vires pristinas reducendæ: deinde liquidum in ultimis vasibus stagnans eaque infarciens e corpore excernendum eique liberior transitus per vasa maxima coarctata conciliandus. Commendat itaque Autor primum in finem emetica, cathartica lenissima, medicamenta amara, aromatica, antiscorbutica, sales alcalinos fixos, cibos-

bosque potusque facile digerendos, exercitia magna, sæpe iterata & diu continuata, in prunis equitationem, frictions, motus partium affectarum, somnum maturum: alterum vero in finem sudores lenes balneatione in aquis thermalibus, aut hypocausti ope, aut usu salium volatilium cum largo haustu liquorum attenuantium, actu calidorum, promotos; mercurialia purgantia cum larga diluentium copia assumta; frictions totius corporis ad rubedinem fere continuatas, &c.

In Appendice quæstiones aliquas curiosis omnibus, præcipue tamen in clytæ Societati Regiæ Britannicæ proponit. Omnes hæc transcribere non licet: paucas indicamus. Quærit e. gr. an non terra sit ultimum omnis corporis elementum; an solidæ animalium partes sint mera terra, ubi fluidis omnibus orbata; an nutritio & accretio a sola vaporum distensione oriatur, an potius particulæ ultima vasa & fibras constituentes, vi fluidorum circumstantium a stricta cohæsiōe distendantur, inde hiant poruli & interstitia fiant, in quæ particulæ similes & homogeneæ vi fluidorum in tubo conico undiquaque valide prementium compingantur & firmitatem a stricta cohæsiōe acquirant; annon aqua vi æolipilæ in vaporem conversa aliique omnes vapores sint genus quoddam aeris; an particulæ igneæ solummodo ab aliis materiæ particulis ob summam earum tenuitatem, soliditatem & vim attractivam differant, & annon hæc in terram, & terra in lumen converti possit?

**HENRICI MASCAMPPI, PROFESS. DUISBURG.**

*Institutiones Historiæ, quibus explicantur res omnes ævi.*

Amstelodami, sumptibus Mich. Andr. Fuhrmanni, 1711, 4.

Alph. I. plag. 9½.

**H**istorias pariter atque Oratoriam in Academia Duisburgen-  
si inde ab anno 1706 publice docuit Clarissimus Autor, & non tantum novam editionem Florum sparsionis Lydii in passionem adornavit, sed etiã de patria Justiniani disquisitionem, duo specimina alicujus commentarii ad Paudectas, ac epitomen historiæ civilis ab orbe condito usque ad finem seculi XVII edit,

dit, has vero Institutiones primum Duisburgi A. 1710 deinde Amstelædami in lucem emisit. Opus dilpescuit in quatuor partes, quarum prima complectitur antiquiora omnia usque ad Seculum VI ante Christum natum, secunda, quæ sequuntur usque ad Christum, tertia, quæ usque ad Carolum Magnum, & quarta, quæ supersunt, reliqua. Quamlibet partem iterum divisit in libros, & in quovis libro tria capita, quæ summam historiz civilis, ecclesiasticæ & literariæ continent, constituit. Hac vice primam partem exhibuit, atque in ejusdem libro primo de rebus usque ad diluvium, secundo usque ad vocationem Abrahami, tertio usque ad exitum ex Ægypto, quarto usque ad templum Salomonis, & quinto usque ad seculum VI ante Christum egit. Juvabit autem nonnulla speciminis loco ex illis afferre; sic v. g. גִּבְיֹתֵי Genes. VI, 4 non gigantes, ut Numer. XIII, 33, sed violentos, grassatores, ἐπιπιπλοῦσας interpretatur. 35. Babylonici regni illud, quod Genes. X, 10 refertur, initium statuendum esse contra Marshamum, qui omnem Babylonis antiquitatem detrahere ausus est, evincit. Pharaonem illum, de quo Genes. XII, & Abimelechum, de quo Gen. XX, a cultu & cognitione veri Dei non prorsus alienos fuisse conjicit. 90. Nomen Lyczorum a Lycæo monte derivari, esseque hoc ludierum illud, quod ab Evandro deinde in Italiam delatum, Lupercal illic appellari cœperit, observat. 128. Vocem Ophir accipi posse putat pro generali nomine regionum plurium, quæ omnes aditæ sint, pro varietate mercium & opum, quemadmodum Indiæ navigationis appellatione etiam Portus Arabici, Sinus Persicus, Insulæ, China & Japonia, nobis intelliguntur. Plura talia subinde insperguntur, ac juris publici mutationes, observato ubique per temporum intervalla accurato ordine Chronologico, copiose explicantur, multæque circumstantiæ, quæ ad antiquitatem & variam eruditionem pertinent, dilucidiores redduntur. In primis laudem meretur eruditissimus Mascampius, quod non tantum omnia ex fontibus ipsis haurire, sed etiam ejusmodi methodum, quæ juvandæ memoriæ inserviat, perpetuo servare voluerit, ut adeo & reliquas tres partes propediem perlustrandi desiderio flagremus.

L'ETAT

## L' ETAT DE LA SUISSE,

h. e.

**STATUS HELVETIÆ DESCRIPTUS ANNO**

1714, &amp; ex Anglico sermone in Gallicum translatus.

Amstelodami, apud Fratres Wetstenios, 1714, 8.

Plag. 19.

**S**Tatum Helvetiæ, a Josia Simlero, Michaelæ Stetlero, Joanne Stumpfio, Joanne Henr. Suicero, Francisko Guillimanno, aliisque, & novissime a Gottlieb Kypselero descriptum, Autor quoque hujus libelli, qui Stanianus negotiorum aulæ Anglicanæ apud Helvetios per octo annos curator esse dicitur, sibi exponendum putavit: partim quod ipse præsens illum inspexerit, partim quod non pauca de eo lingua civibus suis vernacula aut familiari, scripta viderit. Omnia, quæ de illo notatu digna occurrunt, in decem capita distribuit. *Caput I situm Helvetiæ* repræsentat, latius hodie, quam olim patentiæ, & partes quasdam Italiæ Galliæque veteris complexæ, & secundum communem opinionem altissimum Europæ locum obtinentis, juga montium Helveticorum aspera quidem, non tamen prorsus sterilia esse, pagos Bernensem, Tigurinum, Friburgensem ac Solodurensem, ut & ditionem Basileensem & Scaphusiensem frumento abundare, reliquos pagos, eorum inopiam exteris mercibus importatis sublevare, & pascuorum, pecudum piscium & vinorum copia compensare ostendit. *Caput II fortunam & conversiones Helvetiorum* inde a tempore Julii Cæsaris usque ad pacem Westphalicam, qua veteri nexu cum imperio Germanico soluti ac liberi declarati sunt, recenset. *Caput III regimen septem pagorum*, Tigurini puta, Bernensis, Lucernensis, Basileensis, Friburgensis, Solodurensis & Scaphusini, Aristocraticum; sex reliquorum vero Democraticum esse, monstrat, & utriusque rationem in singulis pagis, præcipue Bernensi, utpote omnium amplissimo & scriptori nostro propius cogito, copiosius ac liberius describit, adeo ut propterea liber hic apud Helvetios proscriptus esse dicatur. *Caput V agit de comitiis* totius Helvetiæ communibus, quæ ordinariæ quotannis circa festum Joannis per unius mensis spatium habentur; interdum vero & extra ordinem in-

Lz

dicun-

dicuntur. In his bini singulorum pagorum delegati, inter quos Tigurinus quidam præsidendi jus habet, rationes quæstorum, & provocaciones a mincribus magistratibus examinant, negotia belli & pacis tractant, & quæcunque ad publicam reipublicæ utilitatem spectant, constituunt. *Caput VI mores* Helvetiorum describit, in quibus laudatur imprimis fortitudo bellica cum pari fidelitate conjuncta, quam novissimo etiam bello Gallico perfpicere licuit, dum milites ex eodem pago a diversis partibus conducti pertinacissime contra se invicem pro suis quisque castris dimicarunt. Refellitur quorundam opinio, qua Respublica hæc exteris quibuscunque militem vendere creditur, cum nonnisi certo fœdere junctis eum in Helvetia conscribere liceat, ea quidem conditione, ut ad vim belli propulsandam potius, quam inferendam adhibeatur. Vulgari illi obtrectationi, præcipue Gallorum, qua Helvetii stupiditatis hebetisque ingenii arguuntur, nonnisi paupertatem plerorumque locum dedisse affirmat, secundum illud Juvenalis :

Nil habet infelix paupertas durius in se

Quam quod ridiculos homines facit.

Præcipue vero legitimam justitiæ administrationem desiderat, quam in judiciis, præsertim minoribus, prope venalem esse, & plus licitantibus addici, ait. *Caput VII religionem* Helvetiorum considerat, & in pagis Protestantium, nominatim Bernensi, duas sectas, Pietisticam & Anabaptisticam, non ita pridem ortas, sed subito iterum oppressas esse, refert. *Caput VIII commercia* memorat, quibus plura importari in Helvetiam, quam exportari, ostendit, cum præter equos, armenta, caseum & butyrum nihil fere habeat, quod exteris vendi possit. *Caput IX in reditus publicos* inquit, qui, licet per se exigui, in pagis tamen Aristocraticis expensis majores sunt. Unde residua ærarium quotannis augent, & ad necessarios usus seponuntur. *Caput X militiam* Helvetiorum ita comparatam esse, ostendit, ut pacis tempore nullum militem alant, & ingruente tamen bello exercitum rebus omnibus instructissimum in promptu habeant. Ceterum post excussum jugum Austriacum nonnisi tria bella, eaque intestina, ab iis gesta sunt, primum A. 1531, alterum 1656, tertium

1712, in quo pagus Bernensis 40000, Tigurinus 20000 armatorum in aciem eduxit. Decem his capitibus subjunguntur quædam de statu fœderatorum Helvetiorum, in quibus præcipue conditio Comitatus Neocomensis, nuper ad Regem Borussiae delati, & historia controversiæ Toggenburgensis, quæ novissimum in Helvetia bellum excitavit, diligenter exponitur.

**NICOLAI CALLIACHII DE LUDIS SCENICIS**

*Mimorum & Pantomimorum Syntagma Posthumum.*

Patavii, typis Seminarii, 1713, 4.

Plag. 16½.

**F**errarii dissertationem de Pantomimis & Mimis longe post Autoris obitum publicæ luci exposuit Jo. Fabricius, Operum Ferrarianorum æstimator maximus, & nos eandem ad Acta A. 1715 p. 15 retulimus. Quemadmodum vero illi paucis saltem hanc materiam expendere visum fuit, ita Calliachius noster, Ferrarii successor, ut infra docebimus, paulo plenius idem argumentum pertractare apud animum suum constituit, & absolvisset quoque, nisi morte præventus filium abrumpere debuisset. Interea tamen plura eum, quam Ferrarium, præstitisse, ex sequentibus patebit. Scilicet sedecim tantum capita Syntagmatis ad umbilicum fere perducti reliquit nobis fati acerbitas, in quorum primo, cum ludi Mimorum & Pantomimorum scenicis accenseri debeant, de scena agere incipit, eamque initio tabernaculum aliquod temporarium, ex frondibus, culmis, tabulis, pellibus similique alia materia ad faciendam umbram textum, fuisse, postea vero theatri frontem, exstructis theatris marmoreis, appellatam esse docet. Cap. II scenæ duas partes, interiorem aulæis aut sipariis tectam, exteriorem apertam & Proscenium vocatam, describit, ac circa priorem de scenis tragicis, comicis, satyricis, itemque versatilibus & ductilibus, circa posteriorem de pulpito, orchestra, conistra, quæ & area & cavea dicta fuit, disserit. Cap. III Poetas veteres pro rerum diversitate repræsentanda scenas, prout hodie fieri consuevit, nunquam mutasse demonstrat, & cap. IV pariter ac V in originem ludorum scenicorum inquit, eosdemque sub ipsum vindemizæ tempus & Dionysiasis festi-

festivitatibus ortum habuisse ostendit. Cap. VI ad Mimos pedem promovet, ac illos poemata quædam, quæ mores hominum, dictaque eorundem & facta turpia ac lasciva turpiter atque lascive repræsentarent, fuisse ait, eorumque inventorem non Philistionem, nec illo antiquiorem Sophronem, sed primos autores, qui artem ridiculorum primi fundaverunt, constituit, licet Sophronem atque Xenarchum partim soluta partim ligata oratione conscripsisse talia poemata largiatur. Cum vero Mimi etiam Actores denotent, illorum varias species, nomina, vestitum tum apud Græcos Cap. VII, tum apud Latinos Cap. VIII in medium affert, ac imprimis de Latinorum planipedibus prolixè disputat, horumque definitionem ex Diomede petitam, utpote optimam, a Vossii Patris virgula censoria defendit. De Pantomimis, qui non voce & cantu, sed pedum ac manuum agilitate, totiusque corporis variis gestulationibus facta dictaque hominum & fabulas integras repræsentare solebant, Cap. IX loquitur, saltationemque hanc Pantomimicam a temporibus Aristotelis deducit. Cap. X cum Salmasio, qui Pyladem primum saltationis artem a tragœdia & comœdia separatam in scenam Latinam introduxisse existimaverat, in arenam descendit, longè ante Pyladem & Augusti tempora Mimicas & Pantomimicas saltationes a tragœdia & comœdia separatas fuisse fusius declarat. Cap. XI originem Pantomimorum indagat, &, rejectis multorum opinionibus, Poesin & saltationem veluti gemellas iisdem initiis eodemque tempore exortas, atque idcirco saltationem Poesin quandam, sed mutam, appellatam fuisse, cum Aristotele arbitratur, variaque inter saltationum genera Pantomimicam vel maxime mores & perturbationes actionesque expressisse, ac Italicam postmodum, eo quod in Italia maximos progressus fecisset, dictam fuisse notat. Cap. XII saltationis Pantomimicæ artificium exponit, illudque perfectionis culmen temporibus Neronis acquisivisse ostendit, apparatus vero Pantomimorum, scenam, vestitum, instrumenta, musica Cap. XIII recenset, vestitumque non togam sed tunicam & pallam fuisse ex Suetonio & Plauto confirmat. Capite XIV obviam it Salmasio, & *ποδοκτυπιαν* sive *ποδῶν κλύπον*, cujus Lucianus

men-



mentionem facit, non ad saltatores, sed ad tibicines potius spectare probat. Cap. XV fabulas Deorum ac heroum, utpote spectatoribus magis notas, aliasque ex Poetarum Epicorum, Tragicorum, Comicorum, atque Satyricorum monumentis desumptas a Pantomimis desaltatas fuisse, Pylademque in Tragicis & Bathyllum in Comicis palmam retulisse observat. Cap. XVI eoque ultimo certamina Pantomimorum enarrat, ac victores olim coronatos fuisse, ex variis inscriptionibus evincere conatur. Hoc igitur est illud syntagma, quod Marcus Antonius Madero, Venetæ D. Marci Bibliothecæ Curator, cum Eruditis communicare, atque Petro Garzonio, Senatori, inscribere voluit. Præfationem etiam libello præmisit, ac de vita Autoris in illa certiores nos reddidit, quam proinde datæ occasione heic loci inferri non ingratum erit Lectori, præsertim cum Carolo Patino in Lyceo Patavino integram eam dare haud licuerit. Nimirum natus est Castriachus Cretæ A. 1645, & adolescens Romam missus, ibique in Gregoriano Collegio literis elegantioribus imbutus, & rerum insuper Philosophicarum pariter ac Theologicarum callentissimus, laurea in utraque scientia ornatus est. Evocatus postea Venetias, in novo Seminario ære Thomæ Flanginii Cyprii erigendo Græcas & Latinas literas, atque Philosophiæ præcepta ad mentem Aristotelis per undecim annos exposuit, & A. 1678 in locum Negronii susceptus, posterioris Analyseos textus Aristotelicos Patavii commentariis illustravit, tribusque annis elapsis mortuo comite Petro Franzano primam Philosophiæ extraordinariæ cathedram conscendit. Tandem A. 1682 post Octavii Ferrarii obitum eloquentiam & humaniores literas, tum Græcas tum Latinas, publica auctoritate docuit, atque in villula ad Enganeos colles, in quam secedere quotannis consuevit, A. 1707 ætatis sexagesimo secundo fati concessit. Ceterum salivam nobis movit præsens, quem modo recensuimus, tractatus; unde, ut & reliqua avunculi sui *εὐρύγαστα*, quæ possidet Madero, in lucem emittat, spemque adeo, quam erudito orbi fecit, successu temporis impleat, in votis habemus.


MAG. PETRI HORREBOWII, IN REGIA UNI-  
 versitate Havniensi Astronomiæ Professoris Ordinariis  
 'Αρεχθια Kepleriana' ΕΥΡΕΤΗΧΟΣ.

**D**Emonstravit quondam divini ingenii Astronomus Johan-  
 nes Keplerus, & post eum alii non minori pollentes iudicii  
 dexteritate, Planetas in ellipsis suis circa Solem in ellipseos fo-  
 co primario constitutum hoc modo moveri, ut, quemadmodum  
 se habet tempus integræ periodi, qua centrum Planetæ ab Aphelio  
 ad idem punctum restituitur, ad tempus, quo Planeta ab  
 Aphelio descendit in certum aliquod ellipseos punctum; sic se-  
 se habeat totius ellipseos area, ad partem ejusdem areæ, quam  
 radius vector, vel linea recta a centro Solis ducta ad centrum  
 Planetæ interea verit: adeo ut tempora, quibus Planeta pro-  
 greditur, & areæ, quas interim radius vector pertranseundo  
 verit, habeant eandem semper rationem utraque ad sua in-  
 tegra.

Cum autem methodum invenire non posset Keplerus, qua  
 ex data anomalia media Planetæ in cognitionem anomaliz co-  
 æquatæ directe pervenire liceret, problema aliis solvendum pro-  
 posuit, quod tamen ipse æstimavit insolubile, & rem methodo  
 indirecta aggressus est.

Habuit quidem ex illo tempore multos eximios *Mathema-*  
*ticos* sollicitos hoc problema adeo necessarium, sed, quantum  
 ego scio, nemo hactenus monstravit directam methodum, quæ  
 per datam anomaliam mediam & eccentricitatem Planetæ ad  
 anomaliam coæquatam ipso opere perduceret; quare opere  
 pretium me facturum esse existimavi; si methodum meam di-  
 rectam cum Astronomis communicarem, eamque aliis meis in-  
 ventis & observatis quasi prodromum præmitterem. Liberum  
 interea cuique relinquo, quo eam loco habere voluerint, nihilo-  
 minus certus, memet hunc nodum, si non solvisse, saltem seca-  
 disse: ipsam ergo calculi seriem, missis ambagibus, exponam, in  
 qua retineo regulas omnes, quas licet simul & expediri, ipsius  
 Kepleri. Interim ipsam Theoriam antea breviter perlustrasse  
 non pœnitebit.

Cen.



**I** Centro B. foco  
secundario, radio  
ipfius eccentrici  
describitur circu-  
lus IEK, in quo  
**A** circa punctum B  
numeratur ano-  
malia media IBE:

Circa centrum  
**D** Deccentri C in  
ipfo eccentrico  
numeratur ano-  
malia eccentrici  
**ACF**: tandem cir-  
ca ipfum Solem  
**B** numeratur ano-  
malia vera five  
coequata **DOL**.

**C** Series Calculi in  
hac Theoria.

Primo omnium  
habenda est ec-  
centricitas Plane-  
tz **OC** in parti-  
bus radii 100000,  
quz in Theoria  
Telluris est 1688.

**K** Secundo ex da-  
ta excentricitate  
**P** **OC** 1688 & me-  
dia Planetz a So-

le distantia **OM**. 100000 queritur in triangulo rectangulo  
**OCH** latus **CH**. 99986, quz est ordinate applicatarum maxi-  
ma, five maxima latitudo eclipsos.

Ter-

MAG. PETRI HORREBOWII, IN REGIA UNI-  
 versitate Havniensi Astronomiæ Professoris Ordinarii  
 Ἀρεχθία Κεπλεριανὰ Ἐντροχός.

**D**Emonstravit quondam divini ingenii Astronomus Johan-  
 nes Keplerus, & post eum alii non minori pollentes judicii  
 dexteritate, Planetas in ellipsis suis circa Solem in ellipseos fo-  
 co primario constitutum hoc modo moveri, ut, quemadmodum  
 se habet tempus integræ periodi, qua centrum Planetæ ab Aphe-  
 lio ad idem punctum restituitur, ad tempus, quo Planeta ab  
 Aphelio descendit in certum aliquod ellipseos punctum; sic se-  
 se habeat totius ellipseos area, ad partem ejusdem areæ, quam  
 radius vector, vel linea recta a centro Solis ducta ad centrum  
 Planetæ interea verrit: adeo ut tempora, quibus Planeta pro-  
 greditur, & areæ, quas interim radius vector pertranseundo  
 verrit, habeant eandem semper rationem utraque ad sua in-  
 tegra.

Cum autem methodum invenire non posset Keplerus, qua  
 ex data anomalia media Planetæ in cognitionem anomaliz co-  
 æquatæ directe pervenire liceret, problema aliis solvendum pro-  
 posuit, quod tamen ipse æstimavit insolubile, & rem methodo  
 indirecta aggressus est.

Habuit quidem ex illo tempore multos eximios Mathema-  
 ticos sollicitos hoc problema adeo necessarium, sed, quantum  
 ego scio, nemo hæctenus monstravit directam methodum, quæ  
 per datam anomaliam mediam & eccentricitatem Planetæ ad  
 anomaliam coæquatam ipso opere perduceret; quare operæ  
 pretium me facturum esse existinavi; si methodum meam di-  
 rectam cum Astronomis communicarem, eamque aliis meis in-  
 ventis & observatis quasi prodromum præmitterem. Liberum  
 interea cuique relinquo, quo eam loco habere voluerint, nihilo-  
 minus certus, nemet hunc nodum, si non solvisse, saltem secu-  
 disse: ipsam ergo calculi seriem, missis ambagibus, exponam, in  
 qua retineo regulas omnes, quas licet simul & expediri, ipsius  
 Kepleri. Interim ipsam Theoriam antea breviter perlustrasse  
 non pœnitebit.

Cen.



Tertio quaerenda est prosthaphæresis physica maxima, five area trianguli  $\odot CG$  in gradibus & partibus graduum æstimata; id quod fit methodo Kepleriana ut sequitur, Radius eccentrici  $CG$  100000 ducitur in semissem eccentricitatis 844, proditque area trianguli in partibus quadratis 84400000. Diameter circuli ad peripheriam est ut 10000000000 ad 31415926536, ergo in minoribus numeris, si radius sit 100000, erit semiperipheria in iisdem partibus  $314159 \frac{26536}{100000}$  nam ut totum ad totum, sic semissem ad semissem. Ducatur ergo hic radius in hanc semicircumferentiam, fitque area totius circuli in partibus quadratis 31415926536. Dico jam: ut area circuli in partibus quadratis 31415926536, ad aream circuli in minutis secundis 1296000; sic quoque area trianguli prosthaphæretici maximi in partibus quadratis 84400000, ad idem triangulum in scrupulis secundis graduum 3482, id est 58' 2". hæc ergo est maxima prosthaphæresis physica in Theoria Telluris.

Idem vero triangulum faciliori inveniatur opera sic inferendo: ut Radius 100000, ad numerum 412529 $\frac{2}{3}$  in omni Planeta; sic semissem eccentricitatis 844, ad ipsum triangulum in scrupulis secundis graduum 3482, id est 58' 2" ut antea.

Quarto sumitur anomalia media  $IBE$  exempli causa 60 graduum, & datur latus constans  $BE$  100000, quemadmodum & latus  $BC$ . 1688; quaeritur hinc in triangulo  $CBE$  angulus  $BCE$  hac methodo: Ut summa duorum laterum  $EB + BC$  101688, ad eorundem differentiam  $EB - BC$ . 98312; sic tangens semissem anomaliz mediæ 30°. 57735, ad tangens semissem diff. angul. incogn. 29°. 10'. 9. 55818. Ubi autem hic semissem inventus, adjectus fuerit semissi anomaliz mediæ, fit anomalia eccentrici ficta 59°. 10'. 9.

Quinto ut habeatur exacta anomalia eccentrici, inveniendus est valor trianguli prosthaphæretici physici  $\odot CF$  per hanc analogiam: ut radius  $GC$  100000, ad triangulum prosthaphæreticum maximum 3482; sic sinus anguli supra inventi 59°. 10'. 9.  $FD$ . 85868, ad triangulum  $\odot CF$  in scrupulis secundis 2989.

2989.2:49.49. quibus a data anomalia media subtractis, relinquitur correctæ & vera anomalia eccentrici 59. 16. 11. Ubi tamen nota: quando magna est eccentricitas, iteranda est hæc correctio, quamdiu aliqua exurgit inter anomaliam eccentrici nuper & nunc correctam differentia, quæ in Theoria Mercurii, ubi maxima est eccentricitas, nunquam extra tertiam vicem extenditur.

Sexto indaganda est distantia Planetæ a Sole  $\odot L$  tali ratiocinio: Ut radius 100000, ad eccentricitatem Planetæ 16885 sic sinus complementi anomaliz eccentrici 51249 (qui in secundo quadrante est ipse sinus excessus ejus supra quadrantem) ad numerum 865 radio addendum (in secundo quadrante subtrahendum) ut efficiatur vera distantia  $\odot L$  100865.

Septimo in proclivi est datæ anomaliz mediæ 60<sup>o</sup> competentem anomaliam coæquatam invenire: est enim ut distantia vera Planetæ a foco primario 100865, ad maximam latitudinem ellipseos 99986; sic sinus anomaliz eccentrici inventæ 85868, ad sinum anomaliz coæquatæ 58. 26. 32. 85119.

namque

GC. 100000 (a) : HC. 99986 (b) = FD. 85868 (c) : LD (x)  
 $\odot L$ . 100865 (d) :  $\odot L$ . 100000 (a) = LD. (x) ad sinum LD (z)  
 Ergo  $bc = ax$ . &  $dz = ax$ . ergo etiam  $dz = bc$ . unde sequitur esse  
 $d : b \times C : Z$ . Q. E. D.

Pro construendis tabulis prosthaphæreticis, subtrahitur anomalia coæquata inventa ab anomalia media data, residuum est prosthaphæresis absoluta tabulæ æquationum inferenda: pro distantis autem inventis tabulæ distantiarum Planetæ a foco primario inferuntur Logarithmi ipsis distantis convenientes; atque hac methodo unius diei curriculo inter observandum computavi duas tabulas sequentes.

Tabula Prosthaphæreson Telluris.

anom. med.	Sign. O. Subtr.	S. 1. Subtr.	S. 2. Subtr.	S. 3. Subtr.	S. 4. Subtr.	S. 5. Subtr.	an. med.
0	O. 0. 0	O. 56. 58	I. 39. 29	I. 56. 2	I. 31	O. 50. 7	30
1	O. 2. 0	O. 58. 41	I. 40. 30	I. 56. 4	I. 40. 31	O. 57. 19	29
2	O. 4. 0	I. 0. 23	I. 41. 29	I. 56. 4	I. 39. 29	O. 55. 30	28
3	O. 5. 59	I. 2. 4	I. 42. 26	I. 56. 1	I. 38. 26	O. 53. 40	27
4	O. 7. 58	I. 3. 44	I. 43. 22	I. 55. 56	I. 37. 21	O. 51. 50	26
5	O. 9. 57	I. 5. 23	I. 44. 16	I. 55. 49	I. 36. 15	O. 49. 59	25
6	O. 11. 56	I. 7. 1	I. 45. 8	I. 55. 40	I. 35. 7	O. 48. 7	24
7	O. 13. 54	I. 8. 39	I. 45. 58	I. 55. 30	I. 33. 56	O. 46. 14	23
8	O. 15. 52	I. 10. 15	I. 46. 46	I. 55. 18	I. 32. 42	O. 44. 20	22
9	O. 17. 50	I. 11. 50	I. 47. 32	I. 55. 4	I. 31. 26	O. 42. 25	21
10	O. 19. 47	I. 13. 23	I. 48. 17	I. 54. 47	I. 30. 8	O. 40. 29	20
11	O. 21. 44	I. 14. 54	I. 49. 1	I. 54. 28	I. 28. 48	O. 38. 33	19
12	O. 23. 40	I. 16. 23	I. 49. 43	I. 54. 7	I. 27. 27	O. 36. 36	18
13	O. 25. 36	I. 17. 51	I. 50. 23	I. 53. 43	I. 26. 5	O. 34. 38	17
14	O. 27. 31	I. 19. 18	I. 51. 1	I. 53. 16	I. 24. 42	O. 32. 39	16
15	O. 29. 26	I. 20. 44	I. 51. 37	I. 52. 47	I. 23. 17	O. 30. 40	15
16	O. 31. 20	I. 22. 9	I. 52. 11	I. 52. 16	I. 21. 50	O. 28. 40	14
17	O. 33. 14	I. 23. 33	I. 52. 42	I. 51. 42	I. 20. 22	O. 26. 40	13
18	O. 35. 7	I. 24. 56	I. 53. 10	I. 51. 6	I. 18. 52	O. 24. 39	12
19	O. 37. 0	I. 26. 19	I. 53. 37	I. 50. 28	I. 17. 21	O. 22. 37	11
20	O. 38. 53	I. 27. 41	I. 54. 2	I. 49. 48	I. 15. 49	O. 20. 35	10
21	O. 40. 45	I. 29. 1	I. 54. 25	I. 49. 5	I. 14. 16	O. 18. 33	9
22	O. 42. 36	I. 30. 19	I. 54. 45	I. 48. 21	I. 12. 42	O. 16. 30	8
23	O. 44. 27	I. 31. 35	I. 55. 3	I. 47. 36	I. 11. 6	O. 14. 27	7
24	O. 46. 17	I. 32. 49	I. 55. 19	I. 46. 49	I. 9. 28	O. 12. 24	6
25	O. 48. 6	I. 34. 1	I. 55. 33	I. 46. 1	I. 7. 48	O. 10. 20	5
26	O. 49. 54	I. 35. 11	I. 55. 44	I. 45. 11	I. 6. 7	O. 8. 16	4
27	O. 51. 41	I. 36. 19	I. 55. 52	I. 44. 19	I. 4. 24	O. 6. 12	3
28	O. 53. 28	I. 37. 25	I. 55. 57	I. 43. 25	I. 2. 40	O. 4. 8	2
29	O. 55. 14	I. 38. 28	I. 56. 0	I. 42. 29	I. 0. 54	O. 2. 4	1
30	O. 56. 58	I. 39. 29	I. 56. 2	I. 41. 31	O. 59. 7	O. 0. 0	0
an. med.	S. 11. adde	S. 10. adde	S. 9. adde	S. 8. adde	S. 7. adde	S. 6. adde	an. med.



an. med.	Sign. O.	Sign. I.	Sign. 2.	Sign. 3.	Sign. 4.	Sign. 5.	an. med.
0	5.007270	5.006333	5.003740	5.000121	4.996414	4.993640	30
1	5.007269	5.006271	5.003631	4.999994	4.996302	4.993574	29
2	5.007266	5.006207	5.003521	4.999867	4.996191	4.993510	28
3	5.007261	5.006142	5.003410	4.999740	4.996081	4.993448	27
4	5.007253	5.006075	5.003298	4.999612	4.995972	4.993388	26
5	5.007243	5.006006	5.003185	4.999484	4.995864	4.993330	25
6	5.007231	5.005935	5.003071	4.999356	4.995757	4.993274	24
7	5.007217	5.005862	5.002956	4.999228	4.995651	4.993220	23
8	5.007201	5.005787	5.002840	4.999100	4.995546	4.993168	22
9	5.007183	5.005710	5.002723	4.998973	4.995441	4.993118	21
10	5.007163	5.005631	5.002606	4.998846	4.995337	4.993070	20
11	5.007141	5.005551	5.002488	4.998720	4.995235	4.993025	19
12	5.007117	5.005469	5.002369	4.998594	4.995135	4.992982	18
13	5.007091	5.005385	5.002249	4.998468	4.995036	4.992942	17
14	5.007063	5.005300	5.002129	4.998343	4.994939	4.992904	16
15	5.007032	5.005213	5.002008	4.998218	4.994844	4.992868	15
16	5.006999	5.005125	5.001887	4.998093	4.994751	4.992834	14
17	5.006964	5.005035	5.001764	4.997968	4.994660	4.992802	13
18	5.006927	5.004943	5.001640	4.997844	4.994571	4.992773	12
19	5.006888	5.004850	5.001515	4.997720	4.994485	4.992746	11
20	5.006847	5.004755	5.001390	4.997596	4.994401	4.992721	10
21	5.006804	5.004659	5.001264	4.997473	4.994318	4.992699	9
22	5.006759	5.004562	5.001137	4.997351	4.994236	4.992679	8
23	5.006712	5.004463	5.001010	4.997230	4.994156	4.992662	7
24	5.006663	5.004363	5.000883	4.997110	4.994077	4.992647	6
25	5.006613	5.004262	5.000756	4.996991	4.994000	4.992635	5
26	5.006561	5.004160	5.000629	4.996872	4.993924	4.992625	4
27	5.006507	5.004057	5.000502	4.996755	4.993850	4.992617	3
28	5.006451	5.003953	5.000375	4.996641	4.993778	4.992611	2
29	5.006393	5.003847	5.000248	4.996527	4.993708	4.992608	1
30	5.006333	5.003740	5.000121	4.996414	4.993640	4.992607	0
an. med.	Sign. II	Sign. IC.	Sign. 9.	Sign. 8.	Sign. 7	Sign. 6.	an. med.

Adornatis jam tabulis prosthaphæreseon & distantiarum Telluris a Sole, non ingratum fore spero & hic reliqua, quæ meo iudicio ad restituendos motus Telluris pertinent, breviter attexere. Ergo motus medios, & radices æqualium motuum ab æquinoctio Keplerianas retineo. Locum apogæi pro corrente anno 1700 St. nov. constituo  $3^{\circ}. 7'. 24''. 6''$ . cui pro singulis annis sequentibus adjicio pro præcessione æquinoctiorum  $5^{\circ}. 48^{\circ}. 30^{\circ}$  & præterea pro vero progressu apogæi  $5''. 43^{\circ}. 38^{\circ}$ , quem apogæi progressum annum certa ratione demonstro, summa est  $56''. 32^{\circ}. 8^{\circ}$ . annua progressio apogæi ab æquinoctio. Diametri Solares De La Hire cum observationibus exacte congruunt, aut certe ab iisdem non multum discrepant. Parallax. Solis horizontalem in media distantia peculiari ratione demonstro  $2^{\circ}$ . quam & alias demonstrationes hac occasione pandere non possum, antequam Theoriam meam Lunarem publici juris facio. Maximam Solis declinationem ad  $23^{\circ}. 29'. 36''$ . extendere non potui, nec ad  $23^{\circ}. 29'. 10''$ . minuere, quam ergo, collatis quam plurimis tum aliorum, tum meis observationibus, concludo  $23^{\circ}. 29'. 20''$ . ad quam obliquitatem eclipticæ computavi tabulam declinationum ad quintum quodque minutum primum, & tabulam ascensionum Rectarum ad singula minuta prima tum in arcu, tum in tempore. Si hæc æqui bonique consuluerit benevolus Lector, propediem majora polliceor; & omnes ac singulos rogatos volo, corrigant me potius, quam carpant, minime dubitantes, quin veritatis multo sim amantior, quam laudis.

**GERARDI TELESII APOLOGIA EPISTOLARIS pro recentioris Gallicæ Christianæ Autore eruditissimo D. P. DIONYSIO DE SAINTE-MARTHE,**  
Ord. S. Bened. e Congreg. S. Mauri.

**T**Ransmissa est ad nos nuper admodum hæc Apologia cum Epistola Autoris ignoti, qui ut Actis nostris infereretur, rogavit. Nos, si qua acerbius in ea dicta sint, nostra non facimus, responsum quoque, si quam Clarissimi Collectores Diarii Trevoltiensis adnaverint, Actis inferere parati. Pluri-

Plurimum Reverendo ac Clarissimo Domino P. Feliciano  
Perger, amico optimo, Gerardus Telesius S. P. D.

Quas a Te, Plurimum Reverende Domine, literas accepi, in maxima cum animi voluptate perlegi. Commovit me præcipue singularis illa in eruditissimos Benedictinos e Congregatione S. Mauri Monachos benevolentia, qua & omnes laudibus, profecto commeritis, effers, & aliquos a malevolis infamatos defensos cupis. Aperte loquar, perplacuit, quam de Abbate Regulari, seu ut in regno nostro dici solet, de San-Germanensi Priore, Domino Dionysio de Sainte-Marthe tulisti, sententia. Mentior, nisi & pro ea, qua pollet, ingenii amplitudine, & pro vitæ sanctimonia non vulgari, & pro omnibus nota, ac in omnes effusa humanitate id mereatur. Interim, quod Germani omnes, genus nimirum hominum a censendi libidine paulo remotius, merito obstupere, in Trevoltiano Diario, in Litterario Hageni &c. quasi conspiratione facta conclamatum est adversus primum *Gallia Christiana* volumen, quasi pluribus illud erroribus scateat. At quo jure? Ex his disces, Plurimum Reverende Domine. Aliæ Ephemerides universim id asserunt, nullo comprobante exemplo, nihil nominatim arguunt, ex aliorum duntaxat relatione, omni argumento destituta, loquuntur. Soli Trevoltiani Jesuitæ nonnullorum libri capitum censuram aggressi sunt, sed infelici prorsus eventu. Illud suscipio demonstrandum, eoque libentius, quo diligentius, scrupulosiusque hoc primum Gallie Christianæ volumen excussi, & ad plura tum edita, tum inedita antiquitatis monumenta exegi, Te obsecrans, Clarissime Domine, ut hanc qualemcunque eruditissimi P. Dionysi Sammarthani Apologiam cum viris in Germania eruditis communices, dedoceasque errorem, quem paucorum nostrorum hominum imperitia iniecit.

Illud in primis advertendum præmoneo, immanis esse opus, quod susceptum est, in quo qui ne in ullo quidem deliquisse se contenderet, aliquid homine majus præ se ferret. Plurima ergo errata in illud irrepere potuisse, imo nonnulla re vera irrepsisse non inficior, habeoque persuasissimum, Autorem, cu-

jus candor ex uno & iterum altero familiari colloquio satis mihi perspectus est, paratum esse ad delictum agnoscendum, quoties validis argumentis delictum esse demonstrabitur. Verum, ut quod res est, fatear, æquo animo pati vix possum, viros in hocce studiorum genere peregrinos, nulla ratione fultos, invidia aut odio duntaxat ductos, quæ ignorant, infamate.

Præmoneo insuper, primum illud volumen a viris in hacce materia versatissimis, & ab illustrissimo in primis Baluzio, quo nemo major, impense laudatum fuisse, a Serenissimo Aurelianensium Principe Interrege, sibi dedicatum summa cura benignitate acceptum; secundum volumen in Regiam admissum, regiis commissum typis, prelo jam subdi, emendari specimina, ac brevi in lucem emittendum. Ex quibus funditus corruunt, quæ Parisiis ad doctissimos Reipublicæ Literariæ historiz Autores Amstelodamum fuere conscripta, in quibus tot fere mendacia, quot verba.

De Operis suppressione in posteris Cleri Gallicani Comitibus ne cogitatum quidem. Illud erratis scaterere ab Illustrissimo Lingonensium Antistite nequaquam assertum. Autoris indigentia & in dicendo temeritas nusquam reprehensa. Quid ergo? Non eo favore, ea gratia, fateor, opus exceptum fuisse, quibus sperare par erat, recolentibus maxime, quibus laudibus, quanto applausu accepta fuerit in Comitibus anni 1656 prima illius operis adumbratio, secundis hisce curis ubique correctæ, & in imensum aucta, vacuis Episcoporum spatiis, vix non innumeris, suppletis; plurimis male insertis, ablatis; omnium fere temporibus impeditis ac confusis, magna sagacitate expeditis, ac suo singulis ordine dispositis. Nihilominus tamen duo hic sunt observanda. Alterum, hanc Comitiorum agendi rationem nec omnium, imo nec plurimorum, nec præcipuorum Præfulum fuisse, ac eorum capita, omnesque Archiepiscopos in ejusmodi consilium non conspirasse, illud contra impatienter tulisse. Alterum, Lingonensem Antistitem, factionis contrariæ ducem, de operis suppressione ne verbulum quidem protulisse, nec de illo singulis Episcopis in propria diocesi demorantur.

morantibus communicando proposuisse; id unum denique afferuisse, operæ pretium esse, ut Episcopi, qui Comitibus intererant, & de quorum diocesi in primo illo volumine agitur, illud in Confessus mensa positum perlustrarent. Valeat ergo cum putidis suis mendaciis nuncius Parisiensis. Non ita quidem, inquiet. Quorsum id tandem?

Vir doctissimus ex Minimorum Ordine octoginta in historiam peccata paucis in paginis a se deprehensa fuisse compluribus asseruit? Verum undenam id adstruis? Quo testimonio? At post jam prolata mendacia *vibi credat Judæus Apella, non ego*. Verum insuper asseruerit; per me licet. At inde quid? Vasco est ille Minimus. Quis porro nesciat popularibus ejus familiare, octoginta, imo & sexcenta pro sex aut octo jactitare? Ut ut est, quis ille est, ut in illius verba juremur? Fidem exigit? argumenta proferat, specimen assertorum.

Hucusque levis armaturæ hostes passa est Gallia Christiana; larvas nullo negotio dispuli, plumbea tela nullo labore contudi. Jam totis viribus utendum, omni ope, atque opera renitendum. Irruunt Trivoltiani milites, primum Sammarthani volumen facto agmine invadunt. Ad tantum nomen quis non paveat? Quis gigantum illorum impetum sustineat? Quis herbam non porrigat, ne prælio succumbat? Adeundum tamen periculum. Audaces fortuna juvat. Ibo animis contra, vel magnum præstent Achillem.

Primum eorum telum D. D. de Sainte - Marthe æquitatem ferit. Ab eo, prout affectus est, laudes distribui ajunt, quod longe difficilius emendatur, quam vel nomen aliquod vel temporis inscriptio. Itane vero? Neminem nisi exigente narrationis serie laudavit; nec enim encomium, sed historiam tenebat. Vivos præcipue laudibus efferre detrectavit, memor illius: *ne laudes hominem in vita sua*. Si quorum tamen nomen & acta celebravit, id non ex præconcepto affectu, non ex mero arbitratu præstitit, sed ex concinnandæ narrationis occasione, imo & necessitate. Alii aliis majores sedes occupaverunt; alii aliis Ecclesiasticis negotiis magis implicati fuere, alii

aliis

aliis æternitate digniora gessere. De illis plura quam de aliis historico dicenda. Fidem in Autore merito requiras, si præclare gesta prætermittat. Ea verò referre, quid aliud est, quam laudare? Alii ergo aliis San - Germanensi Præfuli magis laudandi fuere, servata nihilominus debita omnibus reverentia, quam fide mea spondeo in illo tantam esse, ut in nullo major. A nonnullis tamen, quod pro affectu suo laudes profuderit, reprehensum fuisse, lubens agnosco. Verum in vestros recidit hoc telum, Patres Reverendi. Quæritis qua ratione? Discite. Nascentem Societatem vestram tanti facere visus est, ut præfules, qui vix unquam in sua diocesi constiterant, vel inde solum celebrandos judicaverit, quod præstantissimos Viros, Jesuitas intelligit, in bonum Ecclesiæ natos, gregi ducendo, & a luporum morsibus arcendo præfecerint. Hoc multi ægre tulerunt, mirati, privatum hominem latæ in contrarium a supremo Senatu, & Theologica Facultate Parisiensi, sententiæ adversari, & contradicere.

Levia hæc sunt; a velitatione ad prælium. Albigensem Diocesin oppugnant Trevoltiani, in eaque menda, verba verbis contraria, computationis errores, calculos minime coherentes, verbo dicam, omnia fere permixta ac confusa reperiri afferunt. Quo porro id sine? Ut ex hoc de aliis judicent Lectores, parum, ut in hisce rebus fieri solet, attenti. At non ita profecto. Verba explodo, nisi suppetant argumenta. Videamus ergo, quæ proferant.

1. In iis, quæ de Richardo Albienfi refert Sammarthanus, sese impeditos fuisse affirmant. Tardos esse oportet; nihil enim ex sese clarius est. Verba referam: *post Constantium sedisit Richardus, Fausini Castrorum Abbatis æqualis, ab anno 673, ex Spicilegii Tomo 7 & ex Annalibus Benedictinis Mabillonis ad annum 647.* Inde verò quid inferunt? Richardum dici ab anno 673 ad 647 sedisse, nec tamen potuisse, adeoque, ut Autori gratificentur, in typographos mendam rejiciunt; ac *ab anno 647 ad annum 673* substituendum esse pronunciant.

Imo si culpa est, vestra ipsorum est, Patres Reverendi. Aut nimium præcipiti, aut ad censuram promptiori animo legistis.

gitiis. Illud: *ad annum 647*, non ad id, quod quatuor ante verbis præcesserat: *sedit Richardus ab anno 673*, referendum. Quid ergo? Illud: *ad annum 647*, locum Annalium Mabillonii indicat, non tempus, quo fato functus est Richardus; idque unum significat Sammarthanus: Richardum ab anno saltem 673 Albiensem sedem tenuisse. Quod probat tum ex Spicilegio, in quo Castrense Chronicon refertur, tum ex Mabillonio in Analibus ad annum 647. Quo vero anno vitam cum morte mutaverit Richardus, nihil afferentibus antiquis monumentis nohuit asserere. Vir ad scrupulum usque accuratus; licet probabilissimum sciret, Richardum ad 693 usque annum Episcopatum gessisse; quum tunc solum novus memoretur Antistes. Nec illius periodi sensum percipere arduum erat, quippe qui se ipse oculis ingerit. Illam exigit non apposita virgula, alioquin necessaria, exigit & Annalium Benedictinorum vitatio; demonstrat illius anni numerus ad marginem appositus.

Nec tamen a pertis & invictis argumentis cedunt Adversarii. Mirum id profecto, verissimum tamen. *Annus Christi 673*, inquit, *vita Richardi postremus est*. Unde id vero? quia in Albigenfium Episcoporum Chronico legitur: *anno 673 Richardus Episcopabat*. Quid tunc boni? Verbum: *Episcopabat*, Pontificatus, imo & vite exitum significat? Memorandum inventum, Trevoltianis dignum, & hucusque inauditum! Verum quo fundamento nixum? unde haustum? ex Glossariis, antiquisve tabulariorum monumentis? Cangium adeamus: *Episcopare*, inquit, *Episcopatum habere, vel gerere*. Quam in rem plures Auctores commemorat. Timuerunt sane Viri doctissimi, ne Latine loqui dedicerent, si Cangii opus, non nisi barbaris vocibus constans, consulerent, si veteres chartas perustrarent. Verum qua fronte pronunciare audent, nisi moverint? quo vero pacto nosse potuerunt, nisi eas non tantum legerint, sed & magno studio triverint? si eas vel leviter attigissent, verbo: *Episcopare*, Pontificatus & vite finem designari nunquam pronunciaissent. Nihil enim in illis frequentius, quam hæ temporis inscribendi formulæ: *N. Rege anno . . . Regnante N . . . Episcopo anno . . . Episcopante*.

At forte reponent hocce significatum non universim, sed in Albiensi duntaxat Chronico a se assertum fuisse. Nec sic tamen evadent. Primum enim, qua ratione, quo argumento ducti tam alienam, quin & absurdissimam significationem predicto Chronico affingunt? Nullo, vel mentior. Quia imo toto caelo a sensu communi illud aberrasset, si *Episcopare* pro *denasci* summisset. Inde quippe sequeretur, Albiganes Episcopos, & Castrenses Abbates eodem omnes anno, quasi facto consensu, mortuos fuisse. Quod quam insanum sit, nemo non percipit. Sic quippe legitur: anno 647 *Constantius in Abbigesse Episcopabat*. *Robertus eodem anno apud Monasterium de Carfris Abbatibat*. Anno 673, *Richardus Episcopabat*; *Faustinus Abbatibat*. Et sic deinceps constanter ad finem usque Chronici, quod si legissent, errorem profecto suum detexissent. Sic enim explicat: anno 1193 *Guillelmus Episcopabat*; *Petrus Isarni abbatibat*, qui obiit anno 1211 Idib. Junii. Eodem profecto sensu Abbatiare, & Episcopare sumit Autor ille. Abbatiare Petrus Isarni 1193, qui tamen non nisi 1211 obiit. Abbatiare ergo, atque adeo *Episcopare* non idem est, ac *denasci*.

Eodem claudicant pede, quum addunt: anno 673 *decessit* (*Episcopabat*) *Richardus, Citruinus ergo proximus ejus successor eodem anno pedem obtinere debuit*; toto tamen decennio post, anno scilicet 683 sola gaudebat *Abbatis dignitate*; quo titulo inter *Episcoporum vicarios*, *Stephani Carcassensis Antistitis vices agens*, *Synodo Toletana XIII subscripsit, ex ipso patre de St. Martine*. Quanta indiligentia! quae mentis stupiditas! At si qua est, Jesuitarum est; in proprio significato verbum *Episcopare* intelligant, plana sunt omnia.

Eodem principio errant, quum haec duo quasi contrariis proferunt. In Chronico Citruinus *Episcopasse* legitur anno 692, quod idem est, inquit, ac e vivis excessisse. Et tamen in Epitaphio a Sammarthano relator: *moritur letali morbo anno 698*. Verum id quidem, si *Episcopare* sit *mori*. At Jesuitas pudeat tam turpiter hallucinari.

II. Telum alterum sic vibrant: *Citruinus*, inquit Galliae Christ. Autor, ex eodem Chronico, ut *catari, qui sequuntur usque ad*



*ad Lupum III. eruitur.* Tres ergo Antiflites, Lupos nomine sibi proxime succedentes admittit. Id vero, quo pacto cohereret cum iis, quæ paucis post lineis adiecit: Lupus sedit ab anno 869 ad 879 quibus verbis quidquid de tribus Lupis Chronicon asserit, uni duntaxat attribuit.

‘O plumbeum pugionem! Enimvero luce meridiana clarus est, Lupi nomen ter in Chronico appositum, unum eundemque Episcopum designare. Mens Autoris fuit docere, quibus Episcopis Castrenses Abbates pedam tenerint, quod his verbis exprimit: *N . . . Episcopabat; N . . . Abbatibat.* Hincque effectum est, ut quoties sub uno Episcopo plures Abbates Monasterii regimen assumpserunt, toties Episcopi nomen repetat; quum e contrario unius Abbatis tempore duo Episcopi sedem Albiensem tenerunt, Abbatis nomen iterato pronunciet. Sic de Episcopis agens: *anno 1020 Amelius Episcopabat; Jancius Abbatibat. Anno 1030 Amelius Episcopabat; Arnaldus Abbatibat.* Sic & in sequentibus: *anno 1176 Geraldus Episcopabat; Guilbertus Abbatibat. Anno 1190 Geraldus Episcopabat; Petrus Isarni Abbatibat.* Ad Abbates, quod pertinet, non dissimili modo: Anno 692 Citruinus Episcopabat; Bertrandus Abbatibat. Anno 722 Hugo Episcopabat; Bertrandus Abbatibat. Idem videre est in Honorato, Genibrardo, Geraldo, Godofredo, & Petro Isarni Abbatibus. Eosdem porro non diversos ejusdem nominis esse Abbates, atque adeo Episcopos, patet ex Isarno, qui Geraldo & Guillelmo Episcopis *Abbatasse* dicitur annis 1190 & 1193, nec nisi 1211 obiisse. Pari ergo modo unicus Lupus intelligitur tertio repetitus, quia eo Episcopalem dignitatem obtinente, Castrensi Ecclesie tres Abbates præsuere. Id profecto vidit Sammarthanus, ut verbis a Trevoltianis ex consilio prætermisissis asseruit. *ex laudato Chronico, inquit, Lupus sedit ab anno 869 ad annum 879.* Quam ergo ob causam, inquit, scripsit, Citruinum, ut ceteros, qui sequuntur, usque ad Lupum III. erui? an non Lupum tertium indicant ea verba? Minime; sed Lupum tertio adnotatum. Nec hic solum, sed & alibi repetitos in antiqua monumentis Episcopos eodem prorsus modo designavit; &

fit tempus adnotari postulabat ipsius institutum. Episcopos, eorumque tempora, nobis a laudato Chronico suppeditata narrabat; ea vero ad annum 879, seu ad Lupum III<sup>o</sup> positum protenduntur, ac postea tres aliunde detectos, atque a Chronici Autore prætermisissos refert. Annum ergo 879 indicari necesse erat, nec melius poterat, quam per Lupum tertio.

Quis non rideat Jesuitas serio asserentes, ac demonstrare suscipientes, Joannem Albiensem Episcopum anno 734 collocatum per totos 78 annos & plures, Episcopatum tenuisse, ac octo supra centum vixisse. Trium Luporum Episcopatum, inquit, ad brevissimum tempus contrahit Chronicon. Verum quasi compensationis ratione Joannis Pontificatum ultra modum protrahit, ut & illud secutus Sammarthanus. Quid ita? Hæc in Chronico leguntur: *anno 734 Joannes Episcopabat. Anno 812 Verdatus Episcopabat.* Ergo, inquit, Verdatus (falluntur, Joannes legendum) 78 Episcopatus annos numeravit. Frigidum, ac futile prorsus argumentum, nec responso dignum. Quis enim ignorat, Regum, Episcoporum, aliorumve quorumlibet indiculorum concinnatores, ita seriem illorum referre, ut non sine medio sibi succedant in laetereulo, sed prout reperiri potuerunt. Sic Lupo Paternus proxime sufficitur in Chronico; licet inter illos Eligium, Adolenum, & Godolericum recens detectos collocarit Sammarthanus. Tres iterum Paternum inter & Froterium subministrat, quos non habuit Chronicon. Infinitus forem, si ubique præstantia hanc in rem exempla vellem congerere. Sufficiat addere, primos *Gallia Christiana* Autores idem præstitisse, qui Lupum Constantio, nullo alio interposito, substituunt; inter quos tamen 229 anni effluxere. Quis vero nisi mente captus hinc inferat, doctissimos illos Viros 229 Episcopatus ac vitæ 259 annos Constantio tribuisse? Quis nisi sui impositum non intelligat, Lupum ab illis statim post Constantium appositum, non quod Lupum successorem proximum habuerit Constantius, sed quod nullum inter utrumque collocandum in lectis monumentis repererint? Id si intellexerint Trevoltiani, malignanti-

tia

tis rei fuit; temeritatis, si non perceperint, qui, quæ ignorant, infamare non erubescunt.

Hic Jam non aperto Marte, sed cuniculis occulte Sammarthanicum oppugnant. Ajunt, Bernardi, Froterii, & Amalii Chronologiam plurimum iatricatam esse, nec nisi difficillimo ab ea sese expedire posse. Quænam ergo tanta sunt impedimenta? Hæc, inquit, De Bernardo hæc habet Pater de Sainte-Marthe: *Bernardus rexit Episcopatum regnante Lotbario anno 10, qui Christi erat 985 (alterum Jesuitarum mendum; legendum 963) aut 964. . . invenitur adhuc Bernardi nomen in tabulis anni 967, seditque adhuc Guillelmo Comite Tolosano in tabulis Albienfis.* De Froterio vero hæc: *nomen Froterii invenitur in testamento Pontii Raimundi Comitis Tolosani, quod anno 960 conditum autumat Mabillonius lib. 6 de re Diplom. Sed forsasse citius. De eo in Chronico legitur: anno 972 Froterius Episcopabat. Certe hoc anno Froterio presente Fulcranno Episcopo Lodovensi, cum Regismundo, seu Raimundo Comite Tolosano, dedicata est Ecclesia S. Michaelis Galliacensis &c.* In utroque plura sunt extricatu difficilia, inquit. Ac primo quidem, quod de Bernardo dicit: *sedit adhuc Guillelmo Comite Tolosano.* Ab anno 967 nullus ejus nominis Comes Tololanus extitit, nisi anno 1020, ut vult Catellus; aut saltem 992, ut affirmat Lafaille. Ergo ruit Froterii Episcopatus; nec nisi absurde dicitur Pontii Raimundi testamentum sua subscriptione munisse. Hic mendum agnosco, sed typographi, qui Guillelmum pro Raimundo edidit. Fateor & inter errata non fuisse annumeratum. Eo tamen ad censuram abuti nequaquam possunt Jesuitæ, utpote qui idem in hac sua censura admisere, ac *Verdatum* pro *Joanne* posuerunt, nec inter errata annotarunt. At istud corrigere, non arduum, inquietum; nec Sammarthanicum quoque, inquam ego, sed sequentia paululum attendenti; statim enim sermo fit de Pontio Raimundo, qui testamentum condidit anno 960, ut conjicit Mabillonius, at serius ex Sammarthano. Hoc verò mendo correcto omnia impedimenta evanescent. Secundo Episcopatum adhuc gerebat Froterius anno 967; *invenitur enim adhuc Bernardi nomen in tabulis anni 967. At Froterii quoque no-*

*men invenitur in testamento Pontii Raimundi anno 960.* Duo ergo tunc erant ejusdem urbis Episcopi, quod asserere absurdissimum est, aut omnia confundit, recens *Gallia Christiana*, & sibi contradicit. Et hoc telum retundere nequaquam arduum. Primum enim duos tunc simul Episcopos Albiensem sedem tenuisse non ita absurdum. Vix alio modo conciliari possunt antiqua monumenta, quorum alia Froterium Amelio proxime sufficiunt, alia Honoratum & Ingelvinum ita interferunt, ut eorum omnium tempora sint confusa, & inter se permixta. Id adnotavit doctissimus Pater de Sainte-Marthe: *dicendum, aut his temporibus, quibus Episcopatus Albiensis predecebat, multo simul sub Episcopi nomine Ecclesiam hanc distraxisse &c.* Nec id tantum asserit, sed & ex historicis probat. Ex quibus constat non Clericos tantum, sed & Laicos Episcopatum tenuisse; imo & quemdam illum uxori suæ legasse. Deinde vero, cur Samaritani verba detruncarunt Jesuitæ? cur ajunt, ab eo affirmari, *Pontii Raimundi testamento Froterium subscripsisse anno 960?* Non id habet eruditissimus Benedictinus; verum hoc solum: *nomen Froterii invenitur in testamento Pontii Raimundi, quod anno 960 conditum autumat Mabillonius . . . sed fortasse citius.* Non putat ergo conditum illud testamentum anno 960; siquidem illud hoc anno posterius existimat, quum a Mabillonio citius collocatum asserat: *sed fortasse citius.* Nec quemquam moveat illud: *fortasse.* Non dubitantis est, sed moderati, a Mabillonii nusquam sine laude nominandi sententia modeste discedentis. Hæc porro si ita sunt, sua mole ruunt adversariorum machinæ. Ita vero esse certum est, ut Vir eruditus, ac in Occitanicæ historia, & monumentis versatissimus, omni mihi asseratione affirmaverit, nullum aliud tempus Raimundi testamento aptius convenire, quam annum 974. Quod si verum est, fieri facile potuit, ut & Bernardus eo dominante vixerit anno 967, & Froterius Bernardi successor illius testamentum suo sigillo munierit anno 974. Cetera, quæ hoc eodem loco congerit adversarius, prætermitto; ex jactis enim fundamentis, quam inanitas sunt, nemo est, qui non statim advertat.

IV Id quoque in Autore arguunt, quod ab Albiensium Episcoporum Chronico sæpius recesserit. Quis vestram non miretur aut stupiditatem, aut audaciam & temeritatem, ne quid amplius dicam? Qua fronte, quæ fide id a vobis assertum est? undetriginta Episcopos recenset chronicon; eorum 27 *Gallia Christiana* repræsentat, iisdemque, quibus Chronicon annis omnes, si Rigaldum excipias, annis consignat. Si forte a Chronico recedere Jesuitis idem sit, ac plurimos Episcopos ipsi prorsus ignotos addidisse, tempora nonnunquam aliter disposuisse, quis harum rerum peritus cum illis sentiat? Id ipsum est recentiorum Autorum laboris & vigiliarum præcipuus fructus. Id unum quæsierunt, qui postremis hæc sæculis id literarii studii genus amplexi sunt. Ad temporum puncta quod spectat, si a Chronico recessit, Autores habuit tabulas, ac singulorum Episcoporum monumenta, quibus longe major, quam cuilibet Chronico fides habenda.

V Denique tabulas tabulis, monumenta monumentis opponi affirmant. Quo tendant, odoror. Pyrrhonismum in Ecclesiam inducendum, suscepisse pluribus visum. Sanctorum Patrum, antiquorum Autorum opera supposita, & a falsariis sub eorum nomine conficta, inaudita temeritate affirmarunt. Monumentum hoc horrendum, ingens, Harduino obstetricante in lucem emissum est, deinceps a Germonio, aliisque sociis sedulo fotum, & corroboratum. Hinc veterum codicum fides in suspicionem vocata; confictæ perfidorum omnia adulterantium fabulæ, per fas & nefas ad censuram adducta tabulariorum monumenta. In suscepti facinoris partem veniunt Trevoltiani, & tabularia tabulariis, chartis chartas opponi pro sua parte affirmant. Verum nullo fundamento. In Dionysio de Sainte Marthe nulla ejusmodi oppositio, consentiunt omnia. Esto, inquit, securus ipse consentiat, at non cum primis *Gallia Christiana* Autoribus, qui tabulas laudant, quas ille non sequitur. Id omne concedatur, inquam ego. Nihil inde pro Trevoltianis. Hæc enim, si qua tamen est, contradictio ex diverso tabularia consulendi modo ortum habere potuit. Primi *Gallia Christiana* Autores, privati homines, sese in omnes provincias, tabularia suis oculis per-

perlustraturi, conferre nequaquam potuere; alienis ergo viderint necesse est. Quam certis vero, exinde conjice, quod in plurimis, Episcopalibus etiam civitatibus vix reperiantur, qui velint, & idonei sint commentaria ex tabulariis conscribere, atque adeo, si quæ ad sese missa sunt, accurata & undequaque veræ esse sperarunt Sammarthani. Sua illos spes fefellit. Longe melior eorum nepotis conditio. Doctissimos viros suæ Congregationis monachos operis coadjutores habuit, harum rerum peritissimos per Gallias universas dispersit, qui Bibliothecas, scriptoria, tabulariorum forulos rimarentur, archetypa exscriberent, secum invicem conferrent, ac summa diligentia expenderent. Nec id solum, sed accepta eorum opera cum fidelibus archetyporum Albigenensium Cadurcensium, imo totius Occitanix exemplaribus in ditissima Bibliotheca Colbertina composita, ac in omnibus consentire reperta. His porro positis, quis non videat, Prioris San. Germanensis posteriora Commentaria prioribus anteposenda, iisque præ aliis omnimodam fidem adhibendam?

Hæc sunt, quæ pro eruditissimo Viro ad Te, Clarissime Domine, perscribenda habui. In his non verborum fucum, sed nudam veritatem; non eloquentiam, sed rationum firmitatem; non ingenii ostentationem, sed optimi meriti defensionem quæsi. Ea si, ut mihi, vera tibi videantur, da operam obsecro, ut ad plurimorum eruditorum Amicorum notitiam deducantur. Res est intoleranda, Trevoltianos Jesuitas, toties contusos, iniquissimum in suis diariis tribunal erexisse, in eoque non ratione duce, sed animi impotentia; non æquitatis legibus, sed præjudiciis; non veritatis lance, sed affectus aut odii pondere, optimis exquisitissimisque operibus detrudere, pessima ad cælum usque laudibus efferre; ignaris Autoribus, modo secum sentiant, aut sibi saveant, ubique blandiri, doctissimos sibi non plane pleneque deditos plusquam canino dente mordere. Vale. Parisiis VI Id Decemb,

M DCCXVI.

— (O) —

(385)

# ACTORUM ERUDITORUM

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
**SUPPLEMENTA.**  
*Tom. VI Sect. IX.*

---

ETAT PRESENT DE L'EGLISE ROMAINE, &c.

hoc est,

**HODIERNUS STATUS RELIGIONIS ROMANO-CATHOLICÆ per universum orbem, descriptus in gratiam Innocentii XI P. M. ab URBANO CERRIO, Secretario Congregationis de propaganda fide. Dedicacionem ad Clementem XI P. M. præmisit RICHARDUS STEELE, Eques. Versio Gallica ex Anglico traducta.**

Amstelodami, apud Petrum Humbertum, 1716, 8.

Alph. I pl. 5½.

**Q**uem in modum Aubertus Miræus quondam *quatuor libros* conscripsit *De statu religionis Christianæ per Europam, Asiam, Africam, & orbem novum*, Coloniz A. 1619 & Lugduni 1620 editos, ac postea Helmstadii A. 1671 recufos; pari instituto Cerrius suæ ætatis conditionem ecclesiarum, quæ quidem Romanæ ditionis sunt, hoc libello descripsit, idque compendiose, ut ipse p. 10 fatetur, ampliorem exhibiturus relationem ac specialiozem, ubi a Pontifice id facere iussus fuerit. Libellus hic, qui adhuc in Helvetica Bibliotheca S. Galli delituerat, proximo intestino bello in Tigurensum potestatem venit, ac horum Bibliothecarius ejus copiam fecit Nobilissimo Steelio, qui eum publici juris fecit in Anglia, nunc Gallicam traductum in linguam & in Batavis recufum. Præmisit autem Steelius longam Dedicacionem ad hodiernum Pontificem

Gcc

ficem

ficem Romanum, eamque satyrici sive Erasmi, ut ita loquamur, salis plenissimam. Docet enim in ea, Anglicanam ecclesiam iisdem, quæ jactet Romana, gaudere privilegiis, sed iisdem in modum uti, ut offensiones, quibus obnoxia sit Romana ecclesia, subtili ratione vitet. Nam, cum Papa a suis habeatur pro iudice controversiarum fidei infallibili, Anglicanæ ecclesiæ Doctores nunquam actu errare videri velle, adeoque reverentiam infallibilitatem habere, nec tamen eam jactare. Hinc fieri, ut synodi Protestantium, Dordracena, & ceteræ, æque habeant auctoritatem omni exceptione majorem, ac Tridentina. Porro Anglicanam ecclesiam sibi persuadere, suorum Episcoporum successionem non minus certam continuaque serie continuatam esse, quam Pontificiam, adeoque eam pariter postulare, ut omnes doctrinis suis credulitatem suam addicant. Cumque Pontificia ecclesia dissentientes sub infami hæreticorum & schismaticorum nomine gravissimis vexet modis, Anglicanam ecclesiam eadem oberrare chorda. Licet enim non comburat hæreticos, (quod tamen primi Reformatores fecerint,) eam tamen eos omnibus modis infectari: id quod Whistoni & Clarkii exemplum manifestum faciant. Pontificiam ecclesiam exigere a subiectis cœcæ obedientiam: Anglicanam docere quidem, omnibus competere jus legendi interpretandique Scripturam, sed sibi tamen auctoritatem tribuere interpretativam, a qua dissentire nefas sit: adeoque idem efficere, ac si lectionem S. Scripturæ prohibeat, singulosque Pastores esse singulos ecclesiæ suæ Pappas. Anglicanam ecclesiam statuere, quod nemo recipiat remissionem delictorum, nisi per sacerdotem, & quod Deus ei remittat peccata, cui a sacerdote remissa fuerint. Eandem statuere, efficaciam Sacramentorum pendere ab ordinatione Episcoporum, quorum tamen successio sit incertissima. Non tolerari Anglicana in Ecclesia imagines Sanctorum, sed tamen ferri imaginem Trinitatis absurdissimam, triangulum circulo inscriptum. Ecclesiam Pontificiam jurisdictioni civili exemptam pro asylo esse sceleratissimo oique: in Anglicana ecclesia pariter solum ecclesiæ nomen eo valere, ut mendacium in veritatem, sceleratus homo in sanctum convertatur. Ex his omnibus con-

obis



cludit Steelius, in eo differre Anglicanam ecclesiam a Pontificia, quod in hac sit papifinus Romanus, in ista papifinus Protestantans. Addit, in Anglicana ecclesia æque adstringi homines certis Philosophiæ ac Theologiæ systematibus, atque in Pontificia. Cetera prætermittimus, ipsum Cerrii librum paucis per-  
 Instraturi. Convenientissimum videtur, ex eo repetere Relationem de statu Pontificiæ ecclesiæ in Anglia, quæ hæc redit. Postquam Anglia regnante Henrico VIII Romani Pontificis jugum excussit, sub Pontifice Gregorio XIII duo Seminaria Anglicana condita sunt, alterum Duaci, alterum Romæ, eo fine, ut in iis homines instituerentur in Angliam mittendi, ad Catholicam ibi religionem conservandam propagandamque. Hinc igitur egressi in Angliam sacerdotes postremis Elisabethæ Reginæ annis in tantum aucti sunt numerum, ipsis ut capite opus esse videretur. Quare Clemens VIII A. 1598 Henricum Georgium sub titulo Archipresbyteri præfecit Clero Anglico. Is autem cum approbaret jusjurandum, quod post conjugationem pulverariam a Catholicis exigebat Jacobus Rex, duo archipresbyteri in ejus locum constituti sunt. Tandem Paulus V P. M. Guilielmum quendam Anglicanis sacris præfecit sub titulo Episcopi Chalcedonensis. Hic pro jure episcopali, quod sibi habere videbatur, Angliam certas in dioceses divisit, earumque singulis Archidiaconos præposuit. Constituit etiam Decanos rurales, item Vicarios generales: præterea Capitulum instituit, cui Decanum præfereit, absente Episcopo jura dicturum. Verum quoniam hic Episcopus nimium autoritatis sibi arrogare videbatur, Pontifices Gregorius XV & Urbanus VIII, licet rogati, ejus instituta confirmare autoritate sua abauerunt. Successor huic Episcopo datus est Richardus Smith, pariter appellatus Chalcedonensis Episcopus. Sed hic quoque tantum sibi sumebat, ut haberi vellet Præsul Angliæ atque Scotiæ; ut Missionariis Apostolicis obfisteret; ut Capitulum modo memoratum confirmaret; ut tribunal institueret; ut tributa exigeret a laicis. Quamobrem Urbanus VIII P. M. A. 1627 Declarationem publicavit, quod Episcopus Chalcedonensis duntaxat sit delegatus Papæ, quem exauctorare Papa possit, quandocunque ei libeat. Pontifice In-

ficem Romanum, eamque satyrici sive Erasmi, ut ita loquamur, salis plenissimam. Docet enim in ea, Anglicanam ecclesiam iisdem, quæ jactet Romana, gaudere privilegiis, sed iisdem in modum uti, ut offensiones, quibus obnoxia sit Romana ecclesia, subtili ratione vitet. Nam, cum Papa a suis habeatur pro judice controversiarum fidei infallibili, Anglicanæ ecclesiæ Doctores nunquam actu errare videri velle, adeoque revera infallibilitatem habere, nec tamen eam jactare. Hinc fieri, ut synodi Protestantium, Dordracena, & ceteræ, æque habeant auctoritatem omni exceptione majorem, ac Tridentina. Porro Anglicanam ecclesiam sibi persuadere, suorum Episcoporum successione non minus certam continuaque serie continuatam esse, quam Pontificiam, adeoque eam pariter postulare, ut omnes doctrinis suis credulitatem suam addicant. Cumque Pontificia ecclesia dissentientes sub infami hæreticorum & schismaticorum nomine gravissimis vexet modis, Anglicanam ecclesiam eadem oberrare chorda. Licet enim non comburat hæreticos, (quod tamen primi Reformatores fecerint,) eam tamen eos omnibus modis infectari: id quod Whistoni & Clarkii exempla manifestum faciant. Pontificiam ecclesiam exigere a subjectis coccam obedientiam: Anglicanam docere quidem, omnibus competere jus legendi interpretandique Scripturam, sed sibi tamen auctoritatem tribuere interpretativam, a qua dissentire nefas sit: adeoque idem efficere, ac si lectionem S. Scripturæ prohibeat, singulosque Pastores esse singulos ecclesiæ suæ Pæpas. Anglicanam ecclesiam statuere, quod nemo recipiat remissionem delictorum, nisi per sacerdotem, & quod Deus ei remittat peccata, cui a sacerdote remissa fuerint. Eandem statuere, efficaciam Sacramentorum pendere ab ordinatione Episcoporum, quorum tamen successio sit incertissima. Non tolerari Anglicana in Ecclesia imagines Sanctorum, sed tamen ferri imaginem Trinitatis absurdissimam, triangulum circulo inscriptum. Ecclesiam Pontificiam jurisdictioni civili exemptam profano esse sceleratissimo cuique: in Anglicana ecclesia pariter solam ecclesiæ nomen eo valere, ut mendacium in veritatem, sceleratus homo in sanctum convertatur. Ex his omnibus con-

clat.

cludit Steelsius, in eo differre Anglicanam ecclesiam a Pontificia, quod in hac sit papismus Romanus, in ista papismus Protestantis. Addit, in Anglicana ecclesia æque adstringi homines certis Philosophiæ ac Theologiæ systematibus, atque in Pontificia. Cetera prætermittimus, ipsum Cerrii librum paucis perlustraturi. Convenientissimum videtur, ex eo repetere Relationem de statu Pontificiæ ecclesiæ in Anglia, quæ huc redit. Postquam Anglia regnante Henrico VIII Romani Pontificis jugum excussit, sub Pontifice Gregorio XIII duo Seminaria Anglicanæ condita sunt, alterum Duaci, alterum Romæ, eo fine, ut in iis homines instituerentur in Angliam mittendi, ad Catholicam ibi religionem conservandam propagandamque. Hinc igitur egressi in Angliam sacerdotes postremis Elifabethæ Reginæ annis in tantum aucti sunt numerum, ipsis ut capite opus esse videretur. Quare Clemens VIII A. 1598 Henricum Georgium sub titulo Archipresbyteri præfecit Clero Anglico. Is autem cum approbaret jusjurandum, quod post conjugationem pulverariam a Catholicis exigebat Jacobus Rex, duo archipresbyteri in ejus locum constituti sunt. Tandem Paulus V P. M. Guilielmum quendam Anglicanis sacris præfecit sub titulo Episcopi Chalcedonensis. Hic pro jure episcopali, quod sibi habere videbatur, Angliam certas in dioceses divisit, earumque singulis Archidiaconos præposuit. Constituit etiam Decanos rurales, item Vicarios generales: præterea Capitulum instituit, cui Decanum præferebat, absente Episcopo jura dicturum. Verum quoniam hic Episcopus nimium autoritatis sibi arrogare videbatur, Pontifices Gregorius XV & Urbanus VIII, licet rogati, ejus instituta confirmare autoritate sua abauerunt. Successor huic Episcopo datus est Richardus Smith, pariter appellatus Chalcedonensis Episcopus. Sed hic quoque tantum sibi sumebat, ut haberi vellet Præsul Angliæ atque Scotiæ; ut Missionariis Apostolicis obfisteret; ut Capitulum modo memoratum confirmaret; ut tribunal institueret; ut tributa exigeret a laicis. Quamobrem Urbanus VIII P. M. A. 1627 Declarationem publicavit, quod Episcopus Chalcedonensis duntaxat sit delegatus Papæ, quem exauctorare Papa possit, quandocunque ei libeat. Pontifice In-

nocentio X denuo petita fuit Capituli, quod diximus, confirmatio. Sed frustra fuerunt istæ preces. Interim sacerdotes Pontificii in Anglia vixerunt ad normam a primo isto Episcopo Chalcedonensi præscriptam, parum reverentiæ præstantes Papæ. Interjecto aliquo tempore Agrettus Abbas in Angliam missus est, ut Papam de statu ecclesiæ certiore faceret. Hic igitur Abbas suavit Papæ, ut Episcopum aliquem, Vicarii Apostolici dignitate & autoritate ornatum, mitteret in Angliam, addens, idem placere Regi Angliæ. Sed nec hæc res successit ob causas iudice Autore nostro gravissimas. Denique sub Innocentio XI. is fuit status Romanæ religionis in Anglia. Ejus scilicet religionis exercitium simpliciter fuit interdictum, tum publicum, tum privatum. Unde Catholici clanculum convenientes sacrorum causa summo cum periculo id faciunt. Soli Regi ac Legatis exteris licet religionem Catholicam exercere publice. Hactenus de Anglia. In ceteris relationibus hinc inde Pontifici dat consilia, quid in quaque regione faciendum sit, ut hæreses ejiciantur & homines Romana in castra reducantur. Maxime p. 44 discordiam Lutheranarum in Germania Academiarum utilem esse posse putat ad propagandam religionem Romanam: quam in eo haud dubie fallitur, quod sperat, facile fore, ut doctissimi istarum Academiarum Professores, si cura adhibeatur, ad amplectendam Romanam religionem permoveantur. Ridicula vero spes! Quomodo enim ii, quibus dissentendi libertas cara est, in ecclesiam illam se conferent, in qua capitale est diversum sentire a majori Doctorum turba? P. 199 sqq. multis enarrat discordiam Jesuitarum & aliis ex ordinibus Missionariorum Chinesium. Hic omnem culpam in Jesuitas confert, quibus & alibi locorum se minus faventem præbet. Relatione tota p. 288 finita, exponit præsentem statum Congregationis Romanæ de propaganda fide. Scilicet Romana in urbe quatuor sunt congregationes Cardinalium. Prima rituum sacrorum curam gerit: altera Episcoporum & Regularium: tertia est congregatio sancti officii sive Inquisitionis: quarta de propaganda fide sollicita est. Postrema hæc a Papa Gregorio XV instituta, constat tredecim Cardinalibus, duobus presbyteris, uno monacho,

cho, & uno Secretario. Hi minimum semel quovis mense congregantur. Urbanus VIII P. M. cepit Missionarios emittere in varias orbis partes, multique Papæ istius exemplum secuti magnas pecuniæ summas huic Congregationi consecrarunt, ut hodie ejus redditus annui excedant ad 24000 imperiales. Describitur hic etiam Collegium hujus Congregationis sub Urbano VIII exstructum, item Typographeum, ac Tabularium. Denique p. 298 sqq. Papæ consilia offert Cærius, ad statum sacrum Missionum melius constituendum. Ultimo loco p. 308-325 exstat dissertatio scriptoris Pontificii, Cærio antiquioris, ut videtur, de Anglicano religionis statu sub Rege Carolo I. Sperat hic Autor, fore brevi tempore, ut universa Anglia cum Romæ redeat in gratiam: quæ quidem spes adhuc vana fuit, & erit in posterum, quantum conjectura licet assequi.

HISTOIRE ECCLESIASTIQUE PAR MR. FLEURY.

Et c.

CLAUDII FLEURII, PRESBYTERI, ABBATIS IN  
*Loc. Dieu, Historia Ecclesiastica.*  
 Tomus XVI & XVII.

Bruxellis, apud Eugen. Henr. Friexium, 1715, 1716, 12.

Alph. 21 plag. 13.

**C**ontenta Systematis Historiæ Ecclesiasticæ, doctioribus sacra nota, recensere supervacuum esset. Quia vero methodo Autor hujus libri clarissimus, non ita pridem Confessionarius Ludovici XVI Regis Galliæ designatus, utatur, ex prioribus Tomis, in horum Actorum A. 1692 p. 447 & Supplém. Tom. VI Sect. 7 p. 323 jam ob oculos positum est. Itaque hoc loco indicare sufficit, Tom. XVI ordini ab A. C. 1198, atque adeo ab illo tempore in quo Baronii Annales desinunt: hunc enim velut ducem in antecedenti historia se secutum esse. Noster profitetur: Tomo autem XVII seriem rerum in Ecclesia Christiana gestarum ab anno 1230 usque ad annum 1260 continuari. Interea non prætermittenda videntur argumenta dissertationum sive

Écc 3

discur-

*discursuum*, quos vocat, utrique Tomo præmissorum. Disc. IV sub initium Tomi XVI notabilem disciplinæ Ecclesiasticæ mutationem seculi XI factam, ejusque causas exponit. Has autem præcipue confert in Epistolas decretales, quas Isidorus Mercator Episcopis Rom. trium priorum seculorum supposuit. Dum enim ex his quasi decretis Apostolicis Leo IX, Gregorius VII, Urbanus II & eorum Successores disciplinam Ecclesiæ colapsam & culpa antecedentium Pontificum Rom. quos Baronius Apostaticos & meretricios vocare non dubitat, per 150 annos misere corruptam, instaurare aggressi sunt, carbones pro thesauris amplexi, novam plane & apud veteres Christianos inauditam regiminis ecclesiastici formam invexerunt. Sic e. g. Pseudo-decretales in Victoris Ep. 1 & Julii Ep. 2 sanciunt, Episcopos non nisi a Papa Romano judicandos esse: plane contra morem antiquum, quo Paulus Samolatenus Episcopus Antiochenus ab Episcopis Orientalibus, & plures alii a Synodis provincialibus usque ad seculum X, inconsulto Papa Rom. judicati & exauctorati sunt. Nihilominus per illam legem novam Gregorius VII Episcopos ex Germania, Gallia, Britannia & aliis remotissimis terris Romam vocatos coram se causam dicere jussit. Similiter novos Episcopatus a solo Pontifice Rom. institui posse, Pseudo-decretales ajunt, Clem. Ep. 1, Anacleti Ep. 2, 3, contra Canonem Africanum 98, & communem veteris Ecclesiæ consuetudinem, usque ad Hincmari Rhemensis tempora servatam, qui Episcopum Laudunensem secundum canonem Africanum sine Pontificis Rom. autoritate fundavit. At postea Pontifices Rom. non tantum novos Episcopos, sed & Archi-Episcopos & Primates, creandi jus sibi arrogarunt, non alia, quam illa Isidori Impostoris autoritate nixi. Gregorius certe VII in Bulla, qua Primatum Lugdunensis Episcopi confirmat, ipsa verba Epistolæ Anacleti recitat. Nulla autem res magis disciplinam Ecclesiæ pervertit, quam provocationes ad curiam Romanam, quam Impostor ille in Anacleti Ep. 1, Sixti I Ep. 2, Sixti II Ep. 1 & 2, Fabri Ep. 3, Cornelii Ep. 3 & compluribus aliis locis tam crebro commendat, ut hunc quasi præcipuum scopum sibi proposuisse videatur. Hæ igitur provocationes sec. XI in usum deductæ

occu-

occupationes curiæ Rom. in immensum auxerunt, ut vel ex In-  
 nocentii III. Epistolis perspicere licet, plenè litium ex omnibus  
 orbis Christiani partibus ad illum delatarum, quas omne tempus  
 precibus, sacr. literar. studiis & aliis officiis Episcopalibus debi-  
 tum præripuisse necesse est. Hinc tot nova curiæ Romanæ ju-  
 ra extiterunt, ab Innocentio III. & Gregorio VII. tanta contentio-  
 ne propugnata, quæ S. Leo & Gregorius M. Pontifices alioquin  
 sine controversia meliores, plane ignorarunt. Scilicet hi Ro-  
 mam sanctam, illi divitem reddere studuerunt: hi populi salu-  
 tem, illi suæ autoritatis amplificationem quæsierunt. Plures  
 alias hujusmodi corruptelas, partim ex Pseudo-decretalibus per  
 Gratiani decretum sec. XII publicam autoritatem hæsis, partim  
 ex prava Clericorum ratiocinatione ortas ingenue prodit, ut im-  
 munitatem Clericorum a judiciis secularibus §. VII, potestatem  
 & dominationem Episcoporum secularem §. VIII, Legatorum  
 papalium jura & discrimina §. XI, supplicia & pœnas hæretico-  
 rum §. XIV, Indulgentias §. XV & reliqua, quæ satis probant,  
 autorem servituti trans Alpinorum papali se non addixisse, at-  
 que adeo ad scribendam historiam Ecclesiasticam Baronio &  
 ejus similibus multo esse aptiorem. *Discurfus V.* Tomo XVII.  
 præmissus persequitur historiam Scholarum & Universitatum,  
 quarum successionem usque ad sec. X *Disc. III* jam recensuerat.  
 Nomen Universitatum non ante seculum XIII innotuit, licet res  
 ipsa jam ante sub communi Scholarum nomine extiterit. Eo-  
 dem tempore instituta sunt *Collegia*, quæ studiosis cum vitæ stu-  
 diorumque subsidiis communem ac segregatam habitationem,  
 & non postremam Academiis firmamentum præbent. Ante  
 Petri Lombardi tempora primas tenebat Schola Rhemensis:  
 postea vero illam antecelluerunt, Parisiensis, Magistri illius li-  
 bris sententiarum, & Bononiensis, Gratiani Decreto sive colle-  
 ctione canonum illustrata. Quam misera vero & imperfecta  
 ratio studiorum in iis Academiis fuerit, Autor noster sundo per  
 singulas disciplinas demonstrat. Grammaticam illarum de-  
 scribit §. V, Rhetoricam & Poesiam §. VI, Historiam §. VII, Logi-  
 cam §. VIII, Philosophiam moralem §. IX, mores magistrorum &  
 discipulorum, Philosophia illorum congeminos, §. X, Theologi-

am positivam §. XI, & hanc ipsam quoque per ineptas explicaciones Scripturæ S. allegoricas, in multis capitibus corruptam fuisse, fatetur, & exemplis confirmat §. XII. De Scholasticorum Theologia, methodo & stylo agit §. XIV, XV, XVI, de studiis Canonistarum, qui Decretam Gratiani male compilatum pejoribus glossis onerarunt, §. XVII. Denique §. XVIII delineationem, addit studiorum, præsertim Theologicorum, rectius instituentorum, ope linguarum, Historiæ, Criticæ & aliorum subsidiorum, postremis his duobus seculis diligentius quam ante ex-cultorum.

THE HISTORY AND ANTIQUITIES OF THE  
Cathedral Church of the Holy Trinity in Winton.

i. e.

HISTORIA ET ANTIQUITATES ECCLESIAE  
Cathedralis S. S. Trinitatis Wintoniensis; Autore  
SAMUELE GALE.

Londini, 1715, 8, plag. 13.

Tab. æn. 12.

- 2.4. **A**utor deprædicatis initio majoribus suis, quod stupenda  
Adeo & ornatissima Deo & religioni ædificia erexerint, con-  
queritur, quod tam pauci extiterint, qui memoriam eorundem  
ab obscuritate vindicare aggressi sint. Ipse de Templo Cathed-  
6. rali Wintoniensi acturus, de urbe primum, in qua illud situm  
est, nonnulla præmittit. Observat nimirum, illam inter anti-  
quissimas Britannicæ locum habere. Ptolemæo vocari *Ουέντρος*,  
Romanis dictam esse *Vensam Belgarum*, illosque ibi stationem  
habuisse, satis evincere numos Romanos, & rudera balnearum,  
haud ita pridem in reparando castello inventa. Post Romano-  
rum tempora illam Occidentalium Saxonum Regum sedem fa-  
ctam esse, appellatamque *Wintanceaster*, quod derivari possit a  
Britannico *Caer. Gwent*, i.e. *alba civitas*, cum sita sit in albo, &  
creta abundante solo. Cum vero Camdenus plenius de hac  
7. urbe egerit, Noster nihil præterea addit, nisi quod memoret, Ca-  
rolum II Regem palatium ibi inchoasse in monte altissimo, &  
antiqui castelli rudibus, quod ut a *GEORGIO*, Rege hodie feli-  
citer



citer imperante absolvatur, optat. Ad ipsum templum accedens narrat, Historicis in eo convenire, quod sub Romanis Christiana religio hic floruerit & varia templa & monasteria a converfis Britannis Deo ibidem dedicata sint. Mentionem fieri Collegii Monachorum Wintoniensis, ex quo Constantinus exierit, a Constantino Patre Imperator declaratus, & Honorio A. 408 feliciter oppositus. Quamdiu vero monasterium illud & templum flo-  
 ruerit, minus quidem determinari, sed tamen inde conjici posse, quod Cerdicus primus Rex Saxonum Occidentaliū paganus circa A. 519 monachos Wintonienses vel occiderit, vel ejecerit, & cultum idolorum instituerit. Illum durasse usque ad Regem Kynelgyfsum, a S. Byrino A. 535 ad fidem Christianam conversum, qui eidem Byrino Dorcestriam, sedem Episcopalem, donaverit, & in Regia Wintoniensi Cathedralē Ecclesiam fundare constituerit, sed morbo fatali preventus juramento obstrinxerit filium, ut propositum suum exqueretur. Cenwalchum etiam illi sacerdotem A. 643 mandatum de templo nobili struendo dedisse, eique donasse omnem terram a parente illi destinatam. Finitum illud esse post sex annos, & juxta Chronicon Saxonicum D. Petro, juxta Rudbornum autem, Monachum Wintoniensem, SS. Trinitati a Byrino dedicatum. Eundem Regem sedem Episcopalem Dorcestria remotam A. 660 Winz fixisse, & Ecclesie Wintoniensi tres, quæ vocantur, *monasterias, Duntun, Alresford, & Worsby* addidisse. Mortuum esse A. 672, & in templo ab ipso consummato honorifice sepultum. Hinc usque ad Normannos illud in florenti statu permanisse, largis donationibus & fundis a Saxonum & Danorum Regibus dotatum. Templi vero hodierni, diversis temporibus extructi, fundamenta jacta esse, sub Wilhelmo Conquestore, a Walkelyno Episcopo Wintoniensi, & Regis cognato, A. 1079, tanto quidem successu, ut A. 1093 monachi presentibus omnibus fere Angliæ Episcopis & Abbatibus ex antiquo monasterio in novum exultantes migraverint, & in festo S. Swithuni scriinium hujus sancti solenniter ex antiquo templo in novum translatum sit. Proxima die antiquum monasterium destrui ceptum, & eodem anno, excepto uno porticu, & magno altari, penitus esse

p. 9.

10.

11.

12.

13.

14.

- dirutum. Hinc ut paulatim templum ejusque turris ab Episcopis variis Walkelyno Sec. XI, Godfrido de Lucy Sec. XIII Wilhelmo de Edyndon & imprimis Wilh. Wickhamo Sec. XIV exstructa fuerit, ordine enarrat Autor. Ad fabricam deinde conversus, memorabilia nonnulla indicat, & primo quidem D. Petro, postea A. 980 S. Svichuno, & tandem A. 540 tempore Reformationis S. S. Trinitati consecratum fuisse templum refert. Denique & alia ædificia ad sedem Wintoniensem pertinentia commemorat. Quæ vero sequuntur, quæque maximam libri partem conficiunt, iis præmittendus videtur alius titulus seorsim adjectus, & ita sese habens: *The Antiquities &c. i. e. Antiquitates Ecclesie Cathedralis Wintoniensis; Autore Viro Perillustri, Henrico Clarendonii quondam Comite. Fabulis æneis elegantibus adornata. Londini apud E. Curll, 1714.* Qua de re æquum fuisset, ut ipse Editor in Præfatione quadam Lectorem monuisset. Præmisso autem ibi donationum terrarum Ecclesie Wintoniensis indice, & monumentorum ad eandem Ecclesiam, varias ædes religiosas in urbe & extra eam occurrentes spectantium, & in turri Londinensi asservatorum, venditionis item fundorum sedis Wintoniensis, tempore bellorum civilium factæ, catalogo, dimensiones Geometricæ templi Cathedralis enarrantur, tumbæ & monumenta, quæ inter Edredi, Edmundi, Cnuti & Rufi, Kingulsi, Adulphi, Kenulphi, Egberti, Regum, eminent, recensentur, & historia Episcoporum, Priorum, Decanorum, & Præbendariorum sedis Wintoniensis, una cum nominibus Cancellariorum, & Vicariorum Generalium ejusdem sedis, quorum in monumentis Ecclesiasticis fit mentio, ut & Archidiaconorum Wintoniensium, & Southeriensium ordine Chronologico subjungitur. Unde saltem notabimus, quod Thomas Cooperus, S. Theologiz Doctor, & primo Lincolnienfis, postea Wintoniensis Episcopus, sese Thesauro suo Linguz Romanæ & Britannicæ, Londini 1565 fol. edito, Elisabethæ Reginæ ita commendaverit, ut ab ea ad tantam in Ecclesia dignitatem fuerit erectus. Obiit autem ille d. 29 April. A. 1594. Sub finem accedit etiam brevis Historia Abbatiz Hydensis, tempore Edwardi Regis intra
17. 21 sqq.
32. 33 sqq.
- 1 sqq.
- 16 sqq. 25. 26 sqq.
- 91 sqq. 132. 133 sqq.
- 104.
- 138.
- come-

cæmeterii Wintoniensis Cathedralis sub nomine *Newminster* primum fundatæ, post ducentos autem annos, mutato etiam nomine, Hydam translata, & Abbatum ejusdem, una cum Indice in totum librum.

A REPLY TO THE OBJECTIONS OF ROBERT NELSON, &c.

i. e.

*RESPONSIO AD OBJECTIONES ROBERTI NELSONI, & Auctoris Anonymi adversus SAM. CLARKII Doctrinam Scripturæ de S. Trinitate, ad instar Commentarii in XL. selecta Scripturæ loca. Addita est Responsio ad Observationes Auctoris Anonymi Considerationum circa S. S. Trinitatem, & modum Controversias de illa tractandis Autore SAMUELE CLARKE, S. T. D. Rectore Eccl. S. Jacobi Westmon. & Reg. a Sacris ordinariis.*

Londini, apud Jac. Knapton, 1714, 8.

Plag. 20.

**Q**Uæ Auctor Reverendus in Doctrina Scripturæ de S. Trinitate, a nobis in Actis A. MDCCXIII p. 258. recensita, proposuerat, a recepta in Ecclesiis sententia haud parum diversa, complures invenere, qui circa ea examinanda & confutanda versarentur. Ex quibus postquam Eduardo Wells, S. T. D. in Epistola ad eum data satisfactum crederet Cl. Auctor, hoc libro porro ad ea, quæ vel Rob. Nelsonus in vita Georg. Bulli strictim, vel Auctor alius Anonymus in libro ejusdem Nelsoni præfatione ornato adversus eum notaverat, respondendum sibi esse dixit. Paucis absolvuntur, quæ Nelsono ipsi opposuit, quæ pleraque in asserendis nonnullorum ex Bulli Defensione Fidei Nicenæ locorum citationibus, quæ sibi favere crediderat Clarkius, versantur. Unum majoris momenti caput est, quod huic objecerat Nelsonus, eadem nempe via, qua quidem a Clarkio Ecclesiæ Anglicanæ solenniissimæ precum formulæ ac authentica fidei monumenta ad novam hypothesein pertracta fuere, posse nihil non in aliis quoque ex quolibet fingi, cum in sacris rebus,

p. 31.

D d d 2

tum

- dirutum. Hinc ut paulatim templum ejusque turris ab Episcopis variis Walkelyno Sec. XI, Godfrido de Lucy Sec. XIII Wilhelmo de Edynden & imprimis Wilh. Wickhamo Sec. XIV exstructa fuerit, ordine enarrat Autor. Ad fabricam deinde conversus, memorabilia nonnulla indicat, & primo quidem D. Petro, postea A. 980 S. Swithuno, & tandem A. 540 tempore Reformationis S. S. Trinitati consecratum fuisse templum refert. Denique & alia ædificia ad sedem Wintoniensem pertinentia commemorat. Quæ vero sequuntur, quæque maximam libri partem conficiunt, iis præmittendus videtur alius titulus seorsim adjectus, & ita sese habens: *The Antiquities &c. i. e. Antiquitates Ecclesie Cathedralis Wintoniensis; Autore Viro Perillustri, Henrico Clarendonii quondam Comite. Fabulis aeneis elegantibus adornata. Londini apud E. Curll, 1714.* Qua de re æquum fuisset, ut ipse Editor in Præfatione quadam Lectorem monuisset. Præmissis autem ibi donationum terrarum Ecclesie Wintoniensis indice, & monumentorum ad eandem Ecclesiam, varias ædes religiosas in urbe & extra eam occurrentes spectantium, & in turri Londinensi asservatorum, venditionis item fundorum sedis Wintoniensis, tempore bellorum civilium factæ, catalogo, dimensiones Geometricæ templi Cathedralis enarrantur, tumbæ & monumenta, quæ inter Edredi, Edmundi, Cnuti & Rufi, Kingulsi, Adulphi, Kenulphi, Egberti, Regum, eminent, recensentur, & historia Episcoporum, Priorum, Decanorum, & Præbendariorum sedis Wintoniensis, una cum nominibus Cancellariorum, & Vicariorum Generalium ejusdem sedis, quorum in monumentis Ecclesiasticis sit mentio, ut & Archidiaconorum Wintoniensium, & Southeriensium ordine Chronologico subjungitur. Unde saltem notabimus, quod Thomas Cooperus, S. Theologiæ Doctor, & primo Lincolnensis, postea Wintoniensis Episcopus, sese Thesauro suo Linguae Romanæ & Britannicæ, Londini, 1565 fol. edito, Elisabethæ Reginæ ita commendaverit, ut ab ea ad tantam in Ecclesia dignitatem fuerit erectus. Obiit autem ille d. 29 April. A. 1594. Sub finem accedit etiam brevis Historia Abbatiz Hydensis, tempore Edwardi Regis intra
- come-

cœmeterii Wintonienſis Cathedralis ſub nomine *Newminiſter* primum fundatæ, poſt ducentos autem annos, mutato etiam nomine, Hydam tranſlatæ, & Abbatum ejusdem, una cum Indice in totum librum.

A REPLY TO THE OBJECTIONS OF ROBERT NELSON, &c.

i. e.

*RESPONSIO AD OBJECTIONES ROBERTI NELSONI, & Autoris Anonymi adverſus SAM. CLARKII Doctrinam Scripturæ de S. Trinitate, ad inſtar Commentarii in XI. ſelecta Scripturæ loca. Addita eſt Reſponſio ad Obſervationes Autoris Anonymi Conſiderationum circa S. S. Trinitatem, & modum Controverſias de illa tractandiſ; Autore SAMUELE CLARKE, S. T. D. Rectore Eccl. S. Jacobi Weſtmon. & Reg. a Sacris ordinariis.*

Londini, apud Jac. Knapton, 1714, 8.

Plag. 20.

**Q**Uæ Autor Reverendus in Doctrina Scripturæ de S. Trinitate, a nobis in Actis A. MDCCXIII p. 258. recensita, propoſuerat, a recepta in Eccleſiis ſententia haud parum diverſa, complures invenere, qui circa ea examinanda & confutanda verſarentur. Ex quibus poſtquam Eduardo Wells, S. T. D. in Epistoſa ad eum data ſatisfactum crederet Cl. Autor, hoc libro porro ad ea, quæ vel Rob. Nelsonus in vita Georg. Bulli ſtrictim, vel Autor alius Anonymus in libro ejusdem Nelsoni præſatione ornato adverſus eum notaverat, reſpondendum ſibi eſſe dixit. Paucis abſolvuntur, quæ Nelsono ipſi oppoſuit, quæ pleraque in aſſerendis nonnullorum ex Bulli Defenſione Fidei Nice-næ locorum citationibus, quæ ſibi favere crediderat Clarkius, verſantur. Unum majoris momenti caput eſt, quod huic objecerat Nelsonus, eadem nempe via, qua quidem a Clarkio Eccleſiæ Anglicanæ ſolemniffimæ precum formulæ ac authentica fidei monumenta ad novam hypotheſin pertracta fuere, poſſe nihil non in aliis quoque ex quolibet fingi, cum in ſacris rebus,

P. 31.

D d d 2

tum

tuum in civilibus, non obstante iurejurandi, quo te obstrinxeris, religione. Ad id vero respondet Autor, multum inter res civiles & sacras interesse, in illis liberam esse Legum ferendarum potestatem, in quibus proinde non nisi ex obvio verborum sensu intentionem Legislatoris intelligere liceat: in Sacris Ecclesiam, quod ad dogmata attinet, legislativam potestatem habere nullam, Gal. I, 9. Quod autem Ecclesiae particulares membra sua certis loquendi formulis alligent, id non fieri regularum fidei instar, sed ut ex ceu prudenter consignati uniformis doctrinae typi dissensionum intestinarum sint remedia. In illis itaque formulis, sicubi quaedam sint obscuriores, sibi invicem apparenter contrariae, unumquemque obligari, ut eas cum Scriptura comparare, conciliare, nec nisi ita intelligere conetur, ut cum hac consistant, ne Christianismo ob Religionem politicam valedicere videatur: obligari etiam, ut publice testetur Ecclesiae, quo sensu eas recipiat, atque adeo generatim in his Formulis, non probabilem Autoram sensum, sed eum, quo unicuique illae appareant maxime cum Scriptura consentire, spectandum esse censet. Idque vel in ipso Symbolo Niceno apud Orthodoxos hodie obtinere existimat, qui, cum Filium Patris ὁμοούσιον Patres Niceni dixerint, nunc Filii cum Patre unionem ita intelligant, ut inde non ὁμοούσιος, sed prorsus *καυλοόσιος* Patri appareat, h. e. unius individualis substantiae cum Patre, quod Nicenos nunquam in animum induxisse arbitratur. Prolixius respondet Anonymo, qui in libero sub Titulo: *Doctrina Scripturae S. de sacrosancta & individua Trinitate vindicata a Pseudocyprianus Clarkii*, XLII Scripturae loca, quae a Clarkio minus recte exposita videbantur, ad receptam in hoc articulo sententiam revocare erat conatus. Exiis nonnulla seligemus. Circa locum 39-58; Matth. XIX, 17 disputatur, num *εἷς, ὁ Θεός* necessario, quod Clarkius voluerat, *Personam* significet, an, ut Anonymus, potius: *unam Essentiam divinam*? Posterius pernegat Noster, fitale quid dici debuisset, ita dicendum fuisse: *ἕδὲν ἃ γὰρ τὸν, εἷς μὴ ἔν, ὁ Θεός*; nec Gal. III; 28 hic quicquam juvare, ubi *εἷς ἐν Χριστῷ* neutiquam notet unam essentiam, vel substantiam, sed unum corpus, unam Personam figurato sensu, contendens. Joh. XVII,

XVII, 3 τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν non posse aliam, nisi unicam Patris Personam notare, nec tantum, falsis Diis, quod voluerat P. 56-68. Anonymus, sed & ipsi Filio eam hoc modo contradistingui prolixè affirmatur, & Patrum universali consensu confirmatur. Circa locum 1-Cor. VIII, 4, 5, 6 nobile dictum Irenæi L.V C. 18 70--73. excutitur, ubi unum Deum Patrem super omnia, per omnia & in omnibus ita interpretatur sanctus Præsul: *super omnia quidem Pater, per omnia autem Verbum, in omnibus autem nobis Spiritus*, quo tamen non persuaderi sibi patitur Autor, ut credat a Paulo sub nomine unius Patris contineri tres Personas, quod vulgo existimatur. Ad Gal. IV, 8 disceptatur, quid sint *οἱ μὴ φύσες αὐτὸς Θεός*; ubi Cl. Autor φύσιν neutiquam in Scripturis id, quod 76--81. in Metaphysicorum scholis Natura sive Essentia rei dicitur, sed statum, conditionem, facultates, aliasve rerum etiam minus essentielles circumstantias significare existimans, hoc quoque loco de Diis Gentilium nihil aliud dici sibi persuadet, nisi hoc, eos non habere ullam divinam autoritatem aut dominium, nihil ejus *Natura*, quam Gentes illis tribuant, nullo prorsus ad metaphysicam Dei essentiam naturamve heic habito respectu. Johannæus locus 1-Joh. V, 20, 21, ut est in hac controversia insignis momenti, ita prolixè heic a V. Cl. consideratur, qui totum 96-109. ita exponit: *Venit Filius Dei & dedit nobis intellectum, ut noscamus τὸν ἀληθινὸν Θεόν*, (ita enim legendum esse ex Millio docet,) & sumus in hoc vero (Deo) ἐν ὑμῶν αὐτῶν Χριστῶ Ἰησοῦ per Filium ejus Jesum Christum. Hic est verus Deus & hac ejus per filium cognitio est Vita æterna, quasi legeretur: *ἔτις ἐστὶ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ αὐτῆ ἡ ζωὴ αἰώνιος*. Hinc expositioni & totam textus seriem suffragari vult, nec ob stare, quod objecerat Anonymus, vocem *ὁ ἀληθινός* in Johannis scriptis, Apoc. III, 7, 14, XIX, 11, semper esse Filii nomen. Ibi quippe, inquit, *ὁ ἀληθινός* idem est, ac *ὁ μάρτυρ ἀληθινός*; heic idem, ac *ὁ ἀληθινός Θεός*; quod soli competit Patri, Joh. XVII, 3, 1 Thess. I, 9. Idem docere existimat h. l. verba ἐν ὑμῶν ΑΥΤΟΥ, quod ad neminem referri possit, nisi per τὸν ἀληθινόν intelligatur Pater; nec quenquam turbari vult eo, quod particula ἐν in eadem sententia duplicem sensum obtinere jubeatur, hoc modo: *ἐγμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ ὑμῶν αὐτῶν*,  
Ddd 3; sumus.

sumus in vero illo, *per* Filium ejus, cum similia exempla τῆ ἐν eodem fere halitu duplici tamen significatione accepti, Act. VII, 44, Rom. I, 9, Gal. II, 20, Eph. I, 3, II, 6, III, 21, 2 Theff. II, 4, I Joh. IV, 9 facile possint produci. Denique fatetur, Descriptionem τῆς ζωῆς αἰώνιᾳ magis quidem competere Filio, sed neque hæc verba: καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιᾳ de vero Deo prædicari existimat, sed de vera Patris per Filium cognitione: Hic est verus

p. 110-114 Deus, & hæc ejus Cognitio est vita æterna. Mox & locus Judæ v. 5, τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν expenditur, eumque neutiquam totum ad Filium Dei spectare, qui nusquam in N. T. ὁ δεσπότης dicatur, asseritur, eoque nomine Grotius, qui ad 2 Pet. II, 1 hoc nomen Christo vindicavit, notatur. Imprimis audacter ad Matth. VI, 9 affirmat, si in ea adlocutione: Πάτερ ἡμῶν, Filius comprehendi debeat, inde tanta sequi absurda, quanta neque Patris Tertulliano, quem adduxerat Anonymus, similis, neque Angeli de cælo autoritas ulli in N. T. non plane hospiti persuadere apta fuerit. Locum

115. Joh. V, 18, quo refertur Judæorum adversus Christum indignatio, ὅτι πατέρα ἰδίον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἸΣΟΝ ἑαυτὸν ποιῶν ΤΩΙ ΘΕΩΙ, adduxerat Anonymus. probans inde, ipsis Judæis haud dubie nonnihil constituisse de Filio quodam Dei cum eo ab æterno subsistente, eidemque æquali. Id vero nullo modo probabile sibi fieri ait Cl. Clarkius, tantumque abesse, ut tale quid ex hoc loco exculpi queat, ut potius acerba calumniandi libido eum Judæis extorserit. Etenim, cum Servator v. 17 accusationi Judæorum de violato Sabbato respondisset, *Patrem suum seque ipsum hætenus operari*, h. e. etsi Opera Creationis Dei ab initio finita sint, Paterque ipsius omnino septimo die a Creationis opere cessaverit, attamen Opera Providentiæ & Bonitatis ejus adhuc quotidie sine intermissione perdurare, licitumque adeo ipsi esse etiam Sabbato mederi: Judæi, inquit, proni ad captandam quamcunque calumniandi ansam, non ratiocinando, sed calumniando inferunt, primo singulare quid affectare Christum, Deum Patrem omnium communem πατέρα ἸΔΙΟΝ dicendo, deinde sua opera cum Patris operibus conjungendo se Deo æqualem facere, h. e. non Deum se dicere, aut cum Patre se



se confundere, sed assumere sibi potestatem Deo similem. Quare, addit, ipse Servator, cum se ipsum adversus Judæos defendit, nequiquam ad quandam eum Patre essentia unitatem sed unice ad datam sibi a Patre potestatem statim v. 19, 22, 23, 26. seqq. provocat. Ea vero occasione, quod in Novatiani de Trinitate C. XXXI hodie legitur, *Divinitatem Filii sic tradi, ut non aut dissonantia aut inæqualitate Divinitatis duos Deos reddidisse videatur*, docet indubie corruptum esse, cum Novatianus toto hoc Capite, imo Libro toto in eo occupetur, ut duos æquales Deos in Patre & Filio concipi prohibeat. Simili fere modo p. 144-157 verba Christi Joh. X, 30 coll. v. 33 expenduntur, & post longam textus considerationem ad solam *potestatis & voluntatis*, non *essentia unitatem*, adductis Tertulliano adv. Praxean. C. XXII & Novatiano de Trinit. C. XXII, referuntur. Singulare vero est, quod Cl. Autor affirmare non dubitavit, in V. 163. 164. T. quidem nomen  $\epsilon\theta\eta$ , quod Ens necessarium notet, tribui quidem etiam visibili illi Personæ, Filio nempe, qui unus Patribus apparuerit repræsentans Patrem invisibilem, v. g. Exod. III, 2; at in N. T. ubi Christus in propria Persona apparuerit, nomen hoc  $\epsilon\theta\eta$  ejusve translationem  $\delta\ \acute{\omega}\nu\ \kappa\iota\ \delta\ \eta\upsilon\ \kappa\iota\ \delta\ \epsilon\pi\chi\acute{o}\mu\eta\iota$  vel  $\delta\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\sigma\ \sigma\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\tau\alpha\varsigma$  nusquam Christo tribui, sed unice  $\kappa\upsilon\iota\sigma\iota$  sive  $\Theta\epsilon\delta\varsigma$ , quibus verbis LXX voces duas  $\epsilon\theta\eta$  &  $\epsilon\theta\eta\ \epsilon\theta\eta$  quas semper loco  $\tau\acute{\omega}\ \epsilon\theta\eta$  legerunt, soleant interpretari. Quod pro 192. 254. Divinitate Spiritus S. a quibusdam & ab Anonymo quoque, quem Cl. Autor refutat, petitum est ex 2 Cor. III, 17, 18, argumentum, fuscè a Nostro consideratur, qui toto Capitis contextu non ineleganter enarrato, minime hic de Spiritu S. agi existimat, verba ista:  $\delta\ \delta\ \kappa\upsilon\iota\sigma\iota\ \tau\acute{\omega}\ \pi\upsilon\epsilon\upsilon\mu\acute{\alpha}\tau\iota$ , hoc significare persuasus, qui vivificet, a quo omnis illuminatio dependeat  $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\alpha\ \pi\epsilon\rho\ \alpha\pi\acute{o}\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\sigma\iota\ \pi\upsilon\epsilon\upsilon\mu\acute{\alpha}\lambda\omicron\varsigma$ , tanquam a Domino, qui sit Spiritus Legis. Ea vero occasione apparens inter locum huac & 1 Cor. XIII, 12 dissensio bene tollitur, in posteriore loco obscuram nostram cognitionem  $\delta\ \epsilon\sigma\acute{o}\tau\eta\varsigma$  repræsentari, quod est telescopium, propinquas reddens res remotas, sed obscure, imperfecte ac minus distincte, heic  $\kappa\acute{\alpha}\tau\omicron\tau\omicron\pi\tau\epsilon\rho\varsigma$  respici, speculum nempe, res clare ac distincte, atque adeo vere  $\pi\epsilon\rho\acute{\omega}\sigma\omega\pi\omicron\upsilon\ \pi\epsilon\rho\acute{\omega}\sigma\omega\pi\omicron\upsilon$

- πρῶτον repræsentans, quo modo sane gloria Patris clarissime  
 refulserit in facie Jesu-Christi. Poterant addi plura, nisi restaret  
 nobis Appendix lustranda, qua Cl. Autor ad aliud scriptum re-  
 spondet, ab Autore Anonymo, qui olim *Considerationes circa*  
*S. S. Trinitates & modos eas Controversas tractandi*, ediderat,  
 publicatum sub nomine: *Remarks &c. h. e. Observations ad*  
*Clarkii Doctrinam Scripture S. de Trinitate*. In ea vero  
 appendice cum singulis objectionibus singulæ subjiciantur re-  
 sponiones, difficile est ex illa quicquam decerpere, nisi inte-  
 græ huc sint transcribendæ paginæ. Sufficiet tribus verbis no-  
 tasse, a Cl. Autore heic deduci, quomodo tribus Personis divinis,  
 quæ unam individuan Essentiam divinam non constituant, con-  
 cassis, quæ est Clarkii mens, non tamen invehatur Tri-  
 theismus; quomodo, si Existentia a se ipso communicari non  
 possit, inde sequatur, nec Naturam Entis a se existentis posse  
 vere ac proprie alteri communicari; non cunctanter ab ipso  
 vocem Θεός in Scriptura S. neutiquam ad Essentiam di-  
 vinam metaphysice spectatam, sed ad Potentiam & Domi-  
 nium divinum referri, adeo, ut ipsam etiam τὸ Θεὸς appel-  
 lationem in Scriptura & aliis libris moralibus significatio-  
 nem relativam, non, ut in metaphysicis, absolutam habere  
 asserat, idque vel ex contentis Scripturæ locis, quibus Deus  
 pater, Deus Israelis, Deus omnis Terræ dicatur, dilucide pate-  
 re, quæ, si morali sensu accipiantur pro supremo Domino, bene  
 se habeant, metaphysice sumta pro Ente infinito, nullam fun-  
 dent sensum. In universum patet, ab Autore receptæ in Eccle-  
 siis sententiæ perpetuam scribi Sabellianismi ac ab eo parum ab-  
 ludentis Socinianiismi dicam, quo Personæ tres confundantur,  
 aut certe in unum Ens ita absorbeantur, ut Personæ esse desi-  
 nant, adeoque ipse Christus non nisi Homo sit futurus, in quo  
 Deus Pater habitaverit, quod Sociniani quam maxime vellent,  
 quique eum ita venerantur, illi non id faciunt, quod voluit Pa-  
 ter, ut eum omnes honorent sicut Patrem, sed loco ipsius Patris.  
 Id ubique fere inculcat Autor, Sabellianam inter & modernam  
 sententiam non aliud esse discrimen ratus, nisi, quod tria No-  
 mina, quæ Sabelliani in Deo comminiscabantur, hodie Chara-  
 cterum
- p. 221-224.  
 228-230.  
 283. 284.  
 210.  
 224.  
 238.  
 263.  
 274.

Ceterum personalium unius individui Entis titulo ornentur, re-  
 apse sublata personali distinctione. Quare obscuræ Schola-  
 rum interpretationes, tanquam sensu fere carentes ab Autore p.299-302  
 Cl. exploduntur, identidem hoc monente, ubi Deus quicquam  
 revelaverit in verbis, quæ distincte non possiat intelligi, id haud  
 dubie credendum esse, etsi nos sensum tam clare non assequa-  
 mur, at ubi Homines in rerum divinarum explicatione verba  
 comminiscantur, quorum ipsi sensum distincte exponere ne- 157-159.  
 queant, frustra prætendi mysteria, ac eorum quidem verba nun-  
 quam probari posse, si sint mysteriosa. In ipso libri fine mo-  
 nendum duxit Reverendus Autor, postquam ita semel iterum-  
 que post diuturnam seriamque meditationem summa cum sin- 309 199.  
 ceritate cogitata sua exposuit, hæc omnia se nemini credenda ob-  
 trudere, sed id unice quærere, ut ad scrutandas Scripturas ipsi Le-  
 ctiores perducantur, & cum ea comparent ab ipso pariter & aliis  
 dicta. Ceterum, qui deinceps absque novis argumentis hæc  
 impetierint, illis se responsurum negat, id publice professus, si  
 posthac proprio scrutamine vel aliorum inventis convincatur  
 erroris, hæc Orbi universo se neutiquam celaturum, si que fileat  
 deinceps, id indicio futurum, nondum se invenisse, quod a pri-  
 stina cogat discedere sententia, cum ceteroquin nihil ipsi curæ  
 sit præter veritatem, promte, undecunque evidentior illuxerit,  
 amplectendam.

AN ADDRESS TO PERSONS OF QUALITY AND  
ESTATE.

i e

**EPISTOLA AD ILLUSTRIORIS SORTIS VIROS,**  
*Autore ROBERTO NELSONO, Armigero. Addita  
 est Appendix authenticorum quorundam monumen-  
 torum.*

Londini, apud C. Rivington, 1715, 8.

Alph. I.

**Q**uem producimus Libellum, non dubitamus, quin solum  
 Roberti Nelsoni nomen Britannis omnibus reddiderit com-  
 mendatum. Adeo ille, dum in vivis fuit, magnæ ac non fuc-

E e e

tæ pietatis fama inter suos floruit confianter, quæque excitandæ  
 apud alios etiam devotioni inservire voluit scripta, eum applau-  
 sum meruere, ut omnium piorum manibus tererentur. Ille  
 itaque, postquam paulo ante mortem edita *Epistola ad omnes  
 vera Pietatis amatores*, tanquam postremis verbis Orbi valedi-  
 xerat, hunc Libellum amico tradidit, post fata, quæ ipsi  
 Mense Januario A. 1715 tulere, Tabularum Testamenti instar  
 publicandum. Refertur hoc ab Editore in *Præfatione*, qua,  
 præterquam quod promittitur biographia Viri oppido memo-  
 riam posteritatis meriti, consilium Autoris in hoc libro proli-  
 xius deducitur, & cur tota Epistola personam peregrini præ se  
 ferat, quam induere placuit Autori, ut consilia absque nomine  
 Autoris prolata tanto minus adversis affectibus premerentur,  
 exponitur. Opus ipsum totum eo spectat, ut altioris sortis ho-  
 minibus vera pietas commendetur, id quod primum generali  
 discursu tentat Autor, deinde vias monstrat, quibus sigillatim  
 insistere possint ii, qui magnam, qua polleant, auctoritatem, vel,  
 quibus gaudeant, divitias eo cupiant conferre, ut hominum  
 aliorum sua beneficentia suppleant inopiam. Itaque primam  
 Partem libelli transire integrum erit, qua nihil aliud agit Autor,  
 nisi, ut argumentis theologicis cum, quæ universos spectent ho-  
 mines, tum, quæ imprimis iis, quos altius evehit nativitas, mon-  
 strent, quam periculosa sit veræ pietati fors illustrior, quam ta-  
 men in ista conditione necessaria pietas, quæ iste status veræ  
 pietati possit præstare commoda, quamque beati illi, qui sorte  
 sua ad eam in aliis ac apud se ipsos promovendam utantur, quam  
 miseri, qui in luce mundi positi ad vitia patiantur animum de-  
 clinare, persuadeat Nobilibus magnisque Viris sinceræ pietatis  
 ac præcipue liberalis ingenos munificentia studium. Enim-  
 vero cum ea plerumque sit in magna sorte positorum hominum  
 ratio, ut illis persæpe de iis, quæ potissimum opem ipsorum fla-  
 gitent, vix constet, ac quandoque benefactoribus non animus  
 verum sola opportunitas benefaciendi deesse videatur,  
 merito Autor pietissimus credidit melius non posse locari ope-  
 ram suam, quam, si Sociographiam egregiorum operum, quæ  
 charitatis exercitia magno numero desiderent, Lectori-  
 pone-

poneret ob oculos. Eaque, quanquam potissimum ad Britannorum rationes exacta, hic quidem breviter perstringi & nostris Lectoribus non erit injucundum, nec, si in animum ea demiserint, infructuosum. Primo loco ea memorat opera charitatis, quæ ad animam hominis spectant, quæque animos Evergetarum excitare valeant. Inter ea igitur refertur novarum Aedium Sacrarum in iis locis, in quibus eæ desiderantur, vel nimio a se invicem spatio distant, constructio, qua in re, quod Londinensem Urbem concernit, ab aliquot annis Curiam Parliamenti inferiorem laborasse & nobis constat, & ipse Autor vehementer laudat; tum dispersio Bibliorum, aliorumque librorum religiosorum & practicoꝝ, in qua re Societas Anglicana ad propagandam cognitionem Christianismi instituta ab aliquo tempore fuit occupata; propagatio Evangelii in exteris Regionibus, quam & ipsam ab integra Societate in Anglia curari notum est, cujus successus paucis a Nostro annotantur. Sequitur consilium magni momenti, quo optatur, ut erigantur vel in Academiis vel alibi Collegia vel Seminaria Candidatorum S. Ministerii, & imprimis talium, qui sacris in Americam aliasve terras missionibus queant adhiberi. Isti instituto existimat Episcoporum in Anglia palatia commodissime posse inservire, in quibus Candidati in oculis venerandorum Præsulum enutriti ea discant, quæ ad recte administrandum, in teinerataque fide ac vita ornandum sacrum munus pertineant, alii ad externas missiones tempestive præparentur, quod consilium uti in Anglia jamjam a quibusdam magna cum aude fuit promotum, ita optandum erat, ut & alibi inveniat animos, hac in parte sanctæ fidei nostræ ornamento sincere studentes. Mox commendatur studium propagandi Evangelii in iis etiam oris, in quibus præter commercia nihil proprii habeat natio Anglicana, quo loco optat Noster, ut, qui ex negotiationibus ad cæcas illas Gentes promotis omnem in carnalibus victum, imo divitiarum affluxum petunt, persuaderi sibi patiantur, decere se, ut his spiritualia sua vicissim communicent, vel decima parte lucri in id erogata, ut iis convertendis Christiana præstetur opera. Succedit promotio Christianismi in propriis regionibus

bus, quam quidem & religiosis Societatibus etſi plerisque obſe-  
 nis in Anglia tanto ſucceſſu hucusque euratam refert, ut brevi  
 tempore in Wallia & Hybernia 6000 Liturgiæ Anglicanæ &  
 totidem Catechiſmi exempla harum Societatum ſumptu ſint  
 diſperſa, tantoque majorem ominatur ſucceſſum, ſi id inſtitutum  
 altioris regionis hominibus probetur, ac ab iis, qua pollent, auto-  
 ritate promoveatur. Mox de ſtipendiis Miniſtrorum Eccle-  
 ſiæ, quibus de victu ſatis proſpectum non ſit, augendis additur  
 conſilium, eamque in rem Regiæ proxime deſunctæ zelus  
 laudatur, indeque reformatio morum & executio legum ad-  
 verſus profanam impietatem commendatur. Ad hanc pro-  
 movendam cum pariter peculiaris in Anglia coaluerit So-  
 cietas, nec ſine fructu hucusque laboraverit, eam tamen omni-  
 no ſubſidiis pecuniariis, ſi ulla alia egeat, pariter indigere  
 monſtratur, cum pauci ſint, qui vel audere velint, ut nomen  
 ſuum in illis profiteantur, vel quocunque modo impietati ſeſe  
 opponant. Inprimis vero graviter circa hanc partem monet,  
 quod ſi hoc opus reformandorum morum eo uſque jamjam  
 progreſſum nunc ab iſtis negligatur, id peſſimi fore ad poſteri-  
 tatem exempli, quod omnibus aliis, qui tale quid in animum  
 deinceps vellent inducere, ſpem omnem ſucceſſus præſcripat,  
 ut nemo id poſthac ſit tentaturus. Affine huic eſt inſtitutum  
 erigendarum Scholarum, quas ita dicere liceat, charitativarum  
 (*Charityſchools*) in quo quam ſ. liciter per omnem Angliam huc-  
 cusque laboratum ſit, Autor paucis refert, atque inde ſpem am-  
 pliſſimam progeniei futuræ non vitioſioris, ſed religioſioris  
 mente concipit. Neque tamen hic omnia jam conſecta eſſe  
 monet, quin potius prudentiſſimo, ſi quid nos videmus, conſi-  
 lio monet, de ſuperiore Schola pariter cogitandum eſſe, in qua  
 Scholarum iſtarum futuri magiſtri ac magiſtræ præparentur, &  
 ad iſtud opus idoneæ reddantur, quod utinam fieret ubique lo-  
 corum! Tandem & de erigendis Bibliothecis Parochialibus iis  
 in locis, in quibus eccleſiæ Miniſtri cum pauperie ac pro-  
 inde librorum quoque bonorum defectu conſiſtantur, agit, id-  
 que tanto magis neceſſarium judicat, quod præter plerorumque  
 opinionem certum eſſe compererit, dari in Anglia ultra 2000

Paro-

Parochias, quarum Pastores non ultra XXX Libras Sterling. annuorum reddituum numerent, ultra 1200 Parochias, quarum redditus XX Libras non excedant, & prope 500 Parochias, quæ non ultra X Libras reddituum Pastoribus suis attribuant. Quæ non potest satis laudari, quam in se pii in Anglia viri suscepere, rei hujus cura, qua factum esse refert, ut 500 locis jam suæ sint datæ Bibliothecæ Parochiales, ac ad libros porro comparandos, & in Anglia, Scotia, Walliaque dispergendos nihil nisi subsidia municipalium benefactorum desideretur. Hucusque de operibus charitatis, quæ ad animas hominum spectant. Sequuntur ea, quæ corpus magis concernunt, in quibus minus est prolixus Autor noster. Proponit tamen inter ea curam pro orphanis & viduis pauperum Clericorum habendam, quæ jam Caroli II. tempore A. 1678. singulari Societati, ex Filiis Clericorum constanti, regia autoritate commissæ est, cui nuper à Thoma Turnero, Collegii Corporis Christi Oxoniensis Præsidente, per Tabulas Testamenti summanam 18000 Libr. Sterl. legatam esse publice prædicat, exemplum hoc alios sequi optans. Mox curam pauperum non segni otio sustentandorum, sed ad honesta & quotidiana opera adhibendorum commendat, quo spectantia aliquot ergasteria Londinensia, & scholas quasdam; in quibus gratis pueri puellæque ad omne genus artificiorum & mechanicorum laborum mature adducantur, laudat. Sequuntur consilia pro sublevanda paupertate Patrum familias ingenuorum, sed ad incitas redactorum, civium & anuariis operis victum querentium, captivorum denique vel ob veræ fidei professionem in oris exteris, vel ob æs alienum domi, quibus deinde brevis xenodochiorum & nosocomiorum hodie Londini florentium brevis & curiosa subjungitur enarratio. His omnibus latius voluit immorari Autor, quod ad ea tentanda & promovenda jamjam apud suos animum quidam appulerint, quorum inventis aut institutis facile sit aliquid nunc addere, quanquam alia opera charitatis superesse fateatur, de quibus nondum sit cogitatum, qualia memorat nosodochia pro incurabilibus morbis, itemque singularia pro singulis morbis, in quibus multa possint fieri experimenta medica ratiore, orphanotrophia, & expositorum infantum rece-

ptacula, publica ædificia pro fœminis ex dissoluto vitæ genere ad meliorem frugem reducendis, pro recipiendis viris fœminisque altioris fortis, sed cum egestate conflitantibus, pro recipiendis peregrinis, Collegia sive Seminaria converforum ex Papisimo, in quibus illi & probari ad tempus & ad honestum vitæ genus præparari possint, quæ omnia quanto cum fructu Republicæ & Ecclesiæ conjuncta sint, si piis erogationibus promoveantur, nemo non intelligit. His omnibus ita propositis subjungit Autor responsiones ad difficultates egregiis his consiliis vulgo opponi solitas. Tandemque Appendicis loco adduntur monumenta quædam authentica ad horum consiliorum in Anglia institutionem pertinentia, v. g. Regiæ Annæ Commissio ad ædificandas Lædes sacras Londini data, ejusdem Mandatum de colligendis in singulis Diœcesibus Eleemosynis pro Societate de propaganda fide, Caroli I Regis Votum Oxonii 1646 susceptum de restituendis bonis Ecclesiasticis, aliaque quæ a curioso Lectore non sine jucunditate leguntur.

**JO. ANDR. GRAMMLICHII TRACTATUS**  
*Philosophico-Theologicus de moralitate Concubinatus.*

Francos. & Lips. apud Jodocum Guil. Kohlesium, Bibliop.  
Aldorf. 1716, 4.

Plag. 9.

**EJUSDEM VINDICIÆ LEGUM DIVINARUM**  
*positivarum unversalium.*

Francos. & Lips. apud J. G. Kohlesium, 1716, 4.

Plag. 2.

**Q**ui Serenissimo Wurtembergensium Duci a Concionibus aulicis est, maxime Reverendus Autor opusculo priori tum examen Dissertationis horissimæ de Concubinato, tum vero & defensionem illius, contra Paulum Marcum Antonium, prout se appellaverat, utramque a se editam & quinquies jam tum iteratis vicibus denuo excusam, hic repetit, multis, quod in præfatione docet, non leviter mutatis. Concubinatum itaque principio rite distinguit, cum aliud sit verum conjugium, effectibus



Etibus saltim aliquot juris civilis carens; alius ex fuga matrimonii, urgentis libidinis explendæ causa, cum scemina inhonestâ ad tempus contractus; alius denique qui conjunctionem quandam domesticam arctiorem, pro lubitu dissolubilem, sine affectu maritali, cum scemina, quæ iusta uxor esse poterat, ad evitandam scortationem, non exclusâ omni procreandæ sobolis intentione, inferat, quo de Concubinato hic sermo est, qui pro malo, nec unquam jure divino licito habetur, quandoquidem is facile, ex dissentientium hypothese sit solubilis, nec maritalem simul inferat affectionem, quod tamen utrumque jus naturæ ad legitimum matrimonium requireret. Finis postea conjugii primarius, procreatio sobolis, scommate simul, quod in Clericos conjicitur, retuso, urgetur, frenaque potius hoc concubinato laxari vagæ libidini, & Concubinam esse omnino voluptatis nomen, immo, unum dari legitimum matrimonium, reliquas extra illud commixtiones damnari omnes, ex Ebr. XIII, 4, I Cor. VI, 13, 15, docetur, diligenter simul expenso loco, qui huc spectet, palmario Matth. XIX, 3 seqq. cujus hæc vis sit: Quod Deus conjunxit, homo ne separet; atqui Deus conjunxit conjuges, Gen. II, 24; ergo conjunctos conjuges homo ne separet. Cum nulla itaque, nisi divina (quæ saltim uno in casu separationem permetteret) auctoritate, humana vero minime, fieri separatio possit, concubinatum; quo uxorem liceret dimittere pro lubito, merito repudiari. Sententiam de Concubinato Patrum, quem pro malo habuerat quondam, nunc Autor retractat, dum Polygamiam Patriarcharum cum Concubinato confundisset, jam vero rectius re-ponderata videret, Polygamiam istam, tanquam in se non malam, cum Jure naturæ minime; ut ut cum lege Dei positiva universali, in qua tamen dispensationi divinæ locus sit, pugnare, & sicubi vocetur hæc Polygamia concubinatus, sensu supra memorato, non tertio Thomassiano, sed primo sumi; quod pressius postea persequitur Autor; datumque hoc, in licentiam alias effuso Seculo, scandalum, verbis ipsius Speneri adductis, impensè dolet. Philosophum suum Pseudonymum dum confitat, de mordacitate queritur, suumque, non Magnifici Jægeri utrumque hoc scriptum

p. 7.

8.

9. 10.

18.

22. 23. 24.

25.

33.

34.

93.

40.

45 seq.

48. 55.

52.

ptum esse, testatur, perpetuitatem insolubilitatemque matrimonii contra dissentientium ex orco, quod ait, revocatum sententiam, immo loca Matth. XIX, 3 de uxore tantum iusta, I Cor. VII, 9, 10 de matrimonio prius dissentienti exposita, aliaque temperato calamo vindicans, inueniensque simul, benedictionem divinam, Ismaeli factam, non tam iustitiae concubinitus paterni cum ancilla (quamvis & ille cum Thomasio non consonet) sed patris precibus Gen. XVII, 20 attribuendam esse.

Alterum de Legibus Dei positivis universalibus Grammatici scriptum quod attinet, Celeberrimis dumviris, Thomasio ac Buddeo, illud opposuit, quorum illum primum harum Legum & autorem & destructorem appellat juxta probatque, ac in eo Hochstetteri vestigia modeste perquam & circumspicte legit. Et Patrem, & Regem egisse itaque Deum optimum ab initio, legesque tulisse proprie sic dictas, sumto ab arbore vitata imprimis argumento, evincit, nec vero hinc Tyrannum evasisse Deum, utpote qui feudum, in se amplissimum, ad exiguam quandam conditionem restrinxerit, allatis simul prohibitionis causis, ut scilicet dominium probaret, obedientiam hominum exploraret, magnitudinem futuri delicti exaggeraret, denique totam Legem naturae, cordibus insitam, hoc symbolo concluderet & obsignaret. Sententiae, arborem vitam ad cibum Serpenti destinatam, virtuteque sapientiam ac cupiditates terrestres producendi instructam fuisse, parum tribuitur, quantumvis & hoc vim legis, quae circa nocifera occupetur quoque, non evertat, & probabile insuper non sit, in Paradiso arborem adeo pestiferam stetitisse, vocato in subsidium loco, huc referendo imprimis, Hof. VI, 7. Argumentum arcessitur porro a lege de monogamia & prohibitis incestuum gradibus, quarum *illae* partim repetitione Christi Matth. XIX, 3 seqq. partim divinis, ob cordis duritiam, dispensatione pro lege declaretur, ratione *horum* vero, quod non contra solam legem Mosaicam sint, exinde demonstratur, quod ob ejusmodi incestus populi Cainitici terra fuerint expulsi. Levit. XIX, 3, 6, 24, 25. A celeberrimo Buddeo, qui sententiam Autoris, a se ipso in Philosophia Practica quondam defensam, in Institutionibus Theolog. Moralis

muta-

mutaverat, pari postea modestia dissentit, cum, ubi legis adfit effectus, poena imprimis, de ejus promulgatione dubitare non liceat; tum vero etiam non desiderari omnium legum positiviarum universalium promulgationem, ratione enim arboris vetitæ, Sabbathi, Monogamiæ, sacrificiorum, carnis non comedendæ, homicidii puniendi, eam innotescere abunde, & ab Adamo ac Noacho transire ad posteros harum legum notitiam per traditionem utique potuisse. Aliam, loco hujus, a Celerberr. Buddeo datam distinctionem, Legum scilicet in absolutas & hypotheticas, postea sub examen vocat, eamque nec præ nova, nec profatis commoda, quo illa tollatur e medio, haberi cupit, quandoquidem per eam leges positivæ universales male cum legibus hypotheticis confunderentur, dubiamque maneret, quomodo leges istæ hypotheticæ de matrimonio, incestu &c. Gentilibus, ideo puniuntur, fuerint promulgatæ? Et cur Deus circa furta, fraudes, mendacia non æque dispensaverit, ac in Polygamia, prohibitis gradibus, cum eadem sint utrinque leges hypotheticæ?

p. 15.  
17 seqq.

24

26.

**CAMILLI LEONARDI SPECULUM LAPIDUM & PETRI ARLENSIS DE SCUDALUPIS, Presbyteri Hierosolymitani, Sympathia septem metallorum ac septem selectorum lapidum ad planetas; accedit Magia Astrologica PETRI CONSTANTII ALBINII Villanovensis.**

Hamburgi, apud Christ. Liebezeit, 1717, 8.

Alph. 1 plag. 7.

**I**N priori, quem Leonardus, Physicus Pisarenensis, jam A. 1702 edidit, tractatu, præter quasdam, de imaginaria, per vim mineralem, lapidum origine, forma substantiali, virtutibusque, a stellis & puritate complexionis pendentibus, & similibus veteris physicæ particulis, concinnatas stilo barbaro disputationes, nihil prope sani, quod commendari possit, reperimus: Estque illarum positionum usque adeo manifesta levitas, ut dudum ipsi Arlensi editori, antiquæ itidem philosophiæ præceptis imbuto, tanquam ridiculæ nugacæque displicuerint. Dum v. c. Autor prolixus est, in lapidum imaginibus sectionibusque

Fff

magi-

magicis & necromanticis explicandis, quarum ortum non veretur referre ad Israelitas, in deserto studiis istis, dicam an in-  
eptis, ex ejus opinione, deditissimos.

In Arlenfis libello, antea A. 1619 Paris. vulgato, quædam paulo saniora sunt, quæ chemicæ artis peritiam, quæ polluit, commendant, quæque, experimentis ab ipso captis, detecta sunt. P. 220 chalybis optimi describit præparationem. P. 223 sq. de metallorum in aurum transmutatione disserit, eam fieri posse, imo factam esse affirmat, & methodum transmutationis a Georgio Scoto publice ac sine furo, ut sit, demonstratam, docet verbis expressis, & addit, p. 226: *esce realis & vera transmutatio, quæ non sopsistica cognoscatur, sed ejus veritas per pondera omniuin ingredientium comprobabitur.* P. 240 agit de mercurio præparando & fixando, sed examine opus est, quod, ut sustineant illæ hypothèses, veremur, si judicio & sensu, quæ, quod maximopere probamus, loco scilicet ad naturam rite con-  
tuendam laudat, accuratius attendatur.

Cum vero Arlenfis ille loquatur obscurius, suæque arcana curiosissime occultet, voluit illius dilucidationem orbi dare Albinus, cujus Clavis Sympathiæ VII metallorum seu Magiæ Astrologica priori adjecta est. Sed, verum fateamur, Albinus etiam ipse tenebrius Chemicus obscuritate sententiarum dicta sua & placita ubique involvit. Verba facit de mentis dispositione, qua uniatur in semet ipsa, ut non vacillet, p. 23, multagarrit de annulorum & sigillorum magicorum præparatione, horis, configurationibus, punctis, influxuumq; periodis certis institutenda, in quibus, dum Astrologiæ judiciaræ rudis ac crudæ signa fundamentorum instar supponit, hoc ipso apud rerum peritos fidem dignitatemque plane omnem, merito quidem suo, amittit. Quod, ut hoc loco ostendatur distinctius & latius, minime in præsentia, qua optimi Numinis benignitate sciuimur, literarum luce necessarium existimamus.

**HERMANNI VON DER HARDT DETECTA**  
*Mythologia Græcorum, in decantato pygæorum, græcum  
& perdicum bello, pro luculenta universa veteris  
Mythologiae idea. Libri II.*

Lips.

Lipf. &amp; Goslariz, ap. Jo. Christ. König, 1716, 8.

Plag. 18.

**S**criptores ethnicos antiquos, maxime Poetas, quorum pars excellenti valuit ingenii facultate, fabulosis narrationibus tanquam involucri non omnibus obvia lectoribus placita nonnulla ac historias passim occultare, hodie fere apud plerisque in confesso est. Et quanquam de omnibus tam peregrino habitu vestitis orationibus nolimus admittere; de multis tamen, quin affirmemus, nullas, quæ prohibeant, aliquas vero quæ probent & suadeant, videmus rationes. Post alios igitur, qui in veteris mythologiæ mysteriis referendis elaborarunt, idem institutum persecutus est Auctor celeberrimus ingeniosissimusque: cujus eo nomine magni æstimanda sunt vulgata in huic finem schœdiasmata, quod non modo majorem, quam aliorum explicationes, præ se ferunt probabilitatis speciem, verum etiam, quod diffusam in accurata veterum optime notæ scriptorum lectione diligentiam undique manifesto ostendunt. In presenti tractatu L. I c. I ita Homeri exponit narrationem, uti omnia apte referat ad bellum in Græcia inter *Geranæ* & *Pagarum* (quæ vicinæ ambæ in Megaride sitæ urbes erant) cives gestum, ex quibus cum postremi prioribus succumberent, nata est Poetæ fabula, quam nominam istarum urbium significationes suggesterunt. Sequentibus vero in capitibus addit explicationes earum, quæ apud alios Auctores, *Ælianum* nimirum, *Antoninum Liberalem*, *Ovidium*, *Juvenalem*, *Papinianum Statum*, *Nonnum*, *Simonidem*, *Claudianum*, *Ctesiam*, *Melam*, *Solinum*, *Plinium*, *Strabonem*, *Philostratum*, *Oppianum*, *Aristotelem*, *Stephanum*, & *Nonnosum* occurrunt, relationum: quorum nonnulli historiæ veræ sub fabula latentis gnari, alii vero imperiti perhibentur. Hinc accedit ad scriptores recentiores, *Albertum* nimirum *Magnum* (c. XXV) a *Satyra* Græca remotum & *pygmæos* in simiis aut *cercopythecis* quærentem, *Bochartum* (c. XXVI) *Pygmæos* cum *Aristotele* ferentem, & *Jesum Ludolfum* itidem a *satyra* Græcorum abluentem, & *Pygmæorum* in *Æthiopia* patronum (c. XXVII) *Pantum Jovium* (c. XXVIII) *pygmæos* ultra *Lappones* relegantem

tem, & *Olaum Magnum* (c. XXIX) ex Grœlandia pygmaeos & grues ducentem, *Casp. Schottum* (c. XXX) fabulam, Aristotelis consensu, propugnans; quibus addit quoque Bartholinum itidem credulum, & *Edvardum Tyson*, qui simias in pygmaeorum locum substituit, Theophr. *Paracelsum*, qui genus hominum subterrestre fingit: tandem jungit, *Vlyssis Aldrovandi*, *J. C. Scaligeri*, *J. Gafaboni*, *Adr. Spigeli*, *Cardani*, *Harduini*, & *J. Vossii* testimonia, qui omnes Pymaeos averlantur, nec omittit *Dacieria* & *de la Motte* sententias, ex quibus illa infimarum maris rubri orarum accolas statura parvos, qui grues, ad se hinc magno numero advolantes, arcent, intelligit, hic verba Homeri nude interpretatur, & quia aliam explicationem tacet, consentire cum vulgo videtur.

Libro II eoque breviori exponit, quoniam ab Ezechiele c. XXVII, II per גמרים denotentur, quam vocem, ab qui interpretantur גמרים *custodes*, alii dictos putant גמרים *estiam Medi*, denique Judæi interpretes vocatos existimant, quasi מטר ארצה מן נמר ארצה ob mensuram vel longitudinem cubiti, quam statura sua æquasse creduntur. Noster vero intelligit Mageddoneses, Cananzos, vicinos תרדום ארורים Dorienibus, itidem ab Ezechiele II memoratis, ex quibus prædiciarios milites Tyrii coegerant; id quod latius non improbabilibus argumentis evincit.

70. CASPARI BRECHENMACHERI, AUGUSTANI, *Notitia Sueviae Antiquae, qua omnis Gentis historia ab origine ad Prælium usque Tolbiacense describitur.*

Augustæ Vindel. impensis Caspari Brechenmacheri, 1716, 4-  
Alph. I plag. 2.

CL. Autor historiam Sœviciæ descripturus in quatuor partes tractationem dividit, quarum prior, quam nuper sub præsidio Viri celeberrimi, Burcardi Gotthelf Struvii, Jenæ defensam seorsum nunc recudit, de *Sœvia libera*, ab origine ad tempora infelicis cum Francis ad *Tolbiacum* commissi prælii, agit. *Secunda Sœviam Francicam* ad mortem usque Ludovici infantis

tis

tis extinctamque in Germania lineam Carolingicam, *Tertio Suevia Duces* usque ad Conradinum Neapoli capite truncatum, *Quarta Sueviam in varias Respublicas & status divisam* exhibebit.

Initio in investigandis Germanorum & Suevicæ gentis originibus ob monumentorum inopiam & carminum, quod unicum apud eos annalium genus fuit, iacturam admodum obscuris occupatur. Hic Taciti opinio de Germanorum origine *C. II de M. G.* prodita, recensetur, examinaturque Berofus Chaldæus, vel potius impostor ille Annus Viterbiensis, qui Germanos a Tuistone gigante, Jani, quem & Noachum vocant, filio deducit. Perlas Germanis originem dedisse, Herodoti, qui sub Persarum imperio *Γερμανός* quoque populos recenset, auctoritate permoti sunt, qui statuunt, licet corruptus ille locus sit *Βαλθυσσός* sive *μαγυανός* Sinus Persici accolæ intelligendos esse, Cluverus probaverit. Alii Germanos Suevosque exercitus Alexandri M. reliquias credunt; alii e Gallia aut e Scandinavia eos accersunt, alii Ascenacis, alii Thogurmæ aut Gomeri progeniem faciunt, quæ sententiæ latius explicantur & sub examen vocantur. Cl. Autor ex Asia Suevos per Scythiam post destructionem turris Babylonice eamque subsecutam linguarum confusionem gentiumque dispersionem ductore Tuistone in has regiones immigrasse credit, ita scilicet, ut a Japheti posteris, Scythis, originem traxisse arbitretur; negatque, aliis primis gentibus, ut Trojanis, Cananæis aut Ægyptiis, Germanos permixtos esse, quod vel habitus corporis & morum & linguæ in tantâ numerosâ gente similitudo evincat. Et licet sint, qui Ægyptios sub Hercule suo colonias quasdam in Germaniam emisisse credant; nondum tamen evictum, Ægyptiorum Herulem eundem esse cum Hercule Germanico, & quæ de Ælide, cui pars Suevorum habitabat, afferunt, nihil probant aliud, quam Suevis fuisse Numen, cui ob similitudinem cum Ælide sua Romani hujus imposuere nomen. De nominis Suevorum origine pariter controversitur, aliis a *Sorsus* octavo, quem sibi fingunt, Germanorum Rege, aut *Suevo* monte quodam aut fluvio, aliis a *Schweben* vel *Schweiffen* illam deducentibus. Sue-

§. I.

II.

III.

IV.

VI.

VII.

VIII.

- vorum autem populus, Germanorum longe maximus & potentia alios & hominum frequentia facile antecellens, peculiaribus nationibus & nominibus discernebatur, quorum numerum ad LIV Æthicus Cosmographus & Orofius extendunt; Tacitus vero XXVI recenset, quibus alii alios addunt. Autor *Semnonēs Longobardos, Reudingos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoses, Svardones, Nuthones, Hermunduros, Natisos, Marcomannos, Quados, Mersingos, Lygios, Paggios, Sidiinos, Carinos, Burgundiones, Astos, Sviomos, Sittos* &c. recenset; horumque omnium sedes demonstrat, ostenditque, Suevos olim, Taciti imprimis temporibus, maximam Germaniæ partem tenuisse. Quicquid enim a meridie Danubio, ab oriente ducta linea ab urbe Nordlinga ad Salz fontes, Sala, Albi & Trava fluminibus, sinu Codano & mari Germanico; a septentrione mari glaciali; ab occidente denique sinu & lacu albo, sinu Botnico, mari Codano & Vistula Maroque fluminibus includitur, Suevia dicebatur & a Suevicis populis incolebatur. Qui vastissimus tractus hodie comprehendit Sæviæ circuli portunculam, Palatinatum superiorem, Franconiæ & Bavariz partem, Bohemiã, Austriam inferiorem, Moraviã, Poloniã Cis-Vistulanã, Silesiã, Lusatiã, Misianiã, Saxoniam superiorem, Anhaltium principatum, Marchionatum Brandenburgicum, excepta ea parte, quæ cis Albim, Pomerelliam, Cassubiam, Pomeraniã, Ducatum Megalopolitanum, quædam Suecici regni provinciã & non levem Borussiae & Livoniæ portionem, ubi Æstii succinum colligendo operam dederunt, nec non omnem Hungariã & quæ inter Marum & Granam amnem sita sunt, a Quadis occupata. Omnis autem Suevia, sicut reliqua Germaniã, terra erat informis, aspera cælo, tristis cultu aspectuque, quæ non in certas provinciã sed secundum populos dividebatur, qui in pagos distincti erant. Hi nihil aliud fecerunt, quam integrã amplioris alicujus regionis portio, modo major, modo minor, prout scilicet plures vel pauciores sub se continuit vicos, quorum numerum ad centum Cæsar extendit, ut Tacitus solis Semnonibus centum pagos tribuit, & Helle-
- XXVII- viones Scandinaviæ gentes, quingentis habitasse dicuntur. Germanis Pagus *Gavu Gouve*, audiebat, unde *Algouve, Lintzouve,*

Rbe -



*Rhetigavv, Rbeingavv, Donaugavv, Sunjavv, Brisjavv &c.* originem traxerunt. Urbes Suevos initio non inhabitasse, quarum loco vici erant, Autor ostendit, postea illorum ædificia, habitum corporis, vestitum & mores describit, laudat etiam candorem, fidem & hospitalitatem, contemptum avaritiæ & castimoniam vitæ. De nuptiarum inde ritibus & matrimonio- §.XXXV.  
rum sanctitate, liberorum educatione, rei domesticæ cura, foeminis senibusque & infirmissimo cuique ex familia demandata, de victu quotidiano & conviviis, de re pecuaria, venatione, & de re funebri Suevorum differit. Hinc ad statum sacrorum XLII. pergit, probatque, Suevos DEOS coluisse, nec Atheis accendendos fuisse, licet Germanos neque Druides habuisse, qui divinis rebus præfuerint, neque sacrificiis studuisse, Cæsar velit, quem tamen pleraque Germaniæ instituta, quum in limite ejus saltim substiterit, ignorasse constat. Dii vel generales erant XLIII. omnibus populis communes, vel speciales, a Suevis tantum culti; multum tamen abest, ut iidem sint cum illis, quos Græci & Romani coluerunt. Licet enim horum nominibus insigniti ab XLIV. his fuerint, non tamen illa Diis propria fuerunt, verum Romani animadvertentes, Deos ceterorum populorum cum suis aliquid commune habere, eademque de utriusque narrari, mox eosdem cum suis esse crediderunt. Describuntur postea loca XLV. sacris destinata, sacrificia, sacerdotes, sortilegia & præfagia, quæ usque ad Christianæ fidei introductionem, sæpius quidem tentata, sed demum Sæct. VII procurata, in usu fuerunt. Reges L. Suevi habebant, quorum tamen non eadem autoritas & potestas fuit. In quatuor enim ordines populus distinguebatur, LII. *nobiles scilicet, ingenuos, servos & liberos.* Inter hos si controversiæ oriebantur minores, cujuslibet pagi Principes & Judi LV. ces cognoscebant, majores ad comitia spectabant, pariter in minora, quibus soli principes, & majora, quibus omnes interfuerunt, distincta. Præmissis inde quæ de armis Suevorum castris LVII. que & præliis ac universa re militari traduntur ad præclara illorum gesta se convertit Autor, & postquam ea, quæ ante Christi LXII. si natiuitatem accidisse dicuntur, incerta esse probavit, Ariovisti cum Cæsare gesta bella, Cæsaris expeditiones in Germaniam, Sue-

**§LXXX.** Suevorum bella cum Romanis, sub Augusto atque sequentibus Imperatoribus usque ad Commodum gesta, exponit. In originibus etiam Francorum & Alemannorum indicandis occupatus, sub horum nomine Suevos non ante Caracallæ tempora innotuisse, probat, quam sententiam contra dissentientes, imprimis contra Cluverum, pluribus defendit. Relatis hinc iterum aliorum de etymologia Alemannorum opinionibus, eam amplectitur, quæ *Afnii Quadrati* est, de quo *Agathius L. I Hist. Goth.* testatur: *Alemanni, si Afnio Quadrato fides, viro Italo & Germanicarum rerum exacto scriptori, communes sunt variis nationibus collecti, id ipsum apud eos consignificante vocabulo. Idem itaque significaret, ac allerley Mann, vel, ut alii visum, Al Mannen, alle Männer, a fortitudine sumto vocabulo, quasi toti viri, viri fortes, quam sententiam Gotsfridus Viterbiensis P. IX Chron. p. 192 his verbis confirmat:*

*Alle sonat totum, Mann vir, si teutona lingua  
Hæc duo jungat, totum vir littera signat,  
Lgeminata satis nomina clara facit.*

**LXXXV.** Enarratis deinde rebus aliis ab Alemannis fortiter gestis, fines  
**LXXXVI.** Alemannicæ, quales sequioribus temporibus fuerunt, describit, Palatinatum Rhenanum imprimis, Ducatus Bipontini, Episcopatum Spirensis & Wormatiensis, Lotharingicæ item hæud leves portiones, nec non integram Alsatiam, & Campanicæ portiuaculam, qua oppidum *Langers*, cum maxima comitatus Burgundici & Helvetiæ parte complexos. Seculo VI vergente aut initio septimi celebre ad Tolbiacum prælium commissum est, quo Alemanni a Clodoveo victi subjugatique fuere; quo descripto Cl. Autor primæ huic operis eruditi parti finem imponit.

**CKVIII.**

**JOH. DANIELIS REYHERI JCTI, CONSILIA POST-  
huma, edita ab IMMANUELE STAUDACHERO.**

Norimbergæ, sumtibz Jo. Leonhard. Buggelii, 1719, 4-

Alph. 5. pl. 15.

**I**Nter Jurisperitos nostri temporis præcipuos clarum meruit inomen Jctus Cel. Jo. Daniel Reyherus, Consiliarius, dum viveret, Hassiacus, & Judicii communis Aulici Marpurgensis  
Affes-

Assessor ordinarius, cujus fata, ductu Programmatis ab Academia Marpurgensi editi, brevibus delineabimus. Natus est Jctus noster Marpurgi A. 1640, patre Jo. Reysero, Consiliario Camerali Hasslo - Darmstadino, matre Catharina Margaretha Linckeria, primum Marpurgi, postea Gissæ literis humanioribus, quas vocant, imbutus, A. 1656 in matriculam studiosorum ibidem est receptus. Hinc Jenam studiorum continuandorum gratia A. 1657 profectus, Philosophiæ se totum dedit, & sub Præsidio Olpei, P. P. *de Rebus publicis mixtis*, ut & *de Nomine & verbo*, Præsidi M. Zeschenio, specimina eruditissima edidit. Gissam reversus diligentiam, in Philosophia Practica adhibitam, dissertatione *de Actionibus humanis*, sub Præsidio Weissi, P. P. probavit. Hisce probe instructus ad Jurisprudentiam animum appulit, & Præceptorem nactus Jo. Taborem, Jctum Cel. intra triennium totum Juris curriculum absolvit, idque duabus disputationibus, altera *de mandato & societate*, altera *de Contractibus innominatis*, Præsidi Tabore, demonstravit. Parente A. 1662 domicilium mutante, ipse simul in Academiam patriam redux, usus institutione Grassii, Kleinschmidii, Kornmanni, A. 1666 Dissertatione inaugurali, *de Oblatione*, conscripta, Licentiam summos in J. U. honores capeffendi impetravit, eosque A. 1670 obtinuit. Ex eo tempore cum docendo, postulando, & de jure respondendo sinceritatem & peritiam omnibus commendasset, A. 1694 Gentis Schenckianæ, Sweinbergæ, Juridicus & Syndicus, atque haud multo post Judicii aulici, quod Marpurgi est, Assessor est constitutus. Filium ex matrimonio reliquit nullum, & septuaginta ac duobus annis major A. 1712 asthmate laborans obiit. Consilia ipsius seu Responfa, in quibus casus gravissimi a diversis Imperii Statibus pariter ac privatis propositi continentur, & ex Jure Imperii, Feudali, Canonico, & Camerali solide resolvuntur, partim Collegii, partim privato nomine elaborata, ex schedis Soceri quondam sui collegit, publicique juris fecit Immanuel Staudacher, Ser. Marchionum Brandenburgicorum Consiliarius, ex quibus nonnulla digniora notatu visa in medium profereamus. C. 1 Retractum vicinitatis locum non habere statuit Autor, nisi intra annum, pretio intra id tempus oblato, intea-

Ggg

tetur.

§LXXX.

Suevorum bella cum Romanis, sub Augusto atque sequentibus Imperatoribus usque ad Commodum gesta, exponit. In originibus etiam Francorum & Alemannorum indicandis occupatus, sub horum nomine Suevos non ante Caracallæ tempora innotuisse, probat, quam sententiam contra dissentientes, imprimis contra Cluverum, pluribus defendit. Relatis hinc iterum aliorum de etymologia Alemannorum opinionibus, eam amplectitur, quæ *Astii Quadrati* est, de quo *Agathius L. I Hist. Goth.* testatur: *Alemanni, si Astio Quadrato fides, viro Isalo & Germanicarum rerum exacto scriptori, communes sunt variis nationibus collecti, id ipsum apud eos consignificante vocabulo. Idem itaque significaret, ac allerley Mann, vel, ut alia visum, Mannen, alle Männer, a fortitudine sumto vocabulo, quasi toti viri, viri fortes, quam sententiam Gotsfridus Viterbiensis P. IX Chron. p. 192 his verbis confirmat:*

*Alle sonat totum, Mann vir, si teutona lingua  
Hæc duo conjungat, totum vir littera signat,  
Lgeminata satis nomina clara facit.*

- LXXXV. Enarratis deinde rebus aliis ab Alemannis fortiter gestis, sine  
LXXXVI. Alemannicæ, quales sequioribus temporibus fuerunt, describit, Palatinatum Rhenanum imprimis, Ducatus Bipontini, Episcopatum Spirensis & Wormatiensis, Lotharingicæ item haud levis portiones, nec non integram Alsatiam, & Campanicæ portiu- culam, qua oppidum *Langers*, cum maxima comitatus Burgundici & Helveticæ parte complexos. Seculo VI vergente aut initio septimi celebre ad Tolbiacum prælium commissum est, quo Alemanni a Clodovæo victi subjugatique fuere; quo descripto Cl. Autor primæ huic operis eruditi parti finem imponit.

CXVIII.

*JOH. DANIELIS REYHERI JCTI, CONSILIA POST-  
huma, edita ab IMMANUELE STAUDACHERO.*

Norimbergæ sumptibus Jo. Leonhard. Buggelii, 1719, 4.

Alph. 5. pl. 155.

**I**nter Jurisperitos nostri temporis præcipuos clarum meruit nomen Jctus Cel. Jo. Daniel Reyherus, Consiliarius, dum viveret, Hassiacus, & Judicii communis Aulici Marpurgen-  
Asses-

Assessor ordinarius, cujus fata, ductu Programmatis ab Academia Marpurgenſi editi, brevibus delineabimus. Natus eſt Jctus noſter Marpurgi A. 1640, patre Jo. Reyſero, Conſiliario Camerali Haſſo - Darmſtadino, matre Catharina Margaretha Linckeria, primum Marpurgi, poſtea Giſſæ literis humanioribus, quas vocant, imbutus, A. 1656 in matriculam ſtudioſorum ibidem eſt receptus. Hinc Jenam ſtudioſorum continuandorum gratia A. 1657 profectus, Philoſophiæ ſe totum dedit, & ſub Præſidio *Olpei, P. P. de Rebus publicis mixtis*, ut & *de Nomine & verbo, Præſide M. Zeſchenio*, ſpecimina eruditiffima edidit. Giſſam reverſus diligentiam, in Philoſophia Præctica adhibitam, diſſertatione *de Actionibus humanis*, ſub Præſidio *Weiffi, P. P.* probavit. Hiſce probe inſtructus ad Jurisprudentiam animum appulit, & Præceptorem naſtus Jo. Taborem, Jctum Cel. intra triennium totum Juris curriculum abſolvit, idque duabus diſputationibus, altera *de mandato & ſocietate*, altera *de Contractibus innominatis*, Præſide *Tabore*, demonſtravit. Parente A. 1662 domicilium mutante, ipſe ſimul in Academiam patriam redux, uſus inſtitutione *Græſii, Kleiſchmidii, Kornmanni*, A. 1666 Diſſertatione inaugurali, *de Oblatione*, conſcripta, Licentiam ſummos in J. U. honores capeſſendi impetravit, eosque A. 1670 obtinuit. Ex eo tempore cum docendo, poſtulando, & de jure reſpondendo ſinceritatem & peritiam omnibus commendaffet, A. 1694 Gentis Schenckianæ, Sweinbergæ, Juridicus & Syndicus, atque haud multo poſt Judiciæ aulici, quod Marpurgi eſt, Aſſeſſor eſt conſtitutus. Filium ex matrimonio reliquit nullum, & ſeptuaginta ac duobus annis major A. 1712 aſthmate laborans obiit. Conſilia ipſius ſeu Reſponſa, in quibus caſus graviffimi a diverſis Imperii Statibus pariter ac privatis propoſiti continentur, & ex Jure Imperii, Feudali, Canonico, & Camerali ſolide reſolvuntur, partim Collegii, partim privato nomine elaborata, ex ſchedis Soceri quondam ſui collegit, publicique juris fecit Immanuel Staudacher, Ser. Marchionum Brandenbùrgicorum Conſiliarius, ex quibus nonnulla digniora notatu viſa in medium proferemus. C. i Retractum vicinitatis locum non habere ſtatuit Autor, niſi intra annum, pretio intra id tempus oblato, inten-

tetur. C. 7 existimat, equo vendito, qui paulo post perit, vitium internum elapso triduo post venditionem supervenisse credendum. C. 10 n. 6 dolum contra vitricum ex falsa persuasione præsumendum, aut quando viduam de tutoribus aut inventario ante novas nuptias haud sollicitam duxerit; n. 12 transactionem quoque non valere testamento nondum viso, licet clausula illi sit adjecta: visis & cognitis Testamenti verbis. C. 13 & Aviam nepotibus substituentem, patris illorum legitimæ tamen præjudicare haud posse. C. 19 continentiam causæ apprise describit, quando una cum altera identitate fundamenti & causæ nititur. C. 31 Primogenituram in feudo novo non nisi cum consensu Domini, liberorum jam natorum, & Statuum Provincialium introducendam, demonstrat. C. 33 n. 27 sequ. scripturas ex Archivo publico prolatas, & antiquitate temporis munitas plenam fidem mereri probat, licet tantum sint copiar. C. 34 opifices invitos ad Collegia ineunda a superioribus adstringi posse sibi persuadet. Finem operi imponit C. 50 de poena capitali ebrio homicidæ remittenda.

**Joh. Peter Ludwigs, Jcti, vollständige Erläuterung der goldenen Bulle.**

i. e.

**JOH. PETRI LUDOVICI, JCTI, COMMENTARIUS plenior ad Auream Bullam.**

*Tomus I.*

Francofurti, apud Thomam Fritschium, 1716, 4.

Alph. 5 pl. 2.

**A**utor nominis fama jam pridem celeberrimus in Commentarii hujus ad A. B. Tomo I, quo ad Tit. X §. 2 procedit, multis ex antiquo Germaniæ nostræ statu diligenter erutis, & receptis hæctenus opinionibus novo quodammodo fundamento suffultis vel plane everfis veritatem rerum hæctenus fere ignotarum in lucem producere conatus est. Nos officii memores nonnulla ex uberrima penu delibabimus, quæ quidem, dum recensemus, nostra neutiquam facimus. Circa titulos Imperato-

rato-

ratoris ostendit, vocem Germanicam *Raysfer* Seculo 14 demum usitatam, prerogativam vero, quam nostri sibi vindicarunt, non ex nomine Imperatorio, sed Romano potius esse deducendam; Elogium *Regis Germania* ad Maximiliani I usque tempora neglectum, praesertim defectu vocis, qua VII gentes populosissimae significarentur; minus aptam denique interpretationem, *Augusti, allezeit Mehrer des Reichs*, astu Cleri fuisse introductam, cui solennius accipere, quam dare, maxime quod Ethnicismum sapere videretur, vocem hanc ab anguriis derivasse. Ex eodem fonte titulum *Sancti* Imperio tributam esse petendum, nempe ut Imperium a Pontifice dependere crederetur; & ob injuriosa procerum verba, cum Principes Imperii *socii furum* vocantur, nec omnia A. B. cum Statibus communicata, nec istam a Jcto, sed audaci sacrificulo fuisse consignatam autumat. Quanto Borussiae adhuc Ethnicis odio fuerit impotens Pontificis dominatus, vel inde patet, quod illi a fide Christiana ideo tantum abhorruerint, ne per eam jugum Papae subire cogerentur; unde Imperator demum literis datis fidem dedit, eos nec Papae nec Imperio propterea fore subjectos. Porro & Palatino Rheni & Bavaro olim Electoratum, illi quidem cum officio Dapiferi, huic vero Pincernae, competiisse statuit Autor Cel. quod Frehero & Gewoldo nondum innotuerat. Collegii Electoralis natales ab A. B. potissimum repetit. Barones A. B. tempore significasse dicit, qui nobile praedium, ab aliis nobilibus vasallis simul inhabitatum, & a Comitibus Jurisdictione exemptum tenuerint; hinc vocem *semper frey*, semper liberos, non quasi *senzbahre*, i. e. voto ac sessione in Comitibus gaudentes, denotasse existimat. Docet deinde, nullas plane literas collatae nobilitatis ante seculum XIII datas reperiri; & olim quidem omnes nobiles Landfascios in Comitibus comparuisse, usque dum mediati a Principibus exclusi, immediati etiam propter sumtus emanerint, e quibus tamen nonnulli per Ganerbinatus antiqua jura exercent; *militis* nomen, *Ritter*, Nobili minus, cum Principis officialem significaverit, sensum Nobilibus fuisse obtrusum, ut illos sibi obnoxios redderent summi Principes. Civitatibus mediatis olim quoque jus suffragii fuisse in Comitibus evincit. Inscriptionibus A.

p. 9.

11.

12.

32.

19.

27.

37.

40.

46.

48.

50.

52.

- p.67.440. B. licet simul cum ipsa promulgatis, avthenticam autoritatem negat, cum privata autoritate fuerint elaborata. Electorum originem post Carolingos e septem populis deducit, a quibus exclusi Ecclesiastici, nisi dignitate Cancellariorum ornati; extinctis tandem Suevis, & Bavaris Electoratu privatis, Thuringo vero summoto, superfuisset VII, qui jus prætaxandi habuerint. Atque inter hos summos officarios, uti olim audierunt, sive Archi-Principes, (vocabulo a Clero invento, nimium tamen usu temporis posterioris vilescente) & ceteros Principes summum in eo discrimen statuit, quod illi terras & partes Superioritatis jure proprio; hi autem feudis nexu, & ex privilegiis Imperatorum tenuerint. Titulum Franconiz Ducis, quo utuntur Herbipolenses, a Limburgenfibus, genus ab antiquis Franconiz Ducibus repetentibus, ex quibus nonnulli ad Episcopatum evecti, primum adhibitum fuisse innuit; & Colonienfis Cancellariatum, finibus Longobardiz minime inclusum, uti vulgo volunt, ad universam Italiam, imo utriusque Siciliz & Sardiniz Regna extendit; atque a Gallis anno 1683 Trevirensis spe Archi-Cancellariatus & Primatus in Regno Galliz, si Regis dominio subesse vellet, tentatum tradit, qui modeste honorem oblatum recusaverit. Archi-Palatini dignitatem insigniorem fuisse Archi-Dapiferatu sibi persuadet; sed hoc Palatino magis arridente, Moguntinum occasione usum, plurima sui juris fecisse. Deinde Magdeburgensi Directorium in Collegio Principum, Misnensi suffragium in eodem, & Fuldensi priorem locum ante Archi-Episcopos tribuit. De Electione Imperatoris plura non ubivis obvia occurrunt; jus convocandi olim Palatino competiisse, quod Moguntinus sibi postea arrogaverit; Electores hodiernum per patentes non obsignatas literas convocari; ante A. B. haud solius Moguntini fuisse, diem Electioni peragendæ definire, quod in Josephi electione adhuc obtinuerit; siquidem Moguntinus electionem tantum indicat, Imperatore mortuo, non si destituendus, aut Rex Rom. eligendus, quibus casibus Comitia Electorum instituenda, & eorum decretum expectandum; Trimestere post vocationem Electoribus indultum ex c. 41, X, de El. & El. pot. petitum, atque hoc loco dies continuos Mensis Juliani esse intelli-



telligendos ; Francofurtum a temporibus interregni semper p. 189.  
electioni fuisse destinatum ; Electores olim absentes Co-Ele- 192.  
ctoribus vota sua mandasse, quod missis legatis opus esset causa  
jurata, & ab Electoribus approbata ; Electionem non absentibus 219.  
Ecclesiasticis, qui tanquam Ministri Imperii saltem compa- 231.  
ruerint, sed secularium majori parte absente irritam fieri, quod  
hi intuitu populorum eligant, quibus obtrudi non possit Cæsar ;  
Principes, qui domum Francofurti habeant, haud obligatos, ut  
pendente electionis negotio urbe exeant ; denique in Electio- 256.  
ne discordi, si vota fuerint paria, gladium fore judicem. Nec 386.  
silentio prætereunda, quæ Vir Cæl. notat, Status Imperii Regia  
dignitate insignes absentiam in investituris coram Imperatore  
haud excusare ; tum dogmata Ecclesiæ Græcæ de sacerdotio 220.  
Imperatoris, Catholicis maxime adversa esse ; conjecturæ item 347.  
Auctoris de ordine inter Electores recepto ; & quæ de Jure An- 447 sq.  
natarum, Principibus Evangelicis competente, differit, quod A. 544.  
1709 Canonicos Magdeburgenses agnovisse testatur. Mul-  
tus est præterea in extricandis spinosissimis quæstionibus de Vi-  
cariis, ubi plura singularia in medium profert. Namque Im-  
peratore absente Vicariorum jura obtinere negat, tum ex A. B.  
tum exemplis Caroli IV & Filiorum, maxime cum Cæsare per- 503.  
egre profecto tales proprie non Vicarii, sed Provisores dici de- 533.  
beant. Vicarios tantum ob minores Status institutos sibi per- 516.  
suadet, cum potentiores Interregni tempore, præsertim in Ter-  
ritorio clauso, sibi ipsis de securitate prospicere queant, eoque  
Marchiam Brandenburgicam & Bohemiam e Vicariatu Saxo- 581.  
nico eximi posse, hariolatur. Arelatense Regnum, Hungari- 509.  
am, Helvetiam, Lotharingiam, Circulum Burgundicum, Au- 540.  
striam & Bavariam ad Vicarium Palatinum maxime pertinere,  
sed Circulos saltem Rhenanos, Franconiam & Sueviam illi  
subesse ; atque hunc Vicariatum a Palatinatu tantum depende- 531.  
re, eamque ob rationem Electori Palatino non Bavaro com-  
petere asserit. E contrario Vicariatum Saxonis ex Archi-Ma- 569.  
reschallatu derivat, ejusdemque finibus Hassiam, Principatum 580.  
Hennebergicum, Westfaliam, imò fere Frisiam non includi  
probare conatur, quod illæ vel nullo anquam, vel saltem A. B.

577-

tempore jure Saxonico usque non fuerint; ipsa hæc jura Saxonica non in Electoratu Saxonico, sed Archi Episcopatu Magdeburgico nata, & hanc ob causam Saxoniz Electorem jure Protectorem Juris Saxonici haud vocatum esse tradit. Sed hæc, & quæ sunt ejusdem commatis, accuratiori utique inquisitione opus habent.

**JOANNIS SIGISMUNDI STENDERI, ÆGYPTO-Semigalli, Theoremata quædam Singularia ad majorem Astronomiæ Geometrico-Physicæ perfectionem facientia.**

**T**heor. I. *Axes transversæ orbium Planetarum primariorum sunt inter se in ratione composita ex ratione sesquialtera ipsorum temporum periodicorum circa Solem directe, & ex ratione subtriplicata proportionum singularum, quæ oriuntur ex comparatione corporis solaris ad respectivam quamlibet proportionem summæ corporis solaris & corporis cujusvis Planetæ primarij directe.* Et contra: *Tempora periodica planetarum primariorum circa Solem sunt inter se in ratione composita ex ratione sesquuplicata axium transversorum ipsorum orbium directe, & ex ratione subduplicata proportionum singularum, quæ oriuntur ex comparatione corporis solaris ad respectivam quamlibet proportionem summæ corporis solaris & corporis cujusvis planetæ primarij inverse.*

Scholion. *Obtinent hæc rationes etiam in Systematibus Saturni & Jovis tam quoad tempora periodica secundariorum circa suos competentes primarios, quam quoad proportiones axium transversorum eorundem orbitarum, in quibus circa suos primarios moventur, uti ex observationibus Flamstedii & Cassini constat. Ob causas vero aliunde Astronomis notas Theorema hoc peculiari demonstratione non indiget.* ●

**Theorema II.** *Tempus periodicum satellitis primarij cujusvis circa suum competentem primarium, est ad tempus periodicum proprii ejusdem primarij circa Solem, in ratione composita ex ratione sesquuplicata axis transversæ orbitæ satellitis ad axem transversum orbis competentis ipsius primarij directe, & ex ratione subduplicata, summæ corporis satellitis & cor-*

corporis proprie sibi competentis primarii, ad summam corporis competentis primarii & corporis Solis *inverse*. Et vice versa: *Axis transversus orbitæ secundarii cujusvis est ad axem transversum orbis proprie sibi competentis primarii in ratione composita, ex ratione sesquialtera temporis periodici secundarii circa suum primarium ad tempus periodicum competentis ejusdem primarii circa Solem directe; & ex ratione subtriplicata summæ corporum satellitis atque ejusdem primarii ad summam corporum competentis ejusdem primarii ac Solis directe.*

Theor. III. *Ratio proportionis diametri planeta primarii cujusvis ad proportionem axis transversæ orbitæ competentis ejusdem secundarii sive satellitis est ad rationem proportionis diametri alterius cujusvis primarii ad axem transversum orbitæ proprie sibi competentis secundarii sive satellitis, in ratione composita, ex ratione sesquialtera temporum periodicorum alienigenarum satellitis circa suos competentes primarios directe; & ex subnoncuplicata ratione rationis duplicata temporum periodicorum proprie ipsis competentium primariorum circa Solem inverse. (hoc est ex ratione subtriplicata densitatum ipsorum primariorum directe; & ex ratione subtriplicata, summæ corporum satellitis atque ejusdem competentis primarii ad summam corporum alienigenæ satellitis & proprie sibi competentis primarii directe.) Et vice versa: Tempus periodicum satelliti cujusvis primarii circa suum primarium, est ad tempus periodicum alienigenæ satellitis alterius cujusvis primarii circa suum competentem primarium in ratione composita ex ratione sesquuplicata rationum, quæ oriuntur ex comparatione diameterum primariorum ad axes transversos orbitarum proprie cuilibet competentium secundariorum directe; & ex ratione subtriplicata temporum periodicorum ipsorum primariorum circa Solem directe. (h. e. ex ratione subduplicata densitatum horum primariorum inverse, & ex ratione subduplicata summæ corporum satellitis atque ejusdem primarii ad summam corporum alienigenæ satellitis & proprie sibi competentis primarii inverse.) Hinc demum fluit egregium illud NEWTONIANUM.*

Theo-

Theorema IV. *Pondera corporum in Solem & quoslibet primarios sunt inter se ut radii circularum, in quibus circa illos revolvuntur directe & quadrata temporum periodicorum inverse.* Et quia pondera corporum quantitati materiz in singulis sunt proportionalia, h.e. eorum massis æqualia: liquet exinde sequens

Theorema V. *Densitates Planetarum primariorum esse inter se præcise in sesquialtera ratione ipsorum temporum periodicorum circa Solem inverse.* Inde autem evidentissime patet porro sequens

Theorema VI. *Densitatem Solis esse ad densitatem cujuslibet planetæ secundarii in sesquialtera ratione temporis periodici secundarii circa suum competentem primarium, ad tempus periodicum proprie sibi competentis primarii circa Solem directe.*

Scholion I. Per *sesquialteram rationem* significatur: quadratum cognitæ proportionis respondere cubo proportionis quæsitæ: Per *sesquiplatam* vero *rationem* indicatur: Cubum cognitæ proportionis respondere quadrato proportionis desideratæ.

Scholion II. Ut igitur veritas theorematum præcedentium eo magis eluceat, libet demonstrationum loco nonnullis phænomenorum exemplis in medium productis, rem totam singulis, quorum interest, reddere manifestam.

Exemplum I. Tempus periodicum quarti satellitis Jovis circa suum competentem primarium, est ad tempus periodicum Lunæ circa terram respectu fixarum ut 1 ad  $1 \frac{6171}{10000}$  quam proximè. Hujus igitur quadrati =  $2 \frac{6801}{10000}$  radix cubica definiret, quanto pauciores semidiametros Jovis distantia mediæ extimi Circumjovialis a centro primarii ejus contineret, quam semidiametros terræ distantia mediæ Lunæ continet a centro terræ; si nimirum corpus Jovis & corpus telluris nostræ æqualis essent densitatis: Sed quia telluris nostræ corpus  $\frac{10116}{100000}$  vicibus densius est ipso corpore Jovis, nimirum præcise in sesquialtera ratio-

ratione temporis periodici terræ circa Solem ad tempus periodicum Jovis circa solem, (quod est in simplici ratione ut a ad  $11 \frac{2618}{10000}$ ) inversa; augeatur proportio ista =  $2 \frac{6807}{10000}$  per proportionem =  $5 \frac{2076}{100000}$  & fiet proportio aucta =  $13 \frac{919629}{1000000}$  cujus radice cubica =  $2 \frac{406192}{1000000}$  tandem definitur, quot paucioribus semidiamentris Jovis quartum five extimum ejusdem satelitem a centro primarii ejus distare mediocriter oporteat, quam distat mediocriter luna in semidiamentris terræ a centro telluris. Distaret jam luna a centro terræ mediocriter  $60 \frac{947151}{1000000}$  semidiamentris terræ; si nimirum corpus Lunæ infinities minus corpore terræ ratione massarum corporum reputetur: quare quartus circumjovialis a centro primarii sui hac definitione distaret  $25 \frac{32731}{1000000}$  semidiamentros Jovis; si nim. & corpus ejus infinities minus ipso Jovis corpore æstimetur. At, quia quantitas materiæ quarti satellitis est ad quantitatem materiæ ipsius Jovis ut 1 ad 1656, hujus triplo =  $\frac{1}{4970}$  indicatur pars totius, quæ distantie quarti satellitis modo definitæ addita eandem paulo auctiorem facit. Quare distantia centrorum quarti satellitis & ipsius Jovis hac ratione perfecte limitata evadet æ  $5 \frac{33245}{1000000}$  semidd. jovialium, qua cum definitione & Flamstedii observationes satis amice conspirant, quippe eandem distantiam  $25 \frac{1}{3}$  semidiamentrorum jovialium determinantes, adeoque superiores rationes quam optime confirmantæ.

Exemplum II tempus periodicum Lunæ circa terram est; ad tempus periodicum quinti satellitis saturni circa suum primarium ut 1 ad  $2 \frac{925133}{1000000}$ . Hujus proportionis quadratum =  $8 \frac{576401}{1000000}$  responderet cubo proportionis illius, qua determinetur, quanto plures semidiamentros saturni quintus ejus satelles a centro primarii distare deberet, quam semidiamentros terræ centra Lunæ & terræ a se invicem mediocriter distant; si nimirum corpus terræ & corpus saturni æqualis essent densitatis. At, quia corpus telluris corpore saturni densius est vicibus  $9 \frac{1105}{1000000}$ ,

H h h

nimi-

nimirum præcise in *sesquialtera ratione* temporis periodici terræ circa solem, ad tempus perigodicum saturni circa solem *inversè*, cujus simplex ratio est ut 1 ad  $29 \frac{47706}{1000000}$  diminuatür proportio  $= 9 \frac{71806}{1000000}$  in ratione proportionis præcedentis  $= 8 \frac{776403}{1000000}$  & facto hoc fiet  $= 1 \frac{1147278}{29000000}$  cujus radice cubica  $= 1 \frac{108008}{1000000}$  vicissim determinatur, quanto nunc pauciores semidiametros  $\zeta$ , distantia media centrorum  $\zeta$  & quinti ejus satellitis continere teneatur, quam semidiametros terræ distantia media  $\Delta$  a centro terræ continet. Sunt autem centrum  $\Delta$  & centrum  $\zeta$  in mediocri distantia vere quidem a se invicem remota:  $61 \frac{87133}{1000000}$  semidd. terræ. Sed si corpus Lunæ ratione quantitatis materiæ reputetur infinites minus corpore terræ, & cum ex ratione quadam aliunde desumpta constet, quantitatem materiæ in Jesso ad quantitatem materiæ in terra ut 1 ad  $31 \frac{728873}{1000000}$  adeoque corpus terræ sit ad summam corporis Lunæ & corporis terræ ut 1 ad  $1 \frac{081767}{1000000}$  (li. e. ut  $31 \frac{728873}{1000000}$  ad  $32 \frac{728873}{1000000}$ ) oportebit in ejusdem proportionis ratione subtriplicata  $= 1 \frac{07096}{1000000}$  diminutio fieri, pro determinandâ distantia mediocri centri  $\Delta$  a centro  $\zeta$  in semidiametris  $\zeta$   $60 \frac{94771}{1000000}$ , quatenus corpus  $\Delta$  ipso corpore  $\zeta$  infinites minus sit censendum. Hinc per superius determinatam rationem erit distantia mediocri quinti satellitis  $\eta$  a centro sui primarij  $\zeta$   $58 \frac{720487}{1000000}$  semidd.  $\eta$ . Porro, quia quantitas materiæ in quinto Comite  $\eta$  ad quantitatem materiæ in ipso  $\eta$  est ut 1 ad 690 circiter: inde liquet proportionem corporis  $\eta$  esse ad proportionem summæ corporis ejusdem & corporis exteri ejus sive quinti satellitis, ut 1 ad  $1 \frac{001449}{1000000}$  augeatur per ejusdem proportionis radicem cubicam  $= 1 \frac{000487}{1000000}$  proportio superius determinata  $= 58 \frac{720487}{1000000}$ , & fiet  $= 58 \frac{8087}{1000000}$  quæ tandem limitata est distantia media quinti satellitis  $\eta$  a centro sui primarij in semidd.  $\eta$ . Et quia diameter  $\eta$  est ad diametrum annuli  $\eta$  ut pars minor lineæ mediæ atque extrema ratione sectæ ad lineam totam: erit distantia media quinti satellitis  $\eta$  a centro primarij  $\zeta$   $51 \frac{21416}{1000000}$  diametrorum  $\eta$ . Cum vero eadem nunc determinata

nata distantia adhuc sit nonnihil augenda in *subtriplicata ratione* corporis  $\frac{1}{2}$  ad summam corporis ejusdem & corporis annuli ejus, quod est ut 6 ad 7 h. e. ut 1 ad  $1\frac{1}{6}$ , (cujus radix cubica =  $1\frac{1}{25}$  circiter) evadet ista proxime definita centrorum  $\frac{1}{2}$  & quinti ejus satellitis distantia quasi 12 diametrorum annuli; prorsus uti Cassini observatio istam determinationem requirit.

Exemplum III. Tempus periodicum quarti satellitis saturni est ad tempus periodicum quinti ut 1 ad  $5\frac{07127}{1000000}$ , hujus quadratum =  $25\frac{121677}{1000000}$  respondet cubo proportionis =  $2\frac{928712}{1000000}$  qua determinatur, quanto proximior sit centro saturni quartus ejusdem satelles, quam quintus, si nim. utriusque satellitis corpora infinites minora ipso corpore  $\frac{1}{2}$  reputentur. Atque hac ratione foret distantia media satellitis Hugeniani a centro  $\frac{1}{2}$  =  $20\frac{07014}{1000000}$  semidiam.  $\frac{1}{2}$ . At, cum quantitas materiz in quarto satellite sit ad quantitatem materiz in  $\frac{1}{2}$  ut 1 ad 5900 circiter, hujus proportionis triplo =  $\frac{3}{17700}$  autem ea pars totius indicatur, qua distantia limitanda per additionem est augenda; erit eadem distantia media a centro  $\frac{1}{2}$   $20\frac{07127}{1000000}$  semidd.  $\frac{1}{2}$  & quum diameter  $\frac{1}{2}$  sit ad diametrum annuli ejus ut 1 ad  $2\frac{612028}{1000000}$ , erit eadem quarti satellitis a centro saturni distantia  $3\frac{81271}{1000000}$  diametrorum annuli ejus, quam eandem distantiam Cassini & Flamstedius cum ipso Hugenio 4 integrarum diametrorum annuli definirunt, adeoque vigesimam saltem totius partem ab ista determinatione differentes; cujus causa est, quod in ratione subtriplicata corporis saturni ad summam ejusdem corporis & corporis annuli ejus distantia quarti satellitis Saturni a centro primarii est augenda, qua ratione eadem evadet 4 diam. annuli quam proxime. Unde liquet, quantitatem materiz in annulo esse ad quantitatem materiz in ipso  $\frac{1}{2}$  ut 1 ad 6, licet de densitate ejusdem annuli adhuc nihil certi constare queat. Quod vero ipsam quantitatem diametri annuli attinet, Flamstedius quidem ex suis observationibus ad eandem,  $\frac{1}{2}$  diametrum estimat ut 4 ad 9 (h. e. ut 1 ad  $2\frac{1}{4}$ ) At quia per radios Lu-

H h h 2

minis

minis reflectentes diameter  $\beta$  ad sextam fere ejus partem dilata-  
 tatur, erit justa ipsius ad diametrum anauli proportio ut 1 ad  
 $2 \frac{618014}{1000000}$  h. e. ut pars minor lineæ mediæ atque extrema ratione  
 sectæ ad lineam totam. Theorema VII *Tempora periodica*  
*conversionum Planetarum circa proprios axes respectu fixarum*  
*sunt inter se in ratione composita ex ratione subsextuplicata*  
*quantitatis materiæ in singulis directæ, & ex ratione subquadru-*  
*plicata soliditatum ipsorum sphaerarum inverse.* Hinc sequi-  
 tur: *diametros veras planetarum primariorum esse inter se in ra-*  
*tione composita ex ratione sesquialtera densitatum ipsorum dire-*  
*ctæ (h. e. ex ratione subnoncuplicata quadruplicatæ rationis*  
*temporum ipsorum periodicorum circa solem inverse ;)* & ex  
 ratione quadruplicata temporum ipsorum periodicorum (side-  
 rearum scil. eorandem conversionum) circa proprios axes *in-*  
*verse.*

Demonstratio ex nonnullis Phænomenis:

- Phæn. I. Cassini primum ex revolutionibus macularum in cor-  
 pore Jovis animadvertit, periodum unam conversionis 24 resp.  
 fixarum circa proprium axem esse ad periodum unam conver-  
 sionis sidereæ terræ circa suam axem ut 1 ad  $2 \frac{412}{1000}$ . Hujus igitur  
 Biquadratum =  $33 \frac{8477}{10000}$  determinaret quanto major sit diame-  
 tro terræ ipsa diameter 24 si nimirum terra & Jupiter æqualis  
 essent densitatis: ast cum densitas 24 ad densitatem terræ ha-  
 beat rationem quam 1 ad  $5 \frac{20116}{100000}$  nimirum *sesquialteram illam*  
*temporis periodici terræ circa solem ad tempus periodicum Jo-*  
*vis circa solem inversam* cujus *sesquialtera ratio* vicissim est  
 =  $3 \frac{00176}{100000}$ , per hanc minuatur ratio =  $33 \frac{8477}{10000}$ , & innotescet  
 vera proportio diametri terræ ad diametrum 24 ut 1 ad  $1 \frac{273}{1000}$   
 Porro cum distantia mediæ terræ a sole sit ad distantiam me-  
 diam Jovis a sole ut 1 ad  $5 \frac{2019}{10000}$ , & Terra a centro Solis distet  
 22710 Semidiamentris terræ; quia scil. mediæ parallaxis solis  
 est tantummodo  $9''$ ,  $5'''$ : erit distantia 24 a centro Solis mediæ  
 16478 Semidiamentrorum Jovialium. Hinc oritur Semidiame-  
 ter



ter 2. mediocriter apparens e sole visa  $19'' \frac{2}{3}$ . Jam ipse Flamstedius elongationem maximam quarti satellitis 2. a centro sui primarii solertissime inquirendo, eandem in distantia 2. a terra media deprehendit  $8 \frac{1}{2}$  minutorum circiter, & quum idem satelles a centro sui primarii distet  $25 \frac{1}{3}$  Semidd. 2. erit diameter 2. mediocriter apparens ex Flamstedii observatione  $19''$ ,  $48''$ , atque ita cum determinatione superiori quam optime conveniens.

Phæn. II Ita etiam quod  $\text{♃}$  attinet, idem Cassini ex revolutione macularum in eodem deprehendit, periodum unam revolutionis vertiginis ejus esse ad periodum unam revolutionis vertiginis terræ respectu fixarum ut 1 ad  $1 \frac{02907}{100000}$ . Hujus igitur Biquadrato =  $1 \frac{12117}{100000}$  proportio diametri martis ad diametrum terræ posset definiri, dummodo terra & Mars æqualis essent densitatis: Ast cum densitas  $\text{♃}$  ad densitatem terræ per theor. V, sit ut 1 ad  $1 \frac{12169}{100000}$ . Hujus igitur sesquialtera ratione =  $1 \frac{2435}{100000}$  per theor. VII augeatur ratio =  $1 \frac{12117}{100000}$  & innotescet vera proportio diametri Martis ad diametrum terræ, quæ est ut 1 ad  $1 \frac{4849}{10000}$  & quia distantia media terræ a Sole est ad distantiam mediam Martis a Sole ut 1 ad  $1 \frac{12169}{100000}$ , distabit mars a Sole  $51378$  Semidd. Martis. Quare diameter Martis apparens mediocriter e Sole visa est  $8''$ ,  $1'' \frac{1}{3}$ , quam Cassini & aliorum observationis egregie confirmant.

Phæn. III Ita etiam, si statuatur Venerem circa suum axem revolvi heliocentrice vel respectu Solis, spatio 23 horarum integrarum calculum ineundo inveni. diametrum ejus mediocriter apparentem e sole visam esse  $35''$  circiter, quam eandem ex Horoccii observatione Veneris in Sole visæ alii  $28''$ . definiunt, cujus differentię causa est refractione radiorum solarium in  $\text{Q}$  atmosphæra, per quam fieri potest, ut  $\text{Q}$  diameter non iusta quantitate, sed quintam ejus fere partem nobis in  $\text{O}$  eclipsando diminutor appareat. Si autem motus vertiginis Veneris motui vertiginis Martis reputetur æqualis, uti Cassini fortiter ex nonnullis ipsius observationibus conjectavit, evadet Veneris diame-

ter apprens eSole visa *in quadruplicata ratione* majoris periodi temporis conversionis ejus circa axem minor, atque adeo ad  $28''$  proxime accedens. Hinc concludendum, Venerem respectu Solis circa suum axem revolvi non minori quam 23 horarum temporis spatio, nec majori quam  $24^2$ .

Phænom. IV, Ex Flamstedii observatione *Elongatio maxima Satellitis Hugemiani a centro*  $\hbar$  deprehensa est  $3, 20''$ , in distantia nim.  $\hbar$  media a centro terræ. Quare, cum idem satelles a centro  $\hbar$  mediocriter distans 21 circiter semidd.  $\hbar$  ab eodem sit remotus: hinc innotescit diametrum  $\hbar$  apparentem e sole visam esse  $19''$  circiter. Quare diameter terræ est ad diametrum  $\hbar$  ut 1 ad  $10 \frac{294}{1000}$  Hujus igitur Radice Biquadrata =  $1 \frac{7704}{10000}$  definiiri posset, quanto velocius  $\hbar$  respectu fixarum circa proprium axem revolveretur, quam terra; si saltem densitates corporis utriusque essent æquales. At cum per Theor. V densitas  $\hbar$  sit ad densitatem  $\hbar$  ut 1 ad  $9 \frac{718}{1000}$  Hujus igitur ratione sextuplicata s. radice quadrato cubica =  $1 \frac{47616}{100000}$  augetur ratio prior =  $1 \frac{79214}{100000}$  & statim innotescet, tempus conversionis  $\hbar$  circa proprium axem esse ad tempus periodicum vertiginis terræ ut 1 ad  $2 \frac{6084}{10000}$  respectu fixarum. Quare Saturnus respectu Solis circa proprium axem revolvitur spatio temporis 9 horarum &  $10 \frac{1}{2}$ . Minutor, circiter, adeoque tres quadrantes unius horæ circiter dies naturalis in Saturno brevior est die naturali in 24 quod autem  $\hbar$  tam brevi temporis spatio circa suum axem revolvatur, inde dubitare non licet: quia tam exiguo spatio temporum periodicorum quorundam satellitum circa eum, intimi præsertim ejusdem satellitis, qui 45 horarum intervallo circa eum revolvitur, magis convenit, ut  $\hbar$  aliquoties h. e. ad minimum quater suas revolutiones circa proprium axem interim exercent, donec una revolutio intimi satellitis ejus circa eum in orbita absolvatur, quemadmodum hoc ex analogia systematis 24 facile colligi potest.

Coroll. I. Tempus periodicum revolutionis vertiginis 24 est ad tempus periodicum vertiginis terræ respectu Solis, ut  $\Delta$  lum æquilaterum circulo inscriptum ad ipsum circulum, h. e. ut 1 ad  $2 \frac{4184}{10000}$ .

Coroll.

Coroll. II tempus periodicum vertiginis terræ est ad tempus periodicum vertiginis ☿ respectu ☉ ut quadratum partis majoris ad quadratum partis minoris lineæ mediæ atque extrema ratione sectæ, h. e. ut lineæ ista tota ad partem minorem scilicet ut 1 ad 2 <sup>618014</sup>/<sub>1000000</sub>.

Theor. VIII *Densitates Planetarum primariorum minuantur non nihil quanto propius ad solem accedunt*: quia tunc per majorem vim caloris ipsorum pori dilatantur, adeoque corpora non nihil rariora redduntur, & vicissim contrahuntur vel condensantur, quando remotius a sole feruntur: id quod semper fit in subdecuplata ratione distantiarum a centro Solis. Unde evenit, ut deficientibus aut decrescentibus Planetarum densitatibus, soliditates ipsorum sphaerarum interea crescant: crescentibus autem eorum densitatibus, soliditates sphaerarum decrescant. Unde oritur sequens

Theor. IX *Velocitates motuum vertiginis planetarum primariorum respectu fixarum, quamvis diurnæ istæ ipsorum revolutiones magis sibi ipsis sint propriæ; nihilominus tamen non omni tempore sunt æquabiles, sed pro illarum majori vel minori a sole distantia remittuntur aut intenduntur, in subsexagequadruplicata ratione discessuum eorum a sole, aut eorundem accessuum ad eundem, h. e. motus vertiginis planetarum iam jam significata ratione segniore deprehenduntur in eorum apheliis, quam in periheliis & contra*: quia semper in majori a sole distantia propter remissionem caloris pori corporum ipsorum siue particulæ minimæ coherentes arctius non nihil contrahuntur, adeoque ipsa corpora densiora evadunt, ac proinde minori tunc soliditate potiuntur. Patet hoc ex observationibus Casini in ♃, quippe in quo animadvertit maculam quandam periodum revolutionis suæ absolvissè hor. 9, 5<sup>6</sup>, dum Jupiter in aphelio versabatur; contra periodum istam revolutionis maculæ istius uno circiter minuto primo breviorcm 9 h. 5<sup>5</sup>, extitisse Jove in perihelio versante. Patet etiam ex inæqualitate quadam motus ♃: siquidem recentiores Astronomi crebrisque accuratissimis observationum experientiis edocti sunt, Lunam plenam circa æquinoctiale tempus 24<sup>h</sup>. horariis serius

proxi-

juxta tempus apparens in umbram terræ immergere tempore veris; tempore autem autumnii totidem minutis citius, quam calculus ex hypothefi æquabilis motus vertiginis terræ respectu fixarum cæteris paribus indicare solet. Unde etiam *æquatio physica temporis* necessario oritur; de qua quidem non admittenda nonnulli iique celeberrimi viri etiamnum satagunt; nihilominus tamen ipsimet eandem produunt, dum rebus sic suadentibus coguntur confiteri, tempus periodicum Lunæ circa terram in distantia terræ a Sole maxima superari a tempore periodico ☽ circa terram, dum terra in perihelio s. distantia ejus minima a centro Solis, versatur: cum tamen hæc temporis periodici in Luna inæqualitas non sit vera, sed saltem apparens, adeoque non ipsi ☽ motui, sed potius motui vertiginis terræ tribuenda. Nam dum punctum quoddam superficiæ terræ tempore solstitii brumalis citius ad meridianum stellæ cujusdam fixæ redit, quam tempore vernali, Luna hoc pacto tempore apparenti locum illum nondum videtur occupare, quem assequi debet tempore æquali, & contra tempore æstivali tempore diei apparenti Luna locum istum jam videtur præterisse, quem obtinere illum oportet tempore æquali. Hinc fit ut Lunæ motus nunc tardior nunc velocior nobis tantum appareat.

Theor. X. *Centrum eccentricum orbis Lunæ* juxta recentissimas easque accuratissimas Astronomorum observationes movetur respectu Solis in antecedentia in orbita quadam elliptica telluris centro concentrica, cujus axis major perpetuo in syzygiarum linea, axis minor autem constanter hæret in quadraturis a Sole. In ista orbita elliptica centrum eccentricum orbis Lunæ ab axibus minoris istius orbitæ vel a Sole in antecedentia regrediendo, motu hoc suo regressivo describit aream motui apparenti veri loci Solis ab apogæi Lunæ loco medio proportionalem. Patet hoc exinde, quod ab Astronomis modernis sit observatum, Lunam apogæam in ☿ & ♃ ☉ magis, perigæam vero minus a centro terræ distare, quam eadem apogæa aut perigæa a centro terræ distat, dum in quadraturis Solis versatur; indeque evidenter colligi possit, eccentricitatem Lunæ tum semper crescere, dum apogæum Lunæ a quadraturis pergit ad Syzygias solis; decrescere autem dum idem apogæum Lunæ

Lunæ

Lunæ vicissim a Syzygiis ad quadraturas revertitur. Hinc evenit, ut motus apogæi Lunæ in ejus Syzygiis modo retrogradus, modo circa octantes a Sole respectu fixarum denuo fiat directus, adeoque semper sit variabilis.

Theor. XI. *Quadratum axis minoris orbitæ istius ellipticæ centro telluris concentrica, in qua centrum eccentricum majoris orbis Luna respectu minoris istius orbitæ axium vel etiam Solis in antecedentia movetur, est ad quadratum axis majoris ejusdem orbitæ, ut cubus talis minor A ad cubum talem majorem B, ubi latus cubi minoris A est ad idem latus junctum cum latere cubi majoris B, ut ipse cubus minor A ad ipsum cubum majorem B.*

Demonstratio.

Sit latus cubi minoris  $A = 1$ , erit latus majoris  $B = 1 \frac{224717917244}{100000000000}$  adeoque summa laterum cubi utriusque  $A \& B = 2 \frac{224717917244}{100000000000}$  Jam vero & ipse cubus minor A ad cubum majorem B eandem habet proportionem in ratione nim. ut I ad  $2 \frac{324717917244}{100000000000}$  Hujus igitur radice quadrata  $= 1 \frac{52470218}{100000000}$  determinanda est proportio eccentricitatis orbis Lunæ minimæ, quando Apogæum ejus in quadraturis versatur, ad eccentricitatem orbis Lunæ maximam, quando apogæum Lunæ in Syzygiis incedit. Cujus rei veritas eo melius exinde elucescet, quia ex Astronomicis observationibus constat, *æquationem maximam Luna* in ejusdem syzygiis esse 5 graduum, in quadraturis Lunæ autem 7 grad.  $37\frac{1}{2}$  minutor. Unde elicitur *eccentricitas Luna minima* 436000 partium talium, qualium distantia Dnæ a centro terræ media est 10000000, *eccentricitas vero Dna maxima* 664770 earundem partium, ex quo satis perspicuum, eccentricitatem Lunæ minimam esse ad maximam ut I ad  $1 \frac{52470218}{100000000}$ . Quare quadratum eccentricitatis minimæ est ad quadratum eccentricitatis Lunæ maximæ ut I ad  $2 \frac{224717917244}{100000000000}$  h. e. ut cubus ille minor A ad cubum illum majorem B, ubi latus cubi minoris A est ad latus ejusdem cubi minoris junctum cum latere cubi majoris B, ut soliditas cubi minoris A ad soliditatem cubi majoris B. Q. e. d.

Iii

Coroll.

Coroll. I. *Densitas*  $2_1$  est ad densitatem Solis ut latus supra descripti cubi minoris A ad latus ibidem descripti cubi majoris B, h. e. ut 1 ad  $1 \frac{2471797244}{1000000000000}$  si igitur corpus quoddam circa Solem revolvitur, cujus densitas esset densitati Solis æqualis, dico: quadratum temporis periodici corporis illius circa Solem fore ad quadratum temporis periodici Jovis circa Solem in ea ratione ut est cubus minor A ad majorem B, h. e. tempus periodicum suppositi corporis foret ad tempus periodicum Jovis ut, 1 ad  $1 \frac{72470268}{100000000}$  quorum quadrata ad invicem sunt ut: 1 ad  $2 \frac{32471797244}{1000000000000}$ .

Coroll. II. Quadratum diametri circuli est ad quadratum Tangentis complementi arcus obliquitatis eclipticæ ut latus supra descripti cubi minoris A ad latus ibidem descripti cubi majoris B. Unde liquet *obliquitatem Eclipticæ* esse  $23, 28, 5'' 1, 4'''$ . Cassini eandem obliquitatem ex suis observationibus definit  $23, 28, 5'' 4\frac{1}{2}$ , adeoque tribus saltem secundis ab ista determinatione dissentit. Ast eadem differentia trium saltem secundorum tuto negligi potest: præsertim cum observatio fere nulla tam accurate institui possit, ut in minutissimis a cælo non aliquantulum abludat, atque adeo strictissimam suæ exactitudinis mereatur considerationem. Hinc certum est, diametrum circuli esse ad Tangentem *obliquitatis eclipticæ* arcus complementi  $66, 3' 1, 8, 19$ , ut latus cubi minoris A ad mediam geometricè proportionalem inter latus cubi minoris A & cubi majoris B, h. e. ut 1 ad  $1 \frac{1109699}{100000000}$ , quod probe tenendum & observandum.

Coroll. III. Arcus æquationis maximæ centri  $\delta$  est ad arcum quadrantis circuli in duplicata ratione sphaeræ ad cubum sphaeræ circumscriptum. Arcus autem æquationis maximæ centri  $\delta$  est ad arcum æquationis maximæ centri  $\zeta$  ut cubus minor A ad majorem B h. e. ut 1 ad  $2 \frac{2471797244}{1000000000000}$ . Cubus sphaeræ circumscriptus & superat sphaeram in ratione  $1 \frac{908791}{10000000}$ . Hujus quadratum =  $3 \frac{647621}{100000000}$  est ista proportio, per quam arcus quadrantis circuli diminutus dat arcum æquationis maximæ centri  $\zeta$   $24, 40', 26''; 2''6$ ; quare arcus æquationis maximæ centri Martis est  $10, 36', 49'', 3'''$ . Arcus æquationis maximæ centri Martis est ad arcum æquationis maximæ centri

Mer.

Mercurii in simplici ratione arcus æquationis maximæ centri Veneris ad arcum æquationis maximæ centri telluris, & vice versa, *directe*. Arcus æquationis centri telluris est ad arcum æquationis maximæ centri Martis in duplicata ratione arcus æquationis maximæ tam centri Veneris ad arcum æquationis maximæ centri telluris, quam centri Martis ad arcum æquationis maximæ centri Mercurii *directe* & *contra*. Arcus æquationis maximæ centri Veneris ad arcum æquationis maximæ centri Martis, nec non arcus æquationis maximæ centri telluris ad arcum æquationis maximæ centri Mercurii est utrinque in *triplicata ratione* arcus æquationis maximæ tam centri Veneris ad arcum æquationis maximæ centri telluris, quam centri Martis ad arcum æquationis maximæ centri Mercurii *directe* & *contra*. Arcus æquationis maximæ centri Veneris est ad arcum æquationis maximæ centri Mercurii in *quadruplicata* ratione arcus æquationis maximæ tam centri Veneris ad arcum æquationis maximæ centri telluris, quam centri Martis ad arcum æquationis maximæ centri Mercurii *directe* & *contra*: Arcus æquationis maximæ centri Saturni potest majorem portionem arcus æquationis maximæ centri Martis media atque extrema ratione secti. Arcus æquationis maximæ centri  $\mathcal{L}$  est ad arcum æquationis maximæ centri  $\mathfrak{h}$  in *subtriplicata ratione* arcus æquationis maximæ centri  $\mathfrak{h}$  ad arcum æquationis maximæ centri Martis *directe* & *contra*. Si itaque arcus æquationis maximæ centri Mercurii ut supra statuatur  $2^{\circ}4'$ ,  $4^{\circ}0'$ ,  $2^{\circ}6'$ ,  $2^{\circ}6'$ , & arcus æquationis maximæ centri Martis ad eundem habeat proportionem in ratione 3:7; erit hic arcus  $1^{\circ}0'$ ,  $3^{\circ}4'$ ,  $2^{\circ}8'$ ,  $2^{\circ}8'$ , & propterea erit arcus æquationis maximæ telluris,  $1^{\circ}5^{\circ}6'$ ,  $3^{\circ}2'$ ,  $1^{\circ}0'$ , Veneris autem  $4^{\circ}9'$ ,  $5^{\circ}6'$ ,  $3^{\circ}8'$ . Porro Saturni  $6^{\circ}32'$ ,  $7^{\circ}3^{\circ}6'$  & tandem Jovis  $5^{\circ}33'$ ,  $5^{\circ}9'$ ,  $2^{\circ}4'$ . Quæ omnia cum tabulis astronomicis quam optime consentiunt, adeoque pro indubiis sunt habenda.

Theor. XII. *Quantitas materiae cujuslibet Planetae secundariæ est ad quantitatem materiae propriae sibi competentis primariæ in subtriplicata ratione, rationis quadruplicatae temporis periodici satellitis istius circa suum primarium ad tempus periodicum competentis ejusdem primariæ circa Solem directæ.*

Hinc sequitur: *Quantitatem* materiæ satellitis cujusvis primarii esse ad quantitatem materiæ ipsius primarii in *duplicata ratione* densitatis Solis ad densitatem Satellitis *directe*.

MICHAELIS FRIDERICI LOCHNERI, ARCHIATRI  
Cæs. Com. Pal. Ac. Nat. Cur. Directoris, Medici Norimb.  
*Commentatio de Ananasa sive Nuce Pineæ Indicæ vulgo  
Pinhæs ad Nobiliss. & Solertiss. Hesperidum  
Norimb. Scriptorem.*

Norimbergæ, apud hæredes Jo. Hoffinanni, 1716, 4.

Plag. 10 fig. 22. tabb. 5.

**O**ccasionem plenioris tractationis primam Cl. Autori suggestit peritus & industrius Floræ cultor, Joannes Christoph. Volckammerus, qui ut splendori Hesperidum suarum Norimbergenfium huic ornatum adderet, rogavit, cui morem gesturus vernacula quidem lingua ejus descriptionem suscepit, sed nondum politam satis, & perfectam; unde postea omnia, quæ vel lectione, vel sagaci observatione percepit, diligenter collegit & nunc novo quodammodo habitu, Latino sermone bene compto, ac typorum elegantia renitente, lectoris usui exhibet. Primo capite Ananas plantarum Reginam constituit, inde, ex novissime inventa orbis parte in reliquas translata esse, demonstrat, atque data opportunitate repetit, quod a Wagenfeilio confidenter assertum est, non Americam dicendam novam illam regionem esse, sed Bohemiam, quia Martinus Bohemus e gente patricia Norimbergæ ante Christophorum Columbam & Ferd. Magellanum, Oceani ante cogniti limites transvectus, fretum, Magellanicum postea dictum, perquisiverit, atque Brasiliæ, quæ Ananas prima protulit, oras legerit. In hac vero fertilissima orbis regione simul germinare cum Parreira brava, cognata planta inter Cannibales, turpia hominum monstra, jam ante observavit Breynius, exoticorum industrius cultor. Hinc in reliquas Occidentis partes exspatiatur curiosus spectator Lochnerus, & in quibus germinet sua Ananas, recenset. E S. Crucis insula nempe translata esse in orientalem Indiam ac postea in Guineam, hinc vero ante annos centum in Belgium & reliquam Europam translata fuisse de-



demonstrat, simulque Athanasium Kircherum ridet, qui plantam hanc in aliud solum traductam in diversam speciem mutatum iri conjecit. Species ejus diversæ sunt, alia vera est, spuria altera, sed illa etiam abit in alias, & una fructu ovato maximo est, alia fructu maximo conico, pinæ nuci simili, alia conico minore fructu, quæ folio differunt, colore & figura, & aculeorum quoque ordine & numero, ita ut Americana spinis plurimis sit obfita; corona vero solæ veræ superbiunt. Inter spurias referendæ Kaidæ sunt, & Nanabrava, cujus diversas species cum Acoſta Cluſius, & cum Marggravio Piſo, descripserunt; & Pita, quæ a Plumietio Ananalis accensita fuit, alizque. Anana chicariri huc etiam refertur ab aliis, quam palmæ speciem dicunt, quamque Augerius Clutius descripsit plenius, cujus vitam Autor, data hac occasione, brevibus inseruit. Anonam Oviedi cum Ananasa confudit Ammannus & Paccoba, quam Bananas dixit Morisotus, quæ tamen ab Ananasa plane diversa est. Tertium caput absolvitur omnium plantæ partium internarum & externarum speciali contemplatione. Floris formam ex descriptione capias: est tripetalus, oblongus, ad verticem rotunde cuspidatus, superiori parte strictus, inferiori convolutus, ubi arcto orificio a gemma follicosa, cujus fundo est insertus, tanquam a suo calice arripitur. Acumen nihil fingi, nec penicillo pingi quicquam elegantius hac concinnitate posse Autor disertus autumat. Stamina insunt sex, unus stylus; e regione staminum, quæ non ipsis floribus sed florum interstitiis inseruntur, sepulta jacent semina, in quovis nodulato tuberculo floris retinaculo, terna singularibus cancellis triangulari forma, quoad semina ipsa parva illa sunt, plana, pyriformia. In fructu maturo pulpa, sive caro ex albicante, pro varietate tamen fructus, flavescens, succulenta, saporis præ ceteris fructibus gratissimi, acido dulcis & vinosi: floris ita descripti character est obscurior, nec omnibus propius inspicere, propter rarum ejus in Europa proventum, datur copia, hinc a diversis non unus constituitur, quos examinat Autor quarto capite, qui & quinto genuinum ejus saporem vix cum alio comparandum dijudicat. Sextum caput ipsius culturæ dica-

tum est, ubi & propagationis modus per coronæ & germinum caulis plantationem, traditur, ex semine vero dubia esse afferitur contra Hefsi fidem: per folia quoque propagationem, quam Kircherus fieri credidit, non omnino impossibilem esse, experimentis in aliis factis, evictum est. De usu medico quæ cap. VII afferuntur, experientia forte nondum satis confirmata sunt, propter exiguum adhucdum apud nos maturescentium numerum. Ut porro ad gulæ blandimentum ab Indis paretur, cap. VIII recenset, ubi vel vino, vel aqua, vel muria mergi tradit, & aromatibus sparsa incolas vesci, saccharoque condita in Europam apportari. Cap. IX abufum & noxias vires prodit, quo referendum, quod propter indignam vim diureticam foetum expellat, quare eo Indæ meretrices abantantur, ad vitandam insaniam. Capite postremo X coronidis loco quasi agitur de avicula miræ exilitatis & pernicitatis, *Colibry* dicta, quæ delectatur & melleo florum Ananas succo, & ex fibris adornat nidulum. Hujus diversæ species sunt, mole quædam cicadam, aliquæ crabronem & nonnullæ etiam muscam majorem non excedunt; pondus vero XII granorum æquare dicuntur. Vescitur rore dulci arborum folia lingua lambendo & sugendo flores, nidulatur sub arborum foliis miro artificio & industria, ne ab insectis lædatur, perniciose volatu alarum quassatione in aere susurrum excitat, qui improvido horrorem possit incutere, colorum in pennis varietas & elegantia tanta est, ut cum iride contendere liceat: quædam collo carbunculi rubore splendent, croceus venter & alæ interius auro fulgent, femora Smaragdi viriditate relucent, rostellum & pedes ut ebur polita nitent, ocellique adamantis fulgore radiant, totum caput virore ita resplendet, ut deauratum simul credas: masculus gale-riculo in capite ornatus est eolorum mira varietate tincto, quo ut corona superbit, & quanquam vivo nitore multum mors aufert, capitulum tamen fœminis in aurium loco est, quæ cunctis aliis præferunt; quædam etiam odorem spirant ambriæ, non minus gratum naribus, quam oculis color est; tantus etiam suavitatem laudant alii in *Colibry*, qua nec lusciniæ concedat, quam illa non quidem omni speciei tribuenda videtur.

M. ZA-

## M. ZACHARIÆ GOEZII DE NUMIS DISSERTATIONES XX, cum figuris æneis.

Wittebergæ, apud Christ. Theoph. Ludovicum, 1716, 8.

Alph. I. plæg. 6.

CL. Gœzium, Gymnasii Osnabrugensis Rector, cum museo numis haud cubivis obviis instructo gaudeat, e re literatorum esse duxit, ut data occasione in hunc campum excurreret. Hinc quando eruditi ad audiendas alumnorum orationes aut disputationes invitandi fuere, programmatis argumentum numos constituit. Et horum programmatum fasciculum, Dissertationes nimirum 20, cum erudito orbe nunc communicat, additis ubique numerorum, quos explicat, figuris. Harum vero pleræque Imperatorum, qui primo & secundo seculo florere, ora exhibent, quibus aliqui familiarum numi accedunt. Cum vero de numis ipsis pauca fuerint dicenda, quippe qui plurimam jam partem cogniti & ab eruditis explicati fuere, ad alia sæpius digreditur Cl. Autor, quibus Romanorum imprimis antiquitates illustrantur. Prima dissertatio, de origine & qualitate numerorum in genere, nec non de scriptoribus quibusdam rei numismatica, a Labbeo, Cappello, Oleario & Struvio omissis, agit. Secunda spurium J. Cæsaris numum affert, eaque occasione monet Autor, plures passim deprehendi supposititios, Guevaræque olim Sybillarum numos Roma fuisse missos. Atque hinc in alium dicendi campum excurrens, de Sybillis prolixè agit, & eorum, qui de hisce quicquam edidit, catalogum textit. Pag. 55 conspicitur in moneta caput Augusti, cujus altera facies in corona quercæa exhibet S. C. Quæ literæ cum sæpius in monetis legantur, Senatus Consultum designantes, originem & rationem, qua factum fuerit Senatus Consultum, prolixè explicat. Senatorum scilicet de re dubia sententiæ numerabantur. Quod visum pluribus, decernebant & quod constituerant, erat ratum, quodque ratum erat, dixere Senatus Consultum. Duobus autem sebas modis, aut per discessionem, aut per relationem, de quibus modis Autor multa copiose narrat. Stante adhuc libertate, offerebatur Tribunis plebis approbandum, inclinante vero eadem, Imperatores S. Consultis paulatim derogabant. Pag. 83 Augusti festertius occurrit. Et cum a lateribus aræ victoriæ consecratæ duo consurgant serpentes, indicat Autor, quid serpentis symbola, quibus nullum frequentius, denotent. Plurima eo redeunt, præcipue τῆς οὐρανίας δωδέκατος, pacis deinde, mundi, & aliorum imaginem fuisse. P. 166 numum Germanici Cæsaris, a rebus in Germania gestis sic dicti, producit. De Germanis ergo observatur, gentem hanc nunquam sine heroibus fuisse, neque vero habuisse semper Homeros, Herodotos, Curtios &c. Quæ Cæsaris tempora excedunt, incerta sunt. Reperiuntur tamen, qui multa de ejus ævi heroibus narrant, quorum etiam setiem hic recensitam legimus. E quibus Trebeta primus Germaniæ Rex

Tre-

tum est, ubi & propagationis modus per coronæ & germinum caulis plantationem, traditur, ex semine vero dubia esse asseritur contra Hefsi fidem: per folia quoque propagationem, quam Kircherus fieri credidit, non omnino impossibilem esse, experimentis in aliis factis, evictum est. De usu medico juxta cap. VII afferuntur, experientia forte nondum satis confirmata sunt, propter exiguum adhucdum apud nos maturescentium numerum. Ut porro ad gulæ blandimentum ab Indis paratur, cap. VIII recenset, ubi vel vino, vel aqua, vel muria mergi tradit, & aromatibus sparsa incolas vesci, saccharoque condita in Europam apportari. Cap. IX abufum & noxias vires prodit, quo referendum, quod propter indignam vim diureticam foetum expellat, quare eo Indæ meretricies abutantur, ad vitandam infamiam. Capite postremo X coronidis loco quasi agitur de avicula miræ exilitatis & pernicitatis, *Colibry* dicta, quæ delectatur & melleo florum Ananas succo, & ex fibris adornat nidulum. Hujus diversæ species sunt, mole quædam cicadam, aliquæ crabronem & nonnullæ etiam muscam majorem non excedunt; pondus vero XII granorum æquare dicuntur. Vescitur rore dulci arborum folia lingua lambendo & sugendo flores, nidulatur sub arborum foliis miro artificio & industria, ne ab insectis lædatur, pernice volatu alarum quassatione in aere susurrum excitat, qui improvido horrorem possit incutere, colorum in pennis varietas & elegantia tanta est, ut cum iride contendere liceat: quædam collo carbunculi rubore splendent, croceus venter & alæ interius auro fulgent, femora Smaragdi viriditate relucent, rostellum & pedes ut ebur polita nitent, ocellique adamantis fulgore radiant, totum caput virore ita resplendet, ut deauratum simul credas: masculus galeoriculo in capite ornatus est eolorum mira varietate tincto, quo ut corona superbit, & quanquam vivo nitore multum mors aufert, capitulum tamen scemini inaurium loco est, quæ cunctis aliis preferunt; quædam etiam odorem spirant ambrae, non minus gratum naribus, quam oculis color est; cantus etiam suavitatem laudant alii in *Colibry*, qua nec Insciniaz concedat, quam illa non quidem omni speciei tribuenda videtur.

M. ZA-

## M. ZACHARIÆ GOEZII DE NUMIS DISSERTATIONES XX, cum figuris æneis.

Wittebergæ, apud Christ. Theoph. Ludovicum, 1716, 8.

Alph. I. plag. 6.

**C**L. Goëz, Gymnasti Osnabrugensis Rector, cum musæo numis haud cubivis obviis instructo gaudeat, ere literatorum esse duxit, ut data occasione in hunc campum excurreret. Hinc quando eruditi ad audiendas alumnorum orationes aut disputationes invitandi fuere, programmatis argumentum numos constituit. Et horum programmatis fasciculum, Dissertationes nimirum 20, cum erudito orbe nunc communicat, additis ubique numorum, quos explicat, figuris. Harum vero pleræque Imperatorum, qui primo & secundo seculo florere, ora exhibent, quibus aliqui familiarum numi accedunt. Cum vero de numis ipsis pauca fuerint dicenda, quippe qui plurimam jam partem cogniti & ab eruditis explicati fuere, ad alia sæpius digreditur. Cl. Autor, quibus Romanorum imprimis antiquitates illustrantur. Prima dissertatio, de origine & qualitate numorum in genere, nec non de scriptoribus quibusdam rei numismatica, a Labæo, Capello, Oleario & Struvio omiſſis, agit. Secunda spurium J. Cæsaris numum affert, eaque occasione monet Autor, plures passim deprehendi supposititios, Guevaræque olim Sybillarum numos Roma fuisse missos. Atque hinc in alium dicendi campum excurrens, de Sybillis prolixè agit, & eorum, qui de hisce quicquam edidere, catalogum texit. Pag. 55 conspicitur in moneta caput Augusti, cujus altera facies in corona quercæa exhibet S. C. Quæ literæ cum sæpius in monetis legantur, Senatus Consultum designantes, originem & rationem, qua factum fuerit Senatus Consultum, prolixè explicat. Senatorum scilicet de re dubia sententiæ numerabantur. Quod visum pluribus, decernebant & quod constituerant, erat ratum, quodque ratum erat, dixere Senatus Consultum. Duobus autem sebas modis, aut per discessionem, aut per relationem, de quibus modis Autor multa copiose narrat. Stante adhuc libertate, offerebatur Tribunis plebis approbandum, inclinante vero eadem, Imperatores S. Consultis paulatim derogabant. Pag. 83 Augusti festertius occurrit. Et cum a lateribus aræ victoriæ consecratæ duo consurgant serpentes, indicat Autor, quid serpentis symbola, quibus nullum frequentius, denotent. Plurima eo redeunt, præcipue τῆς οὐρανίας δωράτους, pacis deinde, mundi, & aliorum imaginem fuisse. P. 166 numum Germanici Cæsaris, a rebus in Germania gestis ficti, producit. De Germanis ergo observatur, gentem hanc nunquam sine heroibus fuisse, neque vero habuisse semper Homeros, Herodotos, Curtios &c. Quæ Cæsaris tempora excedunt, incerta sunt. Reperiuntur tamen, qui multa de ejus avi heroibus narrant, quorum etiam setiem hic recensitam legimus. E quibus Trebeta primus Germaniæ Rex

Trevirim condidisse memoratur, de quo ex veteri M.S. chronico vernaculo, ante 260 annos scripto, quædam notatu digna hic adducuntur, P. 121 conspicietur numus Agrippinæ. Ista vero cum fuerit filia Juliæ, occasionem de C. J. Cæsaris nepotibus agendi haud prætermittit, & eorum seriem in tabella lectoris oculis subjicit. P. 209 cernitur antiquissimus (ut se habent verba Autoris) idemque rarissimus & maxime genuinus numus argenteus Thasiorum. Erat Thasus insula Thraciæ littori proxima, hodie Thaso, auro & vino quondam celebris. Primum in ea oppidum extruxerat & suo nomine vocaverat Thasus, a quo dein universa insula nomen accepit. Caput in ista moneta conspicietur Regis ἀνωμίμης, quod tamen Bacchi esse, quem Thasii coluerunt, Autor, variis rationibus adductus, sibi persuadet. Aversa facie representatur Hercules nudus, clavam & leonis exuvias gerens, addita inscriptione Σωτήρ. Soteres autem, quo tempore hic numus fuit cæsus, iidem cum Dioscuris & Parastatis fuere. P. 279 extat argenteus familiæ Sulpiciæ numus, in quo caput muliebre, idque velatum, deprehenditur. Itaque de capitum velaminibus quædam adduntur. Scilicet præcipue honestæ matronæ, Deas imitantes, velo posteriorem capitis partem involuebant. Alebantur etiam Psecaides, h. e. ancillæ, exornandis crinibus inservientes. Atque istum ornatum a nostrarum fœminarum turrato capitum decore, cujus originem ad Ducem de Fontange referunt, non longe abire existimat, ad saxorum, gemmarum & numorum testimonia provocans. Neque tamen iis assentitur, qui πυργοφόρος nostras suo jam ævo notasse Ecclesiasten putant, cap. 7 v. 26. Ad manuum tactum & cordis illecebras hæc potius pertinere arbitratur, cum turres hæc non adeo ad lasciviam invitent, ac denudatum pectus, cordis latentis laqueus, aut etiam digiti Bacheo digni. P. 350 Trajanus in numo æreo prodit, quo Imperatore uti multis nemo melior, ita & idem aliis totus est vitiosus. Posteriorum vero sententiæ subscribit Autor, atque inter alia puerorum amores, vinolentiam, crudelitatemque erga Christianos magnopere in eo vituperat. P. 380 Antonini Pii effigies exhibetur, unde de pietate multa differit Autor, in Pietistas quoque calamum stringens. Pietatis nimirum specie universam fere Europam fuisse turbatam docet, atque Pietistas, Quietistas, Rigoristas, Præcisistas, & Separatistas in eandem classem redigit. Recenset & quosdam, qui Pietismi originem describere, spondetque, se Pietismi Westphalici historiam aliquando editurum, cujus & specimina quædam affert. Mentionem in finem injicit historiæ universalis Pietismi, quam aliquot voluminibus erudito orbi prodere voluit Sam. Schelvvigius, de qua quid post fata viri hujus sperare liceat, ignoramus. Tandem Cl. Autori appendicis loco privilegia civitatis Osnabrugensis annectere lubuit, de quibus plura addere superfedemus.

— 00 X O X 00 —



(441)

# ACTORUM ERUDITORUM

*Quæ Lipsiæ publicantur,*  
SUPPLEMENTA.  
*Tom. VI Sect. X.*

---

THE HISTORY OF THE BALEARICK ISLANDS.

i. e.  
*BALEARIUM INSULARUM SIVE REGNI  
Majoricani Historia antiqua & nova, cum descriptione  
earundem Insularum Geographica & Physica.*

Londini, apud Wilhelmum Ianys, 1716, 8 maj.


Alph. 1.

**C**Um pace Ultrajectina *Minorica* accessio Britannici imperii facta fuerit, Autor clariss. Colinius Campbel operæ pretium esse duxit, cives suos non tantum de illius Insulæ, sed & vicinarum statu accuratius instruere. Nactus adeo commentarios *Doctoris Johannis Damuti, & Vincentii Mutii*, Historiographorum Majoricanorum, Hispanica lingua exaratos, eosdem rejectis superfluis in Anglicum sermonem convertit, tribusque Libris omnia comprehendit. In quorum primi capitibus quatuor prioribus topographicam delineationem & descriptionem earum exhibet, reliquis quatuor exsequitur ea, quæ ad mores & habitum priscum, statum religionis & scientiarum, modumque regiminis pertinent. Secundo Libro historiam earum pertractat usque ad ea tempora, quibus dominium harum insularum regno Arragoniz accrevit: Libro tertio denique eandem historiam usque ad nostrum ævum continuans. In cujus operis recensione nos præcipua tantum delibantes, circa Geographicam tractationem notamus, nomine *Balearium insularum* venisse antiquitus im-

Kkk

pri.

Trevirim condidisse memoratur, de quo ex veteri M.S. chronico vernaculo, ante 260 annos scripto, quzdam notatu digna hic adducuntur, P. 121 conspicitur numus Agrippinz. Ista vero cum fuerit filia Juliae, occasionem de C. J. Cæsaris nepotibus agendi haud prætermittit, & eorum seriem in tabella lectoris oculis subjicit. P. 209 cernitur antiquissimus (ut se habent verba Autoris) idemque rarissimus & maxime genuinus numus argenteus Thasiorum. Erat Thasus insula Thraciæ littori proxima, hodie Thaso, auro & vino quondam celebris. Primum in ea oppidum extruxerat & suo nomine vocaverat Thasus, a quo dein universa insula nomen accepit. Caput in ista moneta conspicitur Regis *αὐτοκράτορος*, quod tamen Bacchi esse, quem Thasi coluerunt, Autor, variis rationibus adductus, sibi persuadet. Aversa facie representatur Hercules nudus, clavam & leonis exuvias gerens, addita inscriptione *Σωτήρ*. Soteres autem, quo tempore hic numus fuit cæsus, iidem cum Dioscuris & Paraftatis fuere. P. 279 extat argenteus familiæ Sulpiciæ numus, in quo caput muliebre, idque velatum, deprehenditur. Itaque de capitum velaminibus quædam adduntur. Scilicet præcipue honestæ matronæ, Deas imitantes, velo posteriorem capitis partem involvebant. Alebantur etiam Psecades, h. e. ancillæ, exornandis crinibus inservientes. Atque istum ornatum a nostrarum foeminarum turrato capitum decore, cujus originem ad Ducem de Fontange referunt, non longe abire existimat, ad saxorum, gemmarum & numorum testimonia provocans. Neque tamen iis assentitur, qui *πυργοφόρος* nostras suo jam ævo notasse Ecclesiasten putant, cap. 7 v. 26. Ad manuum tactum & cordis illecebras hæc potius pertinere arbitratur, cum turres hæc non adeo ad lasciviam invitent, ac denudatum pectus, cordis latentis laqueus, aut etiam digiti Bacho digni. P. 350 Trajanus in numo æreo prodit, quo Imperatore uti multis nemo melior, ita & idem aliis totus est vitiosus. Posteriorum vero sententiæ subscribit Autor, atque inter alia puerorum amores, vinolentiam, crudelitatemque erga Christianos magnopere in eo vituperat. P. 380 Antonini Pii effigies exhibetur, unde de pietate multa disserit Autor, in Pietistas quoque calamum stringens. Pietatis nimirum specie universam fere Europam fuisse turbatam docet, atque Pietistas, Quietistas, Rigoristas, Præcisistas, & Separatistas in eandem classem redigit. Recenset & quosdam, qui Pietismi originem describere, spondetque, se Pietismi Westphalici historiam aliquando editurum, cujus & specimina quædam affert. Mentionem in simul injicit historiæ universalis Pietismi, quam aliquot voluminibus erudito orbi prodere voluit Sam. Schelvvigius, de qua quid post fata viri hujus sperare liceat, ignoramus. Tandem Cl. Autori appendicis loco privilegia civitatis Osnabrugensis annectere lubuit, de quibus plura addere super sedemus.





(441)

# ACTORUM ERUDITORUM

*Quae Lipsiae publicantur,*  
SUPPLEMENTA.  
*Tom. VI Sect. X.*

---

THE HISTORY OF THE BALEARICK ISLANDS.

i. e.

*BALEARIUM INSULARUM SIVE REGNI  
Majoricani Historia antiqua & nova, cum descriptione  
earundem Insularum Geographica & Physica.*

Londini, apud Wilhelmum Innys, 1716, 8 maj.

Alph. I.

**C**Um pace Ultrajectina *Minorica* accessio Britannici imperii facta fuerit, Autor clariss. Colinius Campbel operæ pretium esse duxit, cives suos non tantum de illius Insulæ, sed & vicinarum statu accuratius instruere. Nactus adeo commentarios *Doctoris Johannis Damuti, & Vincentii Mutii*, Historiographorum Majoricanorum, Hispanica lingua exaratos, eosdem rejectis superfluis in Anglicum sermonem convertit, tribusque Libris omnia comprehendit. In quorum primi capitibus quatuor prioribus topographicam delineationem & descriptionem earum exhibet, reliquis quatuor exsequitur ea, quæ ad mores & habitum priscum, statum religionis & scientiarum, modumque regiminis pertinent. Secundo Libro historiam earum pertractat usque ad ea tempora, quibus dominium harum insularum regno Arragoniz accrevit: Libro tertio denique eandem historiam usque ad nostrum ævum continuans. In cujus operis recensione nos præcipua tantum delibantes, circa Geographicam tractationem notamus, nomine *Balearium insularum* venisse antiquitus im-

K k k

pri.

primis duas illas majores *Majoricam* & *Minoricam*, cum adjacentibus minoribus *Capraria* & *Meraria* ac *Triquadra*, quarum hæc vera Hannibalis patria extitit. Inter urbes Majoricæ *Palma*, quæ hodiernum primaria est reliquorum totius insulæ (error est omnis vulgi Geographorum, qui principem ejus urbem etiam Majoricam vocant) & *Pollentia*, fere in ruinis hodie jacentes, coloniæ sunt Romanorum. Minoricæ urbs *Mago* Carthaginensium colonia ab antiquis celebratur. *Pityusarum* nomen præcipue habuerunt *Ebusus* sive *Ybica* & *Formentera*.

Solum *Majorica*, quæ non magnitudine solum sed & bonitate reliquas superat, omnis generis fructuum ferax, præcipue olei. *Palma* urbs Ecclesiam cathedrali, & quinque Parochialibus, præterea 10 conventibus monachorum & 8 monialium, variisque aliis ædificiis publicis ornatur, munitiones ejus saxo fabuloso, quod globis tormentorum cedit sine fractura aut damno, constat. *Randa* mons in medio Insulæ Raymundo Lulio claritatem debet; nam huic in illo degenti, velut alteri cuidam Mofi, ab Angelo, Pastoris habitu apparente, omnium scientiarum secreta esse revelata, inquilini nobis persuadere volunt. *Anstrum* ab *Eremita* dictum (*Cueva de la Hermita*) varios naturæ lusus ostendit, pulpita scilicet, organa musica, & varias alias figuras ab aqua destillante & concrefcente formatas. Ad *Pollentiam* videntur duo fontes, qui hieme & pluviâli tempore sicci deprehenduntur, æstate vero aquas vel rivo inde mananti sufficiunt. Dignitate ipsi primariæ urbi proxima est *Alandia*, in litore orientali sita, propugnaculis etiam munita. Ad boreum latus domus est religiosa, Virgini Deiparæ (*Nostra Senora de Lluch*) dicata, quæ non minori devotione ab incolis colitur, quam celebris illa Lauretana. In *Dragonera*, Majoricæ ad Zephyroboream opposita, insecti genus invenitur, lacertæ simile, sed veneno carens; quod licet in plerisque minoribus Insulis, quæ Majoricæ fere contiguae sunt, frequentissimum sit, tamen ubi in istam importatum fuerit, ultra unum vel duos dies non supervivit.

*Minorica* bonitate soli priorem non æquat, nulla tamen re ad vitam necessaria destituitur. Habet autem portum inter  
totius

totius orbis præcipuos numerandum, utpote ultra 3 millia terra se insinuantem, unde proverbium natum: *Maximam securitatem navibus in mediterraneo versantibus præstare menses Junium, Julium, Augustum Magonisque portum.* Prima hujus insulæ urbs est *Civdadella* probe etiam munita.

*Ebusi* vel *Ybicæ* primaria urbs cognominis Insulæ neque ipsa munitionibus caret. Insulæ maximus proventus ex sale, propterea agri alias admodum fertiles ab incolis fere negliguntur. *Formentera* pridem maximam frumenti copiam produxerat. (vade & ei nomen) nunc ob continuas Turcarum incursiones plane deserta.

Mores incolarum olim barbari, & imprimis in contrahendis matrimoniis, si Diodoro Siculo fides sit, inhonesti. Ipsi semper habitus sunt bellicosi, ob continuas cum piratis contentiones. Fundæ usum ab iis inventum, passim notum. Strabo Romanos ab illis etiam prætextæ vel laticlavii usum accepisse tradit. Lingua ipsis olim, ut quidam volunt, Cyrenaica, nunc Limosina, a Lemovico Galliarum civitate derivata dialectus. Quod ad religionem spectat, Christianismus mature radices egit in his insulis. Celebris est Minoricæ Episcopus *Severus*, cujus epistola ad universos orbis Episcopos, Presbyteros & Diaconos data Anno 423 p. n. C. de miraculis, quæ in conversione Judæorum ejus insulæ contigerunt, exponit. Tempore Gregorii magni circa annum 619 Caprariam (a capreis dictam) unam ex minoribus insulis peculiarem Episcopum habuisse, ex ejus epistolis apparet. Tribunali inquisitionis provinciarum Ruscitanonensis & Ceritanæ regnum universum Balearium pridem subjectum, peculiare aliquod habere cœpit A. 1413. Episcopo regitur, cujus denominatio a Barcinonensi Episcopo dependet, utpote cujus diocesis pars quondam fuerat. Judæorum in panolethria reipublicæ ipsorum in his Insulis magna frequentia. Singularis autem casus in conversione quorundam ex iis A. 1435 accidisse ab Autore refertur. Quidam enim ejus gentis Maurum aliquem e mancipiis suis ad modum Christi crucifixi in contentum ejus torquere fuerant ausi. Re verò comperita cum in carcerem essent dati, & ad mortem dampnati, præcipui

cipui captivorum, iique Rabbini fœdæ suæ, Christianismo nomen dantes sunt baptizati, quorum exemplum secuti ferreducenti alii intra dies duos in Ecclesia cathedrali ad baptismum se obtulerunt; cuius extraordinarii eventus gratia, accedentibus precibus & lacrimis propinquorum, reis venia data & vita concessa. Quod ad gubernationem politicam spectat, administrabatur ea hactenus a delegato Regis vel Vice-Roge, cui præfecti Minoricæ & Ybicæ subordinantur. Privilegiatorum, quibus gaudent, palmaria sunt, jus monetandi, immunitas a collatione pecuniarum, cum reliquis privilegiis, quibus sibi tantopere placent Catalauni. In historia harum insularum missis fabulosis relationibus, quæ Argonautas Sagunti conditores primos earum dominos, & post eos Rhodios & Phœnices memorant, a Carthaginensibus initium facimus, qui Hispaniæ possessioni inhiantes primum in Ebusum coloniam deduxerunt, deinde in Minorica tres urbes condiderunt, Majoricam vero humanitate sibi devinxerunt. Usi sunt iisdem Balearium opera primum in bello quod contra Agrigentinos gesserunt, & quidem strenua: nam illi hostes, quanquam ob corporum nuditatem primo ipsis derisui fuerant, primi fundis suis in fugam coniecerunt. Quibus deinde in omnibus bellis contra Dionysium, Romanos, Pyrrhiumque adfuerunt. Et cum Majoricani, mutatis repente animis, victricem Carthaginensium classem, quæ Cæcilium Metellum Romanosque superaverat, excensione & terra prohibuissent, lenitate Hamilcaris iterum iisdem sunt conciliati.

Debellatis in Hispania Carthaginensibus, opera Scipionis (qui quidem prius Ybicam oppugnans infectis rebus discedere coactus fuerat) in Romanorum amicitiam sunt recepti. Post aliquot annis piraticam exercentes Majoricani a Q. Cæcilio Metello in ordinem sunt redacti, qui ad continendam eorum ferociam duas eis colonias Romanorum civium imposuit. Octavii Augusti temporibus, missis ad Senatum Romanum legatis alias sibi terras inhabitandas concedi postularunt, quod cuniculorum, quos ex Hispania primum advexerunt, tanta copia infestarentur, ut neque fruges neque arbores ab iis essent turæ.

Digni-

Dignitate imperii Romani ad interitum vergente, cum barbari in Hispaniam penetrassent, circa annum Christi 421: in Vandalorum & inde in Gothorum potestatem venerunt. Anno vero 745, cum hi essent a Mauris maximam partem Hispaniæ imperio pulsi, eorum incursionibus primum vexari, mox etiam jugo premi cœperunt hæc insulæ. *Alia* scilicet Maurus, maximæ partis Hispaniæ Rex, easdem in suam ditionem redegit. Sed cum Carolus I Imperator, Maurorum ferociam reprimere aggressus, navali ad Sardiniam prælio *Alia* tum superasset, invictissimi hujus Principis imperio accesserunt: a quo eas accepit *Bernardus* Pipini filius, Caroli nepos; cujus præfectus *Comes Armengolius* navali pugna Afros devicit. Paulo vero post sub Maurorum jugum relapsæ, a Normannorum classe ferro ignique omnia vastante non parum afflictæ fuerunt. Post hoc tempus *Hali* filius Muxchiethis Dëniz & Balearum insularum dominus memoratur. Anno 1102 *comes Urgelitanus* frustra Majoricam tentans in pugna cum Mauris commissa occubuit. Neque multis abhinc annis, cum Balearum insulas *Pisanis* dono dedisset Papa Paschalis II, iidem exercitu eo misso Regem earum ceperunt, multumque prædæ reducerunt; possessionem tamen earum non retinuerunt; sed *Berengarius III* Comes Barcinonensis, implorato Genuensium & Pisanorum auxilio, ditioni suæ easdem adjecit, mox iterum sub Maurorum dominatum redituras.

Sub quo remanserunt usque ad tempora *Jacobi* Arragoniæ Regis, Petri-II filii, qui ob virtutem, qua plures provincias in suam potestatem redegit, Conquestoris nomen tulit. Hic enim injuriis Maurorum irritatus, ac zelo Christianæ religionis propagandæ ardens, A. 1229 expeditionem in Majoricam suscepit, urbem primariam obsidione cinxit, regulamque fortiter diu repugnantem eo perpulit, ut regio se cesserum, si sibi cum suis in Africam demigrandi potestas facta esset, promitteret. Quam conditionem Rex e consilio suorum rejecit, urbemque ultimo ejus anni die vi expugnavit, regulo ipso cum filio ejus capto, quorum postremum, cum Christo nomen dedisset, Barcinonæ Hillicæ donavit. Reliquis Maurorum, quæ in

montes refugerant, ad deditionem compulsi, totius Insulæ Jacobus potitus, maximam ejus partem postea cognato suo Petro Portugalliæ Infanti fendi loco, his conditionibus, concessit, ut sibi vicissim comitatu Urgelitano (quem ab uxore mortua acceperat) & jure, quod ad successionem Portugalliæ habebat, cederet, hæredesq; ejus tertia Insulæ parte contenti essent. Post Majoricam receptam missis legatis Minoricanos ad deditionem invitavit, in montibus Majoricæ, quos ex altera insula conspici dabatur, ignibus, qui speciem castrorum referrent, ad terrendos eos factis. Quo stratagemate eos ad tributum, quod solverent, paciscendum adegit. Post duos tandem annos, cum Archiepiscopus Tarraconensis veniam a Rege petiisset expeditionem in Ybicam suscipiendi, eamque impetrasset, illa etiam insula Christianis, & speciatim Archiepiscopo illi cessit, feudum Arragoniz Regis facta.

Cum deinde Jacobus regna sua inter quatuor filios divideret, & Majorica quidem per cessionem Petri Portugalliæ Infantis ad regnum Arragoniz rediisset, secundo genito *Jacobo* regnum Majoricæ, Minoricæ & Ybicæ, una cum Comitatibus & Baronatibus Montispeffulani, Rusciniensis, Colibræ, Conflantiæ, Ceritaniz & Valespirii attribuit; ex quo per aliquod tempus peculiare hæc provinciæ Reges habuerunt. Cum vero Jacobi hujus (qui II in ordine horum Regum dicitur, connumerato scilicet parente ejus, qui primus eas occupaverat) frater, *Petrus* Arragoniz Rex, divisionem illam indigne ferret, judicans ipse, difficile esse invito fratre possessionem tot provinciarum, quæ variis locis dispersæ, & maximam partem Arragoniz finibus conclusæ essent, retinere, A. 1278 Perpiniensi homagium fratri præstitit, feudi adeo loco hoc regnum ab ipso tenens. Post hoc vero tempus cum Petrus Siciliæ regnum deferentibus incolis, qui Gallos omnes eadem vespera trucidaverant, recepisset, ob eamque causam a Papa excommunicatus, omnibusque regnis interdictus, Philippo autem Galliz regi executio ejus sententia a Papa demandata esset, accidit, ut hic a Jacobo liberum per ditiones ejus positum peteret, ab eoque Philippi scilicet viribus impare, & Pontificiis jussis religiosus parente, im-

petra.

petraret. Quæ res Petri animum ita a fratre avertit, ut non solum comitatu Ruscinonis eum exturbaret, sed etiam omnibus viribus ( præcipue cum maximum Gallorum exercitum felici successu repulisset ) ad eum omnibus provinciis spoliandum se pararet. Cum vero in eo conatu decessisset, filius ejus *Alphonsus*, classe ad Majoricam appulsa, insulam sevi negotio patruo eripuit. Sed cum in obsidione castelli Alaronis duo ejus præfecti, *Capellus & Bassa*, fide in Regem suum Jacobum conspicua pertinacius repugnassent, Alphonsus duos illos viros ardentibus prunis impositos in sartagine tostos necavit. Ob quam crudelitatem a Gregorio XII Papa, qui eos in Sanctorum numerum retulerat ( & nunc tanquam patroni & tutelares insulæ coluntur ) excommunicatus est, neque aliter absolutionem impetrare debuerat, quam hac conditione, ut patruo regnum suum restitueret; quod tamen non præstitit; quin potius, cum interea *Zaën* Valentiz Rex Alphonso urbem *Alona* vel *Alicauta* cum castello ejus secessurum polliceretur, si sibi Minorica, quæ saltem, uti dictum, tributaria Christianis hætenus fuerat, ab ipso in feudum daretur, idem ad plenarium ejus insulæ imperium sibi acquirendum animum adjecit: & Mauros exercitu 40 millium collecto acriter sed nequicquam repugnantes, ad hæc pacta coegit, ut Principi quidem eorum libera in Africam abeundi facultas esset, ex Mauris vero, qui simul eodem ire velent, quisque in capita 33 imperialibus se redimeret; quorum cum ad 20 millia pecuniam eam solvere non possent, mancipiorum loco in insula remanserunt. Jacobus Balearium Rex, frustra tentatis variis viis, quibus ad ditionum suarum possessionem redire conatus erat, ad duellum etiam Alphonsum provocaverat, quod tamen impeditum est, pauloque post eum Alphonsus obiisset, fraterque ejus itidem *Jacobus* dictus, qui hætenus Siciliæ imperitaverat, in Arragoniæ regno successisset, opera Eduardi Regis & Pontificis hortatu ipse in integrum restitutus est, neque multo post, cum novas aliquot urbes in Majorica numero incolarum aucto, condidisset, decessit, Palmæ sepultus.

Eun-

Eundem in regno secutus est filius ejus *Sanctius*. Qui quidem cum Regibus Franciæ ob Baronatum Montispeffulani varias concertationes habuit, sed regnum Balearium quietus possedit, Regem etiam Arragoniæ in expeditione, quam adversus Sardiniam susceperat, classe adjuvans. Obiit relicto fratre suo Philippo tutore Jacobi III nepotis, qui ei erat ex filio Ferdinando, ante patrem mortuo. Regnabat adhuc in Arragonia Jacobus, controversiam movens huic Regi minorenni ob testamentum Jacobi Conquestoris, quod post divisionem ditionum suarum fecerat, eoque illam infirmasse videbatur. Sed ea brevi composita est, in feudum masculinum hoc regno converso, & nepte Jacobi Arragoniæ Regis in matrimonium Jacobo Balearico promissa.

*Jacobo & Alphonso* Arragoniæ Regibus brevi intervallo mortuis, successit huic frater *Petrus*, qui animo alias sævus, & imprimis necessariis suis funestus, statim ac ad dominatum pervenit, omni cogitatione ad Jacobum Balearium ditionibus spoliandum ferebatur, neque prius desistit, quam id effectum daret. Primum aversum ab eo animum ostendit, in itinere Avenionensi, in quo Jacobus Petrum, ob regnum Sardinie Papæ homagium præstiturum, honoris causa comitatus fuerat. Etenim cum singulari quodam fato magister stabuli Jacobi equo Arragonis, qui in cursum præceps ruiturus videbatur, manum injiceret & capistro eum revocaret, Petrus hanc rem pro contumelia habens iram in Dominum ejus converterat, eratque gladium stricturus, si potuisset, sed gladii ejus usus in coronatione saltem erat, neque poterat vagina nudari. Deinde cum Gallie Rex eripiendi Jacobo Baronatus Montispeffulani occasionem querens, eum ad præstandum homagium citasset, quod loca quædam Episcopi Magalonensis, a quibus velut feudum pars ejus Baronatus dependebat, permutatione cum hoc facta, ad se pertraxisset, Jacobus vero Petri auxilium in hac re implorasset, ipse non tantum ei auxilio non fuit, Regemque Gallie copiis suis Montempeffulanum, Carlades & Omelades insidere permisit, sed, velut nactus opportunum tempus, plane aperte animum erga Jacobum inimicum patefecit. Quid multa?



multa? variorum eum criminum infimulatum, & tanquam feloniz reum citatum, nec expectato præfixo termino contumaciæ damnavit, & spretis Papæ, multorumque aliorum principum intercessionibus, Jacobi etiam ipsius submissione, qui cum uxore & liberis ad eum venerat, (quos Petrus in custodia, postquam Jacobus abierat, retinuit) insuper habita, Majoricam primum invasit, eamque nullo negotio, insulanis ultro seudentibus, una cum Minorica & Ybica suam fecit, inque perpetuum regno Arragoniz junxit. Deinde, exercitu in Comitatum Ruscinonensem ducto, Jacobum viribus longe inferiorem in eas angustias conjecit, ut ipse se & sua Petri potestati committeret, genibusque ejus advolutus veniam peccati tanquam reus peteret, spe inani ductus, futurum, ut indulgentia inimici Regis ipsi ditiones suæ aliquando restituerentur. Quam cum ipse sero nimis videret in ventos abire, posteaquam etiam Comes ab Exerica, qui a Petro ad Jacobum fuerat ablegatus, negaret unquam ab se hujus promissi mentionem factam, Jacobumque misso aliquo ex suis vasallis ad duellum provocaret (qui parum absuit, quin ab aulicis Jacobo præsentibus trucidaretur) Catalauniam, ubi hætenus salvo conductu dato fuerat, relinquens, primo in Ceritania res suas reparare nisus est, ope civium Puicerdæ, qui ei portas aperuerant, mox vero levitate animi & inconstantia claudebant. Deinde exalatum Montempessulanum abiit, in via frigore & fame fere ad desperationem adductus. Mox auxilio Gallorum, quibus Agragoniorum potentia suspecta fiebat, copiis collectis Conflantiam tentat, cumque hoc non succederet, classem instruit, omni eo quod in Baronatu Montispeffulani sibi supererat, ut pecuniam ad bellum necessariam haberet, Galliz Regi 1200000 Coronatis vendito, expeditionemque in Majoricam, sed tragico eventu, suscipit. Ibi enim in prælio cæsus, & capite truncatus vitam deposuit.

Hujus filius, pariter *Jacobus* nomine, in prælio, quo pater cecidit, captus, diuque in custodia retentus, tandem vero elapsus, Neapolia venit opportuno tempore, cum Joannæ ibi regnantis maritus decesserat, quæ adeo Jacobum in thori & regni socium adoptavit. Ipse hac fortuna non contentus, recupera-

re ereptas patri ditiones statuit. In hanc rem amicitiam contraxit cum Rege Castellæ, eumque in bello contra fratrem ejus, notum, juvit. Sed captus, parum absuit, quin Arragoniæ Regi traderetur, ab uxore demum magna pecuniæ summa redemptus. Aliam dein viam ingressus, collecto e Gallis, Provincialibus & Anglis exercitu, Arragoniam intrat, sed morbo correptus ibidem obit A. 1375. Cum quo simul universa Regum Baleariorum seu Majoricanorum stirps periit.

Ex eo tempore hæ insulæ absque controversia sub Arragoniis fuerunt. Quæque exinde memoratu digna in eis gesta sunt, ad pauca hæc redeunt. Alphonso Rege triennalis fuit motus rusticorum Majoricæ, qui jugum nobilium excussuri, a nece aliquot infantum eorundem rebellandi initium fecerant, ab ipso tandem Rege compressus. Tumultui, quem Catalauni excitarunt, ob Carolum Johannis Navarræ Regis filium, quem adversus patrem, filium pro suspecto habentem, tutabantur, etiam Minorica implicabatur, a Majoricanis ipsis ad officium redire compulsus. Caroli V Imperatoris tempore alius isque longe periculosior tumultus Majoricæ extitit, plebe jugum nobilium & onerum publicorum gravitatem ægre ferente, & a Valentianis pariter rebellantibus concitata. Sola Alcedia, seditionum partibus se jungere detrectans, obsidione ab ipsis premebatur. Missis tandem ab Imperatore navibus & copiis insulani in ordinem coguntur, & noxii gravibus poenis afficiuntur. Eodem Carolo regnante memoratur lepidus accidisse quidam casus. Nam ipso Imperatore expeditione Tunetana occupato, cum Barbarossa Tuneto amisso furens consiliump cepisset, ex improvise invadendi Majoricam, dieque jam inclinante in conspectum urbis primariæ venisset, insulani ipsum illum diem ob victorias Imperatoris festum agentes, classem, quam prospiciebant, Imperatoris esse rati, parabant se ad eum magnifice recipiendum, cumque interea nox ingrueret, læti cum facibus toru urbe relucens discurrebant, victori obviam progressuri. Quod ipsum conspicatus Barbarossa, credidit de adventu suo famam jam ad oppidanos esse perlatam, & ignibus indicium fieri ad convocandos armatos totius insulæ propere se cum suis infecta re recepit.

Uti-

Ultimo loco Autor gloriam harum insularum multum a pristina defecisse observat, quæ tanta fuerit, ut supra memorati Reges eorum per aliquod tempus Tunetanum, Bagiensem & Constantinæ regulos tributarios habuerint. Causam rejicit in defectionem novi orbis, quem longe aliz gentes navigationibus frequentare occiperint, & in appendice refert passim nota de occupatione earum per Britannos, quæ nostris temporibus contigit, adeoque hic loci prolixius non est commemoranda.

J MORALI DEL PONTEFICE S. GREGORIO Magno.

h. e.

*MORALIA PONTIFICIS S. GREGORII M. super librum Jobi. Transulit in Italicum idioma COENOBIVS DE ARATA, Protonotarius Apostolicus.*

*Tom. I.*

Romæ, apud hæredes Corbelletti, 1714, 4.

Alph. 3 plag. 8.

**M**agnum est Gregorii M. inter Patres Latinæ ecclesiæ nomen, magna veneratio, nec immerito. Testatur de ejus ingenio hæ ipsæ in Jobum meditationes, quæ in Italicum idioma jam ante conversæ, denuo super prodire. Nihil ad novam hanc editionem novi accessit, præter Præfationem, quæ de libri argumento & Autore, tum potissimum de Interprete ejus prolixam mentionem facit. Ut alia taceamus, cum de Gregorio M. prolixius Maimburgius, Dupinius, Dionysius de S. Martha alique egerint, illud tantum notamus, Gregorium in aula Constantinopolitana, circa annum Christi 582, cum ad Imp. Tiberium Nuncius Apostolicus a Pontif. Pelagio II Longobardici belli causa missus esset, librum illum composuisse, qui tanto statim plausu in univ. ecclesia excipiebatur, ut Episcoporum jussu, publice in vigiliis legeretur, reatente licet ipso Gregorio, quod ex Ep. 24 Lib. X patet. Sæpius postea editæ, sæpius in compendium redactæ fuere hæ meditationes, quod Dionysius

LII 2

de

de S. Martha accurate admodum ostendit. Nihilominus Autor Præfationis hujus spicilegium sibi relictum ratus codices adhuc in Bibliothecis latentes indicat, simulque observat, *Moralia ista nunc Eclogarum, nunc Speculi, nunc Reclinatorii anima* titulo insignita deprehendi. Raram vero admodum hactenus fuisse hanc versionem Hetruscam, vel ex eo confirmat, quod idem Dionysius in splendida operum Gregorii M. editione Parisina nullam ejus mentionem fecisset. Ceterum de ipso interprete Cœnobio e Matthæi Villani historia Florentina, & filii ejus Philippi vita Cœnobii, quæ extat in celeberrima bibliotheca Medicea, prolixius hic edisseruit Cl. Editor, e quibus pauca hoc loco commemorabimus. Literis & pietati unice vacabat, quam ob causam & *Patris* nomen illi tribuebatur. Erigebat domi suæ Academicam Humidorum, quæ tamen postea Cosmi I. tempore in Florentinam mutata fuit. Pater ejus Grammaticam publice Florentiæ docebat, quo demortuo, ejus spartam cum laude suscipiebat noster, & una cum fratre tanta fide scholæ præerat, ut etiam a Buoninsegni & Matthæo Villani honorificum tum temporis *Magistri* titulum obtineret. Tanta vero ejus erat existimatio, ut ipse Carolus IV. anno 1355. ei Pisis lauream poeticam magnifico ritu imponeret, qua ornatum universa Cæsaris aula per urbem fuit comitata; eundemque honorem ante 13 annos a Senatu Romano etiam obtinuerat. Tandem a Pontifice Innocentio VI constitutus Protongtarius Apostolicus Avenione anno ætatis 49. diem obiit supremum. Et si vero e scriptis ejus parum ad nostram ætatem pervenerit, attamen Philippus Villani Poematis in laudem primi Africani, & Michael Pocciantius opusculi cujusdam versibus exarati in sphæram, Orationis de fama, & Indicis literarum publicarum, tum quarundam literarum, quas ad amicos dedit, mentionem faciunt. Interim nihil quicquam illi de hac *Moralium* versione commemorant, cujus eum esse Autorem, ideo forte ignoraverant, quod nec in principio nec in fine libri ejus nomen legeretur. Neque tamen Cœnobius versionis hujus filium penitus pertexuit, qui morte quippe præpeditus tantum libros 19. & ultimi libri 18. capita absolvit: reliqua ab anonymo suere addita. Ad novam hanc editionem quod:

attinet; debetur ea curæ & studio Cardinalis Thomæ, qui, nondum ad purpuram euectus & ecclesiæ ædificandæ studio & Moralium horum suavitate commotus, de nova editione cogitare cœpit, cui promovendæ usus typographiæ, quam Cardinalis Barberigius in Seminario Patavii habebat, benevole concedebatur. Quo quidem mortuo tantum abest, ut editionis hujus curam deposuerit Thomæus, ut potius consilii comitem Justum Fontanini, Virum doctrinæ & moribus insignem, adsciverit, qui & corrigendi laborem in se suscipere gravatus non est. Ceterum hic Tomus I libros VIII priores Moralium continet, quibus octo capita priora libri Jobi explicare seu potius ad usus pios & praxin vitæ Christianæ applicare S. Gregorius contendit.

ARTICUL. WOINSKII KAPNOS PROGRESSOM.  
Nadlesgastfchii sudiafischim.

i. e.

ARTICULI MILITARES, UNA CUM PRO-  
cessu ordinario judiciali.

Petropoli, 1715, 8.

Plag. 18.

**C**UM lex velut emissæ divinitus vox, pro majestate Legislatoris non instruere prolixè aut disputare sed jubere debeat, & præterea placita Principum, velut LL. XII Tab. a brevitate dictionis commendari soleant, ut eo melius via disceptationibus forensibus præcludatur, deturque aliquid prudenti arbitrio judicis pro ratione personæ & damni per delictum illati, leges militares ante decennium in exercitu Russico promulgatæ, & hæcenus in judiciis militaribus observatæ breviter & dilucidè conscriptæ sunt, annexa salutari clausula, quod judex in casu legibus non comprehenso ad aliorum Principum sanctiones, etiam jus Romanum, recurrere, adeoque si quis cetera bonus miles aliquid humani passus fuerit, leniori legum explicatione adhibita, salvis quidem legibus, servari citra consequentiam possit. Quoniam vero illæ nonnullis sabbrevæ videbantur, neque ubivis præsto essent juris periti, qui ex ipsa doctrina &

Lll. 3;

analo-

analogia juris fecialis casus emergentes haud expressos deciderent, nec semper partes, controversia suborta, acquiescerent, ad mandatum Cz. Mtis revisæ jam & auctiores, novis superadditis casibus ac decisionibus, prodire, una cum versione Græca, ne se Græci, qui stipendia Ruthenica merentes linguam eorum nondum exacte didicere, ignorantia hujus juris tueantur. Singularia quædam, quæ ob causas, quas Legislator habuit, mitigata vel exacerbata ab aliis recedunt, paucis notabimus.

Imprimis Russorum Princeps bene memor præcepti Deut. XIII, 9, ut milites non tantum fortes, sed etiam pios & justos efficiat, C. I cultum Deo debitum ante omnia injungit, statutis in irreverentes ac negligentius sacra tractantes, etiam sacerdotes, pœnis. Quia porro in disciplina militari non attenditur quantitas delicti, sed quanti interest imperantis non obtemperari severiori disciplinae, ut præcaveantur futura delicta, & commissa vindicentur, hinc art. 42 ebrius ignominiose dimittitur, & art. 43 ebrius, si quid delinquit, quod pœnitentia non est reparabile, gravius punitur. In stationibus, maxime noctu, dato signo requiei, si quis ad arma proclamavit, nisi præsentem periculo adventantis hostis, vel clamores & strepitus in castris facere ausus fuerit, art. 48, & qui tesserae militaris (*parole*) oblitus interroganti proferre eam nesciverit, honore & vita, si res postulet, privatur, art. 49. Nemo nisi sibi non alteri assignatam domum occupet. Castra nemo, nisi patientiori ostio ingrediat. Transgressori gravis pœna, etiam mortis pro facti enormitate, esto. In excubiis dormientem circumspicenti excubiarum liberum erit interficere: pro ratione stationis & periculi dormiens si campiductori traditus fuerit, capitis pœna puniatur. Qui tempore conflictus in fugam se dedit, non conferis cum hoste manibus, caput amittit. Art. 154, lethalitas vulnerum physice, & 157 moderamen iac. tut. juridice fusius & exacte determinatur. Art. 63, 80, 94, qui se ægrum & claudum simulat, ut missionem impetret, incisissis naribus ad triremes vel arbitrio condemnatur. Ubi ex relatione aliorum hoc referendum putamus, nihil in Russia, ut alibi fit, reorum nasus amputari, sed stilo seu forfice ad hunc actum apto nares ab utraque parte dempta

dempta particula carnis, ad æqualitatem & mensuram justam  
 rescindi, ne conficillura concresecere, notaque infamiz celari  
 possit. Observatum enim, carnifices sæpe ex odio, amicitia,  
 incuria vel ob titubationem & renitentiam plectendorum, hanc  
 pœnam præscriptam vel augere vel imminuere, & vulnere altius  
 inflicto non tantum organa olfactus lædere, verum etiam gan-  
 grænam & exinde lethaliatatem excitare. C. 2. Adulteri arbitra-  
 rie, bigami secundum canones ecclesiasticos puniantur. Qui  
 aliquid de bonis Cz. Maj. in usum suum convertere aufint,  
 tanquam peculatus rei, & qui conscii id non denunciarunt, su-  
 spendio afficiantur. Art. 196 perjurus ac falsum perhibens tes-  
 tium onium amputatis digitis ad triremes condemnatur, vel Art.  
 197 morte punitur, si hoc ipso aliis infigne damnum intulerit.  
 Art. 103, qui album corrumpit, sive edicta & mandata publice  
 affixa dolo malo laceravit, ad mortem vel triremes condemna-  
 tur; aut pecunia pœnam redimat, si per negligentiam id fecerit.  
 Art. 204, lapsus rupto laqueo deauro suspendatur, & 207, qui  
 reum ex custodia dimittit, vel negligentia ansam aufugiendi  
 præbuit, eadem pœna, qua fugitivus affici debuit, puniatur.  
 Czedes parentum, infantum, officialium, rota, reliquæ gladio  
 puniantur. Si quis ab hostibus cinctus se non defendit, quin  
 potius sponte arma dimittit vel abjicit, vitam turpem sibi com-  
 parare malens, quam honeste feliciterque mori, is non sine in-  
 famia pœnas læta LL. impositas. Infames deceduntur per  
 carnificem fracto gladio. Alea, taberna, scorta ab eis jubentur.  
 Qui frameam, bombardam vel arma, quibus hostis impe-  
 tus arcetur, alienaverit, corruerit, tam acquirens quam alie-  
 nans, punitur. De armis lustrandis C. 7 agitur. Officiali incumbit  
 inspicere, ut arma nitide & recte disposita sint, factumque  
 militis præstare. Conventicula & congressus militum omnino  
 interdiciuntur. Ut cuius etiam in medio bello tuta domus &  
 secreta via servetur, sit mitis ac benevolus erga cives & socios  
 miles, neve quicquam per lasciviam vel concussionem exigat, si  
 secus, illico in ipsa via atque transitu suspendio afficitur. Indulgit  
 Cz. Majestas per dispensationem militantibus legem Ecclesi-  
 asticam de jejuniis, tam quoad quantitatem, quam qualitatem,

ut sit refectio corpori ad functiones pro officio obeundas. Neque inermis quis ac debilis hosti objiciatur. In contumaces, qui irreverentes dictoque superiorum non audientes fuerunt, segnes, desides, durior poena dicitur. Cap. 15 cautelarum in deditione urbium observandarum praescribuntur. Munimenta a praefectis & praesidiariis fidei suae concredita ad ultimum usque vitae periculum defendantur, non nisi extrema necessitate, quae 123 Art. accurate determinatur, tradenda; secus si fecerint, corpore puniuntur. Cum milites nonnulli, imprimis exteri, tacite murmurare credantur contra labores ad navigia spectantes, cautum est Art. 50, ne quis detrectet labores ad naves instruendas, regendas & servitia in classe obeunda. Et quamvis perperam & praeter fas quid mandatum fuerit, tamen id fieri par est, salvo post peractum opus laeso contra injusta mandantem remedio querelae. Art. 54 & seqq. determinatur, in quantum superior privata servitia injungere possit. Quicquid hostis spatio 24 horarum in potestate sua habuit, ex hoste captum censetur, nec a priori domino, etsi commilitone vel amico, vindicari potest, si secus, res ab hoste quidem capta, neque tamen e dominio prioris Domini exivisse censetur. Capta in praelio instrumenta & utensilia bellica, commeatus, personarum, avariarum, & quae immobilibus annumerantur, gerenti bellum, reliqua occupanti cedunt. Art. 112 docet, ut excitentur milites spe praedae, secundum doctrinam §. 17 l. 1 de R. D. quae verbotenus fere inserta. Captivi postquam se dederunt, ne occidantur neque dimittantur, juxta art. 112. Annexa est his Articulis delineatio juris militaris in usum Ruthenorum de novo impressa, quam supra in Act. nostris A. 1714 M. Mart. p. 99 seq. recensuimus, ubi simul de ortu & progressu juris Moscovitici egimus.

**COLLEGII BONONIENSIS DOCTORUM PONTIFICII scilicet & Caesarei Juris Origine & Doctrina; Autore ANGELO GAGGIO, U. J. D. Collegiano & Aniano, nec non in publico Archigymnasio Lectore Ordinario &c.**

Bononiae, ex Typographia Barbiroliana, 1710, 4.

Plag. 14.

la-



**I**nfelicem fœtum producimus, in media quidem urbe Bononia, studiorum matre, natum, sed cujus vel ipsam puderet Accursianam ætatem; adeo incomtus, sine ordine, sine rebus ultimam barbariem sapit, ut plane omni expectatione merito dicendus sit inferior. Quid enim non sperare nos jubeat inscriptio, quæ tam illustris & post renatam juris Romani prudentiam antiquissimi Collegii origines dotesque pollicetur? Quid non Autor, membrum Collegii & ex Antianis, cuique adeo nihil inaccessum esse debuit, quicquid in scrianis istius hactenus latebat. Operiebamur largam post *Alidosum*, itemque *Pancirolo* virum clarissimum messem, quorum hic unde fere de Glossatorum studiis, eruditione, moribus luculentissime egit; quæque is ex spissis hominum illorum Voluminibus decerpta immenso labore collegerat, firmata auctaque iri augurabamur. At Noster profligatum errorem sequens, initia Collegii ex *Theodosii Junioris* Imperatoris Diplomate quodam repetit, quod ut pridem *voſeias* arguerunt *Alciatus*, *Pancirolo* aliique, ita dum integrum exhibet, stylus, circumstantiæ historicæ & singula prope verba imposturam inficeti artificis, quisquis ille fuit, fuit autem Seculo XII aut XIII haud antiquior, evidententer produunt. Porro cum in iisdem tabulis referat commentitius *Theodosius* preces humillimas decrevisse se exaudire, quo & in qua parte Imperii sui Civitatem aptam studio construere debeat, in qua Philosophi, & Poeta & PERITI LEGUM & omnium liberalium artium & facultatum omnium scolaribus scientiam affectantibus debeant liquide promulgare, cum ingenti studio doctrinam studentibus tribuendo &c. itemque constituat non multis interjectis: Si quis autem causidicus, sive judex sententiam aliquam tulerit, nisi in nostra Civitate Bononia supra dicta per quinquennium studuerit, ipsamque sententiam vel sententias annihilamus & irritamus & volumus esse nullam & nullius momenti etiam vel valoris: Noster tamen male sibi constans *Lotharii* Saxonis demum beneficio legum interpretationem in eodem coepisse asserit. Recitat autem hac occasione statutum Leoninum ad prælectiones librorum ordinariorum, ut vocant, neminem admittens, præterquam Civem Bononiensem, cujus

M m m

pri-

prima verba non pigebit hic adscribere: *Considerantes, inquit, quod propter leſuram ordinariam attributam ſolum Doct̄oribus Civibus Civitatis Bononia in qualibet facultate & per ipſos continuatam, & alia privilegia ipſi Doct̄oribus & eorum Collegiis conceſſa, ſtudium cujuſlibet facultatis in Civitate Bononia & maxime in jure Civili fuit per tempora praterita, & eſt hodie conſervatum & auctum, ſtatuímus & ordinamus, quod Doct̄ores vere & naturaliter Cives Civitatis Bononia origine propria, paterna, & avita, vel duabys ſaltem ex eis praſint LECTURIS ORDINARIIS LIBRORUM ORDINARIORUM & qui legi ordinarie conſueverunt, in qualibet facultate, declarantes, in jure Civili Libros ordinarios eſſe CODICEM & DIGESTUM VETUS, extraordinarios INFORCIATUM, DIGESTUM NOVUM, & VOLUMEN; in jure vero Canonico DECRETALEM & DECRETUM de MANE ordinarios eſſe.* Ex quibus liquidum fit, peregrinos Doct̄ores ſaltem ab ordinariis Lecturis, ut loquuntur, arceri, ab extraordinariis non item. Commemorat tamen *Panciroſus* in Vita *Joannis Imoleñſis*, tuſſe Bononienses legem, qua excluſis peregrinis Profeſſoribus ſolos Cives docere valuerint, ſed damnoſo Decreto revocato *Joannem de Imola acciri placuiſſe*. Quae ſi certa ſunt, ſtatutum illud poſtliminio reductum, ſed mitigatum & ad ſolas Lecturas ordinarias reſtrictum fuiſſe oportet. Dum deinceps ad privilegia & immunitates, conſtitutiones item atque conſuetudines Collegii deſcendit Noſter, ſollicitus eſt admodum in enarratione ſolemnium, quae in inaugurationibus Doct̄orum Licentiorumque adhibere moris eſt, ex quibus ipſis tamen nihil magnopere notandum venit. Addit tandem Autor in fine Privilegium *Pſeudo-Theodoſii* ex ſuo Authentico, ut gloriatur, in Archivo publico latente, deſumptum: quod enim in lapide marmoreo in Templo divo *Dominico* ſacro conſpicitur, exemplum ſaltem eſt, a Senatu Bononiendi A. 1507 publice exponi juſſum: porro Diploma *Caroli V* datum Bononiae d. 15 Jan. 1530, ex quo inſignia incrementa accepit Collegium Bononiense. In eo enim Doct̄ores in illud cooptati milites & equites aurati & ſacri *Lateranenſis Palatii Aulae Caſarcae & Imperialis Conſiſtorii Comites* declarantur, facultasque

que eisdem conceditur Doctores, quos dignos judicaverint, equestri dignitate & insignibus donare, Notarios creare, illegitimos natalibus restituere & patriæ potestati subicere, Tutores & Curatores dare, & quæ sunt alia. Subsequitur denique Bulla Pii V, emissa Romæ d. 9 Jul. 1599, in qua cum Caroli tum Pontificum antecessorum literæ & immunitates renovantur & confirmantur.

LE VITE DEGLI ARCADII ILLUSTRI, &c.

i. e.

VITÆ ILLUSTRIUM ARCADUM A DIVERSIS scriptoribus exarata & jussu Societatis publici juris facta a JO. MARIO CRESCIMBENO.

Pars III.

Romæ, apud Anton. Rossium, 1714, 4.

Alph. 1 pl. 12 & Tabb. zn. 10.

POSTquam de hujus operis Parte I in Actis A. 1711 p. 434 & de Parte II A. 1713 p. 500 diximus, nunc tertiam etiam producimus, in qua primum locum hæctus est *Carolus Thomas Cardinialis de Tournon*, in Societate *Idalius Erasmus* dictus, unus e fundatoribus Societatis, cujus vita orationi in ejus honorem a Crescimbeno habitæ brevissimis præfixa est. Oriundus scilicet ex illustri Marchionum Maillard de Tournon profapia, & Aug. Taurinorum 1668 die 21 Dec. natus, habita studiorum ratione Romæ Theologiæ & Juris Doctor factus, Auditoris munus obiit apud Cardinalem Cencium, ipsique Pontifici ita se commendavit vitæ ac morum integritate, ut ab eo Camerarius honorarius declararetur, cui honori accedebat deinde præfectura doctrinæ Christianæ. Missus inde cum aliis, quos missionarios vocant, A. 1701 in Chinam sub nomine Legati a latere, & benigne admodum habitus ab Imperatore, cultus sacri ubivis exercendi libertatem obtinuit. Qua obtenta illico ritus supersticiosos impugnavit omnibusque missionariis, ut illos connivendo quidem hæctenus toleratos penitus abrogarent, publicis edictis injunxit. At tum demum in rabiem conversus Chinesium favor est,

p. 2.

p. 11.  
12.

M m m 2

quam

quam & accendebant porro ipsi missionarii, qui in Goa & Macao erant, dum autoritatem ipsi a Pontifice concessam penitus negarent. Carcere itaque in urbe Macao mancipatus & per aliquot annos indigne habitus, tandem A. 1709 Patribus purpuratis adscriptus est, ac mox vitam cum morte commutavit anno sequenti die 8 Jul.

- F-23- Excipit hunc *Josephus Maria Thomafus*, itidem Cardinalis, *Alcidami Aridii* nomine insignitus, cujus vitam conscripsit  
 25- Antonius Maria Borromæus. Natus hic anno 1649 die 12 Sept. Patre Julio Thomasio de Caro Duce Palmæ, anno ætatis 15 clericorum regularium ordini adscribatur. Falso vero a Mongitore in Bibliotheca Sicula consultoribus sacræ congregationis Indicæ annumeratur. Linguas orientales fere *apud didactos* optime calluit. A. 1709, 1710 & 1712 edidit tres Institutionum Theologicarum antiquorum Patrum tomos, de quibus in Actis nostris dictum est, sed Pater purpuratus factus opus non obolavit. Cùm Cardinalis titulum ægerrime admiserit, severiorem vitæ rationem, qua usus in monasterio fuerat, auxit insuper, nec  
 30- passus est, ut ciborum intra unum diem a se assumendorum impensæ 20 obolos excederent, in elemosynis erogandis ceteroquin tam effusus, ut intra paucos illos menses, quibus honorem illum sustinuit, 5000 scutatos elargiretur. Jam moriturus hæc lateri, quem monumentum designabat, insculpi iussit: *J. M. Presbyter Cardinalis tit. equitii*. Decessit A. 1713 die 1 Jan. Sub finem vitæ fusior ejus historia promittitur, & tandem subjungitur scriptorum catalogus & corporis ejus anatome, in qua p. 36 singularis circumstantia annotata legitur. Fuerat nempe Thomafius summæ per omnem vitam verecundiæ & castitatis; quoties ergo in sectione cadaveris denudaret infimum ventrem Chirurgus, toties quasi injuriam perpeffus aperuisse oculos ab adstantibus observatus est. Proxima post sepulturam die quædam  
 73- dæmone obsessa ad ejus sepulcrum a parentibus deducta rejecto cum saliva grumo sanguinis liberata fertur.

- 83- Sequitur *Araffes Ceraunius*, seu, vero nomine *Philippus Marchesellius*, cujus vitæ Autor est Comes Pompejus de Monte Veteri (Monteveccchio) qui ejus descriptionem a die emortuali ordi-

orditur. Scilicet voti sui compos factus Marchefellius A. 1711 die 30 Jan. post Cœnæ sacræ usum ab ara discessurus expiravit. Natus autem A. 1665 die 12 Octobr. Poesi feliciter litavit. Romæ quidem primam inclaruit Paraphrasi orationis domini- p. 88-  
cæ, quam 12 carminibus, quæ sonulos vocant (*Sonetti*) adorna-  
rat. Et cum in Rivierii & Crescimbeni notitiam venisset, sua-  
davit in patria, Arimini, novam Arcadam colomiam, cujus Vi-  
ce-custos ipse eligebatur. Dein cum Cardinalem de Tour-  
non Chinain commigraturum usque in Hispaniam comitatus  
esset, domum reverfus poematibus sacris & heroicis conscriben-  
dia operam dedit, in medio tamen gloriæ cursu anno ætatis 45  
extinctus.

*Vincentii Auriz*, Panormitani, sive *Imantis Togeaticæ*, vitæ  
historia consinnata legitur ab Antonio Mongitore. Lucem pri-  
mam viderat 1625 die 5. Aug. Ante annum ætat 20 jam admissus  
fuit in Academiam Reaccensorum Panormitanorum (*de Raccefi  
di Palermo*). Primi ingenii ejus factus erant cantiones Siculæ,  
quas mox jocosa, quibus *Andrea Zuonvicini* nomen præfixit, &  
tandem sacræ poemata sequebantur, quæ cuncta Musis Siculis in-  
sertz leguntur. A. 1656 edidit notitias historicas originis & anti- 114-  
quitatis urbis Cefalensis & mox tractatum de ludis equestribus,  
item vitas Gagini Sculptoris celebrioris & Vincentii Romani Pi- 120-  
ctoris, utriusq; Panormitani, Mugnosii novum Laertium ab innu-  
meris, quibus scatebat, erroribus repurgavit in Veritate historica  
eruta seu correctionibus novi Laertii. Ætate provector Mon-  
gitori edendam tradidit Siciliam inventricem, quæ 1704 pro-  
diit, a nobis memorata A. 1707 p. 465. Tandem in plures Erudi-  
torum Societates admissus, A. 1710 die 6 Dec. vitam finivit &  
plura ad omnem Historiam pertinentia in MStis reliquit, quo-  
rum series extat p. 125.

Memoriam *Cardinalis Sperelli*, sive *Esthemii Calidii*, con-  
servavit Hyacinthus Vinciolus. Hic gemellus cum fratre Cesare 131-  
in lucem prodit 1639 die 15 Aug. A. 1675 Academiæ Humo-  
ristarum & paulo post Infœcundorum adscribebatur, & fuit  
unus ex fundatoribus Societatis de propaganda fide. A. 1683 134-  
Episcopus Interamnenfis declaratus ab Innocentio XI fuit, inde

- tamen revocatus Romam, Vicegerentis locum obtinuit, adjuncto munere Doctoris Canonum in sacro pœnitentiaro. A. 1699.
- p. 139. Pater purpuratus factus, atque A. 1707 in Societatem Arcadum susceptus, obiit 1710 die 22 Martii.
147. *Vitalis Jordani*, qui *Serranus Condileus* in Societate dictus, fata recenset Cæsar Bigolottus. Prognatus 1633 die 13 Dec. & mari & terra miles stipendium meruit, ubi aliquando capitis damnatus, propterea quod gladium in superiorem strinxisset, Caraffæ supremi Melitenfium Equitis intercessione liberabatur.
160. Tum ad Mathesim animum applicans, ut melius eidem litaret, militiæ se subtraxit & multorum auxilio adjutus ita profecit, ut cum applausu doceret alios & a Christiana Regina & nomen Mathematici domestici & annuum stipendium impetraret. Postea 1668 in Academia Regia pictorum sculptorumque a Ludovico XIV Romæ erecta, imo & A. 1685 in Archigymnasio Sapiëntiæ Romano Lector Mathematicum, & A. 1672 a Clemente X Architectus militaris in fortalio S. Angeli constitutus est, quo quidem munere sub Innocentio XI iterum excidit. Edidit Euclidem restitutum & in varios Mathematicos veteres commentatus est, pluraque alia, quæ Mathematicis commendantur, ut tract. *de componendis gravium momentis*, & *fundamentum doctrinae motus gravium*, conscripsit. Tandem 1711 die 3 Novembr. epilepsia correptus obiit.
171. *Laurentis Magalotti*, Comitis, sive *Lindori Elatei*, vitam scripsit Salvianus Salvini Abbas, qui de Henrico Newtono Anglo refert, quod, cum in aula Hetruriz Ducis versaretur, dixerit aliquando: *in uno Comite Magalotto se omnes quasi simul invisere academias iisque frui*. Natus Romæ 1637 die 23 Octobr. inter Equites aulicos Ferdinandi II magni Ducis Hetruriz adsciscabatur. Hinc Secretarius factus in Academia (*del Cimeneo* dicta) experimentalis, ad varia porro negotia publica adhibitus fuit & plura per omnem Europam itinera suscepit. A. 1667 prodibant eius tentamina experimentorum naturalium (*I soggetti di Naturale esperienze*) tandemque consiliarius magni Ducis factus est. Plures linguas calluit & in omni fere studiorum genere versatus Musas etiam Hetruscas dilexit, uti ex scriptorum ejus
- 201.
- 204.
- 207.

ejus catalogo, qui p. 212 seqq. vitæ subnectitur, luculentius patet. Mortuus est 1711 die 2 Martii.

*Alexandri Guidi*, qui *Herili Cloonai* nomen adoptaverat, fata Petrus Jacobus Martellus recenset. In formando corpore naturam admodum novercam expertus est. Prodiit enim 1650 die 14 Jan. pectore & humeris monstrose elevatis amplæque dimensionis, luscis oculis & capite corpori ejus breviori plane non conformi. Hos corporis defectus pensavit ad Poesin patriam natum ingenium. Primum edebat Poematum Volumen ad corrupti, uti putabat, seculi gustum accommodatum. Verum indignus erat tanto patre factus, propterea quod aliorum magis quam suo genio indulisset. Mutabat ergo consilium & alia carmina imprimi curabat, quæ per omnem Italiam eum plausu excipiebantur, erantque adeo ad palatum Christianæ, ut confestim eam in Academiam suam Regiam evocaret. Ibi novam carminum genus invenit, irregulare scilicet & pro arbitrio Poetæ expressionibus quibusvis accommodatum. Quod quamvis oppugnaret præter alios Menzinius, in omni Poesi versatissimus, noster tamen Christianæ & Vincentii Gravinae judiciis adjutus triumphavit. Christina defuncta a Farnesio suscipiebatur, quo tempore ultimam manum *Endymioni* imposuit, quem sub *Herili Cloonai* nomine publici juris fecit. Prodebant tunc aliquot diversorum Autorum Tragœdiæ, inter quas Gravina illæ, de quibus diximus nuper Suppl. Tomo VI p. 231 sq. summam laudem consequiebantur. Guidus horum laudem obscuraturus quodammodo, pariter Tragœdiam, *Sophonisben*, scribere cœpit, a quo tamen opere postea destitit, quod eorum, quos loquentes introducebat, characteres, qui in ipso sermone elucet, non satis expressisse amicis crederetur. Hinc homilias Pontificis hodie imperantis carmine expressurus, ut animam exemplo Tassii, (qui cum se ipsum quodammodo exhausto longo ac tædioso poemate videretur, in vicinas urbes excurrerat,) refocillaret, Bononiam secedebat, quam urbem velut triumphans ingressus est, inde patriam Ticinum petebat, quam cum conscripto eruditissimo libello supplici ab onere quodam liberasset, Patriciorum numero adscriptus, Romam rediit, ubi demum sex homilias

p. 230.

237.

242.

Cia

*Clementis XI* in ligatum sermonem translatus splendidissimo opere edebat, quod A. 1712 Pontifici oblaturus, cum curru extra urbem delatus in errorem quendam typographicum, unico in forte in toto opere, incidisset, maximopere conturbatus & animi deliquio correptus, post aliquot horas vita defunctus est A. 1712 die 12 Jan. ætat. 63. Operum ejus catalogus extat p. 246.

P. 254.

Superest *Marcellus Cardinalis de Aste, Candidus Petrosacius* dictus, de quo sequentia annotavit Abbas Carolus Donius. Natus 1657 die 21 Julii Patre Mauricio libero Barone, anno ætatis 25 Præsul factus, varia paulatim majoris momenti munera obtinuit, donec 1692 Archi-Episcopus Atheniensis factus nuncios in Helvetiam mitteretur. Sed cum vim inferret sanitati ejus rigidum clima, Romam rediit post triennium, ubi A. 1699 Pater purpuratus creatus, adjuncto Episcopatu Anconitano, tandem 1709 die 11 Jan. decessit. Et vivus & mortuus vim quandam divinam varii generis ægros sanandi habuit. Sic enim *Laurentius de Ferrētis* Comes diffracto lapsu graviore brachio, acerbissimos, qui inde orti erant dolores, manu Cardinalis tactus, non amplius sensitse fertur. Clericus quidam febre laborans vel sola allocutione Marcelli sanatus, ad munus suum obeundum abiit. Infantem, supra cujus crura duæ currus Cardinalis rotæolvebantur, exclamando sublatis in cælum manibus *o Deus! o Deus!* illæsum servavit. Febriculosa quædam contactu emunctorii ejus, atque alia intensissimo dentium dolore infecta, applicato linteolo sanguine nostri tincto, malum abegerunt. Duæ gravidæ, quarum partus dolores cum vitæ periculo conjunctæ videbantur, applicatis aliquot sancti Cardinalis capillis, feliciter partum edidere. Tacemus exempla alia, quæ hic prolixius enarrantur.

265.

269.

THE HISTORY OF THE MOST NOBLE ORDRE  
of the Garter, &c.

i. e.

ELIÆ ASHMOLE HISTORIA NOBILISSIMI ORDINIS  
*Periscelidis, in compendium redacta.*

Londini, apud A. Bell, W. Taylor & rel. 1715, 8.

Alph. 1 pl. 14 tabb. æn. 3.

Illa.



**I**llustre Ashmolii opus, augusta forma quondam impressum, nunc Serenissimo Walliæ Principi dicatum, & in compendium redactum in publicum prodit, ita tamen, ut nihil quod ad rem facit, desiderari queat, plurima contra correctæ, & ex MSCto a defuncto Autore relicto addita, ac præterea nomina Equitum ad hoc usque tempus continuata deprehendantur. Cap. I introductio generalior ad ordines Equestres occurrit. Virtus bellica suo semper honore fulsit, usque dum Equestri dignitate a reliquis distingueretur, quod & Græcis & Romanis usitatum fuisse novimus. Illud decus pluribus olim collatum, Tiberii tempore demum ad Viros illustri gente ortos est restrictum. Nomen *Equitis* ab *equo* plurimarum linguarum consensu deducitur; *Militis* vox apud Gothos aliosque obtinuit, cum illis esset *miles*, qui equo mereret; inde descendit Anglorum *Knight*, a Saxonico vocabulo *Knecht*; cui vox honoris *Sir*, adjecta, quæ a Græco *κύριος* derivatur. Equitum insignia apud Romanos plerumque fuere Equus & Annulus; apud Germanos, & qui inde originem trahunt, Scutum, Balteus, Gladius, Calcaria aurata. Uti autem quis honore isto decoraretur, opus erat meritis militaribus, gente illustri, & bonis ad tutandam dignitatem necessariis, nisi his a Principe Eques fuisset donatus. Ordines equestres ab aliis communiter collati sunt, solis Hispaniæ Regibus exceptis, qui semet ipsos equites haud una vice crearunt. Ceremoniæ frequentissimæ fuerunt, Baltei traditio, osculi item collatio aut colaphi, usus Balnei, aut Vigiliarum, tactus Gladii interdum consecrati, juramentum & Diploma; atque tanti honos iste æstimatus est, ut haud minimum dignitatis inde summis adeo Principibus accedere fuerit creditum. C. 2 ordines equitum religiosos accurate perceret Autor, eorumque originem illam fuisse existimat, quod equites sacris ordinibus initiati præsentissimum Numinis auxilium sibi pollicerentur. Eadem industria C. 3 sæcularium ordinum historiam brevibus delineat. C. 4 de Castro, Capitulo & Collegio Vindeforiensi, ejusdem reditu annuo atque privilegiis; C. 5 de ordine Periscelidis, in honorem S. Georgii, jam olim ab Arthuro summa veneratione culti, ab Eduardo III anno 23 re-

P. 3.

4.

9.

10.

11.

13.

14.

15.

17.

P. 13 L. giminis instituto agit, eumque & ab antiquitate, & statutis sapientissimis, & paucitate Equitum, numerum 26 nunquam excedentium, ut & plurimum ex illa societate serenissima prosapia illustrium commendat. Statuta ordinis ab Eduardo III primum publicata, & ab Henrico V & VIII, Eduardo VI., Maria, Elifabetha, Jacobo I & Carolo I vel aucta vel immutata; ejusdemque Annales, C. 6; habitum & insignia ordinis C. 7; illius Ministros & Vicarios C. 8; electionem equitis & investituram C. 9 & 10; preparationem ad Equitem presentem introducendum, C. 11 (quo loco animadvertit, summis Principibus supremas inter equites assignari sedes;) installationem vel ipsius Equitis, vel Procuratoris illius, Anglis etiam ab Henrico V & Henrico VIII concessam, C. 12 & 13; notitiam electionis Equestris, extraneo in hunc ordinem lecto factam, ejusdem investituram a legatis ad eum missis peragendam, atque installationem per Procuratorem, C. 14, 15, 16; impensas denique ab Equitibus installationis tempore solvendas C. 17 describit. Solennia Festivitatibus ab ordine quotannis per tres dies continuos celebrandæ a C. 18 ac 23 fufius tradit, quam interdum omissam, sæpius tamen fuisse renovatam, & ab absentibus etiam Equitibus quodammodo celebratam memorat. Dignitate sua Equitem privari posse ob hæresin, trepidam fugam, perfidiam; imo & nimiam prodigalitatem, C. 24 refert, & honores sociis equestribus demortuis habitos C. 25 enarrat. His subnexa sunt nomina omnium, qui hoc equestri ordine fuerunt ornati, ac descriptio insignium, quibus iidem sunt usi, quo in loco Ashmolei errores plurimi corriguntur; sequuntur Catalogus Ministrorum ordinis; statuta ordinis ab Henrico VIII reformata; & Tabula Equitum adhuc superstitem, eo ordine disposita, quem in societate obtinent. Hæc omnia qui penitus nosse cupit, ipsum librum adeat, quem vel indicasse nobis sufficit, cum opus Ashmoleianum ipsum jam pridem prodierit.

507.

541.

## A DISSERTATION ON READING THE

Classics, &amp;c.

i. e.

DISSERTATIO DE LEGENDIS AUTORIBUS  
class.

*classicis, & formando stilo; Auctore HENRICO FELTON,  
SS. Theologiae Doctore, Rectore Wirvellenfi, in agro  
Derbensfi.*

Londini, apud Jonam Bowyer, 1712, 12.

Plag. 14.

**I**N *Præfatione* Rev. Auctoris, methodi & stili sui ratione reddita, Miscellanea quædam affert, quæ his, quæ in ipsa Dissertatione dixerat, affinia sunt. Inter alia linguam Anglicam Latinæ æmulam futuram esse sperat, si illa, quæ nuper de corrigenda illa, & ad certas leges revocanda propofita sint, ab optimis scriptoribus perficiantur. In ipsa *Dissertatione* præmissæ ad illustrem Juvenem suum, in cuius gratiam illam conscripsit, exordio, præmissis item nonnullis de bonæ educationis necessitate, methodo juventuti ingrata & difficultatibus, de variis eruditionis partibus, ejusdemque usu breviter differit. Hic inter alia notat, scriptorum veterum lectionem animam ad res magnas erigere, speciatim classicos commendat, & Græcam linguam fontem esse omnium, quæ in Latina præclara occurrant, Latinos vero tam feliciter Græcos imitatos esse pronunciat, ut exempla præstantiora appareant archetypis, & Roma de Athenis tam ingenio quam armis triumphasse videatur. Quod ipsum etiam comparatis inter se Græcis atque Latinis, Poetis, Historicis, Oratoribus, Philosophis uberius explanat, eaque occasione obiter illos confutat, qui Homeri Poemata sine scopo particulatim scripta, & ab aliis postmodum in eum, quo jam leguntur, ordinem redacta statuunt. Hinc de lingua Latina prædicat, quod illa præstantissimæ quæque cogitationes felicissime exprimi possint. In Poetis, Oratoribus, Historicis Latinis quævis in compositione ipsa admirabilia sese offerre, & ut quidam quasi spiritus, ac genius omnibus illis & singulis proprius sit, ita in quovis tamen scriptore peculiare etiam virtutes eminare docet. In eorum autem lectione duo evitanda esse censet, *primo*, ne ad locos communes referantur verba & sententiæ quæ ad res explicandas afferuntur, cum ea falso sæpe & inepte rebus aliis extra contextum applicentur. *Secundo* a Critica eruditionis parte abstinendum esse; hanc enim a bono sensu &

p. XVII.

1 fqq.

7. fqq.

14. 15.

16.

17.

18.

19 fqq.

23 fqq.

32.

33.

34.

35.

37.

40.

P. 131.

giminis instituto agit, eumque & ab antiquitate, & statutis sapientissimis, & paucitate Equitum, numerum 26 nunquam excedentium, ut & plurimum ex illa societate serenissima profapia illustrium commendat. Statuta ordinis ab Eduardo III primum publicata, & ab Henrico V & VIII, Eduardo VI., Maria, Elisabetha, Jacobo I & Carolo I vel aucta vel immutata; ejusdemque Annales, C. 6; habitum & insignia ordinis C. 7; illius Ministros & Vicarios C. 8; electionem equitis & investituram C. 9 & 10; preparationem ad Equitem presentem introducendum, C. 11 (quo loco animadvertit, summis Principibus supremas inter equites assignari sedes;) installationem vel ipsius Equitis, vel Procuratoris illius, Anglis etiam ab Henrico V & Henrico VIII concessam, C. 12 & 13; notitiam electionis Equestris, extraneo in hunc ordinem lecto factam, ejusdem investituram a legatis ad eum missis peragendam, atque installationem per Procuratorem, C. 14, 15, 16; impensas denique ab Equitibus installationis tempore solvendas C. 17 describit. Solennia Festivitatis ab ordine quotannis per tres dies continuos celebranda C. 18 ac 23 fusius tradit, quam interdum omissam, sæpius tamen fuisse renovatam, & ab absentibus etiam Equitibus quodammodo celebratam memorat. Dignitate sua Equitem privari posse ob hæresin, trepidam fugam, perfidiam, imo & nimiam prodigalitem, C. 24 refert, & honores socii equestribus demortuis habitos C. 25 enarrat. His subnexa sunt nomina omnium, qui hoc equestri ordine fuerunt ornati, ac descriptio insignium, quibus iidem sunt usi, quo in loco Ashmoli errorum plurimi corriguntur; sequuntur Catalogus Ministrorum ordinis; statuta ordinis ab Henrico VIII reformata; & Tabula Equitum adhuc superstitem, eo ordine disposita, quem in societate obtinent. Hæc omnia qui penitius nosse cupit, ipsum librum adeat, quem vel indicasse nobis sufficit, cum opus Ashmolianum ipsum jam pridem prodierit.

501.

541.

A DISSERTATION ON READING THE  
Classics, &c.

i. e.

DISSERTATIO DE LEGENDIS AUTORIBUS  
class.

*classicis, & formando stilo; Autore HENRICO FELTON,*  
*SS. Theologiae Doctore, Rectore Wirvellenfi, in agro*  
*Derbensis.*

Londini, apud Jonam Bowyer, 1712, 12.

Plag. 14.

**I**N *Præfatione* Rev. Autor, methodi & stili sui ratione reddita,  
 Miscellanea quædam affert, quæ his, quæ in ipsa Dissertatio-  
 ne dixerat, affinia sunt. Inter alia linguam Anglicam Latinæ  
 æmulam futuram esse sperat, si illa, quæ nuper de corri-  
 genda illa, & ad certas leges revocanda proposita sint, ab opti-  
 mis scriptoribus perficiatur. In ipsa *Dissertatione* præmissæ  
 ad illustrem Juvenem suum, in cujus gratiam illam conscripsit,  
 exordio, præmissis item nonnullis de bonæ educationis necessi-  
 tate, methodo juventuti ingrata & difficultatibus, de variis eru-  
 ditionis partibus, ejusdemque usu breviter disserit. Hic inter  
 alia notat, scriptorum veterum lectionem animum ad res ma-  
 gnas erigere, speciatim classicos commendat, & Græcam lin-  
 guam fontem esse omnium, quæ in Latina præclara occurrant,  
 Latinos vero tam feliciter Græcos imitatos esse pronunciat, ut  
 exempla præstantiora appareant archetypis, & Roma de Atho-  
 nis tam ingenio quam armis triumphasse videatur. Quod  
 ipsum etiam comparatis inter se Græcis atque Latinis, Poetis,  
 Historicis, Oratoribus, Philosophis uberius explanat, eaque oc-  
 casione obiter illos confutat, qui Homeri Poemata sine scopo  
 particulatim scripta, & ab aliis postmodum in eum, quo jam le-  
 guntur, ordinem redacta statuunt. Hinc de lingua Latina  
 prædicat, quod illa præstantissimæ quæque cogitationes felicissi-  
 me exprimi possint. In Poetis, Oratoribus, Historicis Latinis  
 quævis in compositione ipsa admirabilia sese offerre, & ut qui-  
 dam quasi spiritus, ac genius omnibus illis & singulis proprius  
 sit, ita in quovis tamen scriptore peculiare etiam virtutes emi-  
 nere docet. In eorum autem lectione duo evitanda esse cen-  
 set, *primo*, ne ad locos communes referantur verba & sententiæ  
 quæ ad res explicandas afferuntur, cum ea falso sæpe & inepte  
 rebus aliis extra contextum applicentur. *Secundo* a Critica  
 eruditionis parte abstinendum esse; hanc enim a bono sensu &

p. XVII.

1 fqq.

7. fqq.

14. 15.

16.

17.

18.

19 fqq.

23 fqq.

32.

33.

34.

35.

37.

40.

- P. 41. stilo abstrahere, & infra hominis illustri, cujus causa hæc scribit, sortem esse positam. Quo ipso tamen usui ejus non detrahit, sed eam a consuetudine minorum gentium Criticis solemniter revocare satagit, qui non nisi MSta conferunt, textum autem stabilire nequeunt. His monitis ad alia quædam digreditur, quæ modam præcipue docendi concernunt, atque hic querelam, quod memoria puerorum nimium gravetur, quodq; trium fere aut quatuor annorum spatio, non nisi verba incondita addiscant, non injustam quidem fatetur, sed difficulter illi medelam adhiberi posse, cum ætas puerilis verborum fere tantum capax sit. Interim studia multo facilius provehi posse putat, si ita instituantur pueri, ut non tam libros ex Grammatica, quam Grammaticam ex librorum lectione intelligere discant. Bonos autem autores ita prælegi cupit, ut non minus cogitationum quam dictionis vis ac venustas discipulis pateat. Jam ad stilum formandum propius accedens, primo quidem observat, illos, qui liberalius educati in celebritate versentur, præ aliis dictione excellere posse, idque Cæsaris, Ovidii, Virgilio, Horatii, aliorumque recentioris etiam ætatis exemplis confirmat. Deinde, ut ars naturæ subvenire possit, ostendit, & quatuor imprimis regulas suppeditat. Prima est, ut materia oriatur ex ipso subjecto: secunda, ut cogitationes materiæ; tertia, ut verba cogitationibus conveniant: & quarta, ut omnia iusta quædam proportionem sibi invicem respondeant. Has uberius explicat. Nos brevitate causa saltem potiora, quæ circa tertiam profert, memorabimus. Nimirum inter cogitationes & verba arctissimam intercedere consuetudinem putat, ut qui illas bene digesserit, hæc non minus facile assequatur, modolinguam, qua scribit, probe calleat. Verba ideo adhiberi, ut animi sensa fideliter & perspicue explicentur, quo finem, ob quem illa proferimus, consequamur. Et hinc non sufficere, ut perspicue cogitata nostra exponamus, verum & suavitate opus esse, quo attentionem excitemus, & affectus æque moveamus ac intellectum erudiamus. Inde omnes stili elegantias, omnes dictionis figuras enatas esse. Proinde primum perfectam linguam, qua scribimus, cognitionem requirit, eaque occasione anim-

animadvertit, quod, sicuti Romana lingua corrupta fit, ex quo  
 sceminae Romanae Graecam loqui affectaverint, ita etiam lingua  
 pariter & mores Anglorum depravati fuerint, ex quo Angli  
 ex itinere Gallico reversi tam verbis quam vestibus aliisque  
 rebus Gallos fuerint imitati. Linguas quoque notat supple-  
 mentis opus habere, quibus expleantur voces, quae usu pereant.  
 Rectius autem antiquas revocari, quam peregrinas admitti.  
 Quod in Anglicana lingua fieri imprimis conveniat, cujus prop-  
 rius fere character fit, quod paucis exprimat multa, & cum ora-  
 tione pressa, quam Tullius vocat, conveniat. Requirit porro per-  
 spicuitatem, eosque, qui contra illam peccant, graviter delineat.  
 Nec varias illas figuras, quae ad animi nostri affectus in oratione  
 exprimendas excogitatae sunt, negligendas putat, eoque im-  
 primis refert metaphoram, similitudinem, & illas imagines, quae  
 vividis maxime coloribus rem representant. De quibus non-  
 minus ac de epithetis praecipua lectu digna suppeditat. Deni-  
 que inculcat, in nobilioribus & gravioribus argumentis, sacris  
 praesertim atque divinis, pro dignitate & majestate rerum cogi-  
 tandum aequae ac scribendum esse. Neminem hic cum scriptori-  
 bus divinitus inspiratis comparari posse affirmat, Miltonumque  
 ipsum, quod Homero & Virgilio majestate cogitationis & nito-  
 re dictionis superior habeatur, non nisi sacris literis acceptum re-  
 ferre. Ceterum lectionem Oratorum, Poetarum, & celebri-  
 orum in quovis genere Autorum commendat imprimis, qua de-  
 mum fieri putat, ut & de elegantia cujusvis scripti accurate ju-  
 dicare, & ipsi bene scribere valeamus. Atque hic de gustu sa-  
 no & vitioso differit, ac porro de imitatione prolixè agit, neque  
 minus de versione atque paraphrasi quaedam observat. Imita-  
 tionem servilem ad plagium refert, quae antiqui Auctores nostris  
 temporibus ita accommodantur, ut scena saltim & personae muten-  
 tur, veramque imitandi rationem exemplis Horatii & Tul-  
 lii, & hujus praeterea non minus ac Quintiliani praecipitis propo-  
 sitam, aliorum rursus exemplis, illustrat. Platonem notat Ho-  
 meri versus in prosa imitatum esse, nec tamen quoad poeticam  
 phantasiam, verum quoad dictionis copiam, majestatem, subli-  
 mitatem. Terentium imitatore[m] fuisse Menandri, non ex-

p. 86.  
 87.  
 88.  
 89.  
 91, 92.  
 97.  
 98.  
 99. qq.  
 107 lqq.  
 110.  
 113.  
 125 lqq.  
 133 lqq.  
 176 lqq.  
 183 lqq.  
 189.

N. n. 3: scri-

- scribendo, vel transferendo, sed ex antiqua materia novam quasi fabricam extruendo. Horatium antiquos Lyricos secutum, molliorem, amorem & hilaritatem gravitate & sublimitate temperasse. Atque ita in Virgilio imitationem Theocriti, in Hesiodo Homeri elucescere. Eam itaque veram demum imitationem asserit, cum ratio scribendi ac cogitandi, & genius Auctoris, quem elegimus, ita nobis proprius est, ut non describentes illum quidem aut singularibus ejus cogitationibus & phrasibus utentes, eodem tamen, quo ille, modo scribere videamur. Admodum vero difficile esse fateatur Græcos & Romanos imitari, non solum ob diversitatem linguarum, quibus nunc utimur, sed præcipue etiam, quod linguæ hæc sint pæne mortuæ, pauci præterea Auctores pro materiæ diversitate supersint, atque hinc ipsa ætate, tum prædanticis, quas vocat, elucidationibus obscuriores redditi fuerint. Sic si Horatium ex. gr. imitari quisquam velit, eum ad certum phrasium ejus catalogum restringi, eoque necesse esse, ut tot animi cogitata plane ab iis rebus, quæ Poeta tractavit, diversa ex iis compilet, quæ ex toto Romanæ linguæ, quæ Horatio patebat, ambitu, apte ad rem seligere ipse potuerit. Quæ cum ita sint, suadet Auctor, ut ad exemplum Romanorum, Græcos vernacula sua imitantium, nostra etiam veteres æmulemur. Longe enim facilius lingua viva quam mortua excellere scriptores. Miltoni & Coultzi exemplis inter alia docet, quorum Anglica poemata Latinis, licet pariter præstantibus, multum sint præferenda. Ad ipsos Auctores, quos in Theologico, Historico, Poetico dicendi genere imitari deceat delatus, de civibus suis generatim judicat, quod ad gratiam & elegantiam veterum propius accedant. Speciatim vero celeberrimum Theologorum, Tillotsoni, Burneti, Dukii, Beveregii dictionem contemplatur, simulque observat, quod licet divina oracula optime exprimantur lingua, qua revelata sint, & neque ornamentum neque emendationem patiantur, praxis tamen virtutum Christianarum omnem humani ingenii & eloquentiæ vim admittat. Cumque argumenta Christianorum Oratorum multis parafangis ad persuadendum magis idonea sint, quam paganorum Græcorum atque Romanorum, miratur Noster.
- cur



cur illi tamen ab his sæpe superentur; ejusque rei causa explorata arbitratur, si Orator, Demosthenis spiritu & Tullii genio præditus, ad Theologiam moralem accesserit, mirificos inde effectus secuturos. Ad stilum Historicum se convertens, difficultate scribendi historiam una cum requisitis historici exposita, quo modo stilus ille comparatus esse debeat, ostendit, & e Græcis Herodoto atque Thucydide, e Romanis Sallustio & Livio laudatis, speciatim stilum illorum describit, & Sallustium cum Thucydide, Livium cum Herodoto, Thucydide & Sallustio comparat, quaque ratione inter se convenient, vel minus, erudite dijudicat. Historiam quoque cum Oratoria confert, & in Historico plus requiri, quam in Oratore censet. In Historicis Anglis, virtutibus illorum deprædicatis, illud desiderat, quod legum ac statutorum insertione tædium pariant. Speciatim quidem stilum historicum Francisci Baconis Verulamii reprehendit, & contra Waltheri Raleigh laudat, & observat, optimos scriptores tempore Elizabethæ Reginæ floruisse. Laudat etiam Burnetum, Sprati, Episcopi Rossensis, Historiam Societatis Regiæ, & Eduardi Ciarendoniæ Comitis commentarios. In Poesi modernos Comicos Anglos melioris notæ non negligendos suadet, quod ad familiarem scribendi rationem viam quasi aperiant. Tum Addisoni, Prioris, Chauceri, Spenceri, Shakespearis, Miltoni, Philippi, Coukæi, Walleri, Granvillii, Denhami, Drydeni, Otwayi, Poetarum Anglorum, characteres vivide repræsentat. Inter Tragicos Anglos Shakespearium, Baumontium, Fletcherum, Drydenum, Southernum, Congrevium, aliosque memorat imprimis, & Anglos Poetas cum veteribus componit, & commendatis tandem præstantioribus veteris & recentioris ævi scriptoribus, ut ad elegantias illorum cognoscendas facilius adducamur, nonnullos pessimæ notæ scriptores subinde legi suadet.

p. 220. sq.

223 sqq.

229 sqq.

241.

242.

243.

244.

245.

247.

248.

253.

254 sqq.

267.

269.

271.

EXCERPTA E LITTERIS C. G. AD \*\*\*

Reziomonte datis.


**D**E problemate Arithmetico hæc habeo. Cum Londini essem, nescio quo casu observabam numeros quadratos, si inde 2:

sub



**J. W. ZEHENDMEYER** SOLUTIO PROBLE-  
*matum quorundam ab Illustriss. FERD. ERN. Comite ab*  
*HERBERSTEIN in Actis Anni MDCCXVI M. Jun p. 284.*  
*seqq. Mathematicum Cultoribus propositorum.*

**Q**Uæ proposuit nuper Illustrissimus Comes ab Herber-  
 stein problemata, facili opera solvi posse autumo proble-  
 mate in hoc negotio generali, scilicet: Datis tribus lateribus Tri-  
 anguli sive rectanguli, sive obliquanguli, invenire numeros an-  
 gulis inscribendos, quorum duo semper lateris interjacentis  
 quantitati æquales existant. Addantur omnia tria latera, at-  
 que a dimidio summæ subtrahantur singula latera, residuum  
 semper dabit numerum Angulo opposito inscribendum. Sic  
 quoad problema 2 data soliditate coni 12936 inter alia Trian-  
 gula sua circumvolutione hunc generantia esse poterit Rectan-  
 gulum fig. A, servata sc. proportione diametri ad peripheriam  
 ut 1 ad  $3\frac{7}{8}$ , quæ si displicet, ad quantitates abstractas tota opera-  
 tio referenda est. Problema 8 dabit Triangulum rectangu-  
 lum, cujus perpendicularis est Sinus Rect. datæ Elevationis po-  
 li, Basis hujus complementum & Hypotenusa Sin. Tot. v. g.  
 hic Lipsiæ Elevatio  $51^{\circ} 22'$  fiet Triangulum desideratum fig.  
 B. In problemate 9 sit Basis a Christo nato usque ad Carolum  
 M. 800, Crus alterum a Carolo M. usque ad Carolum V 719, ab  
 hoc usque ad annum in problemate propositum 197 crus alte-  
 rum, & emerget Triang. fig. C. Hæc si tali modo ad palatum  
 Illustrissimi Comitis soluta fuerint, ceterorum solutio proxime  
 sequetur; sin minus, dubia benevole communicet, rogatur.



Ooo

- scribendo, vel transferendo, sed ex antiqua materia novam quasi fabricam extruendo. Horatium antiquos Lyricos secutum, mollitiem, amores & hilaritatem gravitate & sublimitate temperasse. Atque ita in Virgilio imitationem Theocriti, in Hesiodo Homeri elucescere. Eam itaque veram denique imitationem asserit, cum ratio scribendi ac cogitandi, & genius Auctoris, quem elegimus, ita nobis proprius est, ut non describentes illum quidem aut singularibus ejus cogitationibus & phrasibus utentes, eodem tamen, quo ille, modo scribere videamur. Admodum vero difficile esse fatetur Græcos & Romanos imitari, non solum ob diversitatem linguarum, quibus nunc utimur, sed præcipue etiam, quod linguæ hæc sint præne mortuæ, pauci præterea Auctores pro materiæ diversitate supersint, atque hinc tum ipsa ætate, tum prædanticis, quas vocat, elucidationibus obscuriores redditi fuerint. Sic si Horatium ex. gr. imitari quisquam velit, eum ad certum phrasium ejus catalogum restringi, eoque necesse esse, ut tot animi cogitata plane ab iis rebus, quæ Poeta tractavit, diversa ex iis compilet, quæ ex toto Romanæ linguæ, quæ Horatio patebat, ambitu, apte ad rem seligere ipse potuerit. Quæ cum ita sint, suadet Auctor, ut ad exemplum Romanorum, Græcos vernacula sua imitantium, nostra etiam veteres æmulemur. Longe enim facilius lingua viva quam mortua excellere scriptores. Miltoni & Coultzi exemplis inter alia docet, quorum Anglica poemata Latinis, licet pariter præstantibus, multum sint præferenda. Ad ipsos Auctores, quos in Theologico, Historico, Poetico dicendi genere imitari deceat delatus, de civibus suis generatim judicat, quod ad gratiam & elegantiam veterum propius accedant. Speciatim vero celeberrimum Theologorum, Tillotsoni, Burneti, Dukii, Beveregii dictionem contemplatur, simulque observat, quod licet divina oracula optime exprimantur lingua, qua revelata sint, & neque ornamentum neque emendationem patiantur, praxis tamen virtutum Christianarum omnem humani ingenii & eloquentiæ vim admittat. Cumque argumenta Christianorum Oratorum multis parafangis ad persuadendum magis idonea sint, quam paganorum Græcorum atque Romanorum, miratur Noster,
- cur

cur illi tamen ab his sæpe superentur; ejusque rei causa explorata arbitratur, si Orator, Demosthenis spiritu & Tullii genio præditus, ad Theologiam moralem accesserit, mirificos inde effectus secuturos. Ad stilum Historicum se convertens, difficultate scribendi historiam una cum requisitis historici exposita, quo modo stilus ille comparatus esse debeat, ostendit, & e Græcis Herodoto atque Thucydide, e Romanis Sallustio & Livio laudatis, speciatim stilum illorum describit, & Sallustium cum Thucydide, Livium cum Herodoto, Thucydide & Sallustio comparat, quaque ratione inter se convenient, vel minus, erudite dijudicat. Historiam quoque cum Oratoria confert, & in Historico plus requiri, quam in Oratore censet. In Historicis Anglis, virtutibus illorum deprædicatis, illud desiderat, quod legum ac statutorum insertione tædium pariant. Speciatim quidem stilum historicum Francisci Baconis Verulamii reprehendit, & contra Waltheri Raleigh laudat, & observat, optimos scriptores tempore Elisabethæ Reginæ floruisse. Laudat etiam Burnetum, Sprati, Episcopi Rossensis, Historiam Societatis Regiæ, & Eduardi Ciarendoniz Comitis commentarios. In Poesi modernos Comicos Anglos melioris notæ non negligendos suadet, quod ad familiarem scribendi rationem viam quasi aperiant. Tum Addisoni, Prioris, Chanceri, Spencersi, Shakespearis, Miltoni, Philippi, Coultzi, Walleri, Gravillii, Denhami, Drydeni, Otwayi, Poetarum Anglorum, characteres vivide repræsentat. Inter Tragicos Anglos Shakespearium, Baumontium, Fletcherum, Drydenum, Southernum, Congrevium, aliosque memorat imprimis, & Anglos Poetas cum veteribus componit, & commendatis tandem præstantioribus veteris & recentioris ævi scriptoribus, ut ad elegantias illorum cognoscendas facilius adducamur, nonnullos pessimæ notæ scriptores subinde legi suadet.

p. 220. sq.

223 sqq.

229 sqq.

241.

242.

243.

244.

245.

247.

248.

253.

254 sqq.

267.

269.

271.

## EXCERPTA E LITTERIS C. G. AD \*\*\*

*Regiomonte datis.*

**D**E problemate Arithmetico hæc habe. Cum Londini essem, nescio quo casu observabam numeros quadratos, si inde 2:

sub

subtraxeris, non esse divisibiles (sine fractione) per 3, cum autem facile sit numerum quantumvis magnum mutata unica nota in alium convertere, qui dividi possit per 3, inventa erat eadem facilitate regula: dato numero quocunque ita mutare notam unicam, ut certum sit numerum sic mutatum per omnes transpositiones possibiles non exhibere quadratum; quæ observatio placere videbatur Nicolao Bernoullio tum præsentem, & quem hujus interventu amicum habui, sagacissimo Moivre, & sufficit ad efficiendum id quod literis meis ultimis pollicitus eram. Jam vero plus dare possum, quam tum ipse noveram. Sit datus numerus quicunque 3864495399726244,

dataque in eo mutanda nota ultima 4, si illam mutavero in 3, dicam transpositionem quamcunque numeri sic mutati nullam continere radicem quadratam (quod tunc inveneram) sed nec ullam (quod nunc addo) alius ulterioris potestatis, hoc est, omnia ejus latera  $\sqrt[2]{3} \sqrt[3]{3} \sqrt[5]{3} \sqrt[7]{3} \sqrt[11]{3}$  &c. in infinitum surda esse. Totum autem mysterium, ut ferum fatear, huc redit: numerum in se ductum vicibus quibuscunque nunquam producere multipulum, qui sublatis omnibus novenariis relinquat 3 vel 6; unde contra sequitur, numerum, qui ablatis omnibus novenariis relinquit 3 vel 6, nullas admittere radices cujuscunque potestatis in numeris rationalibus. In exemplo numerus assumptus sublatis omnibus 9 relinquit 4, quare minuendus erat unitate, ut relinqueret 3 ad præstandum quod quærebatur. Et generatim omnes numeri qui habent radices racionales potestatis subductis omnibus novenariis relinquunt unum ex his

dae vae lae mae


2.	8.	14.	20.	26.	32.	38.	&c. in infin.	} O. I. 4. 7.
4.	10.	16.	22.	28.	34.	40.	&c. - - - -	
3.	9.	15.	21.	27.	33.	39.	&c. - - - -	O. I. 8.
5.	11.	17.	23.	29.	35.	41.	&c. in infin.	} O. I. 2. 4. 5. 7. 8.
7.	13.	19.	25.	31.	37.	43.	&c. - - -	
6.	12.	18.	24.	30.	36.	42.	&c. - - -	O. I.

(progressiones continuo crescunt per 6) &c.

J.W.

**J.W.ZEHENDMEYERI SOLUTIO PROBLE-  
matum quorundam ab Illustriss. FERD. ERN. Comite ab  
HERBERSTEIN in Actis Anni MDCCXVI M. Jun p. 284.  
seqq. Mathematicum Cultoribus propositorum.**

**Q**Uæ proposuit nuper illustrissimus Comes ab Herber-  
stein problemata, facili opera solvi posse autumo proble-  
mate in hoc negotio generali, scilicet: Datis tribus lateribus Tri-  
anguli five rectanguli, five obliquanguli, invenire numeros an-  
gulis inscribendos, quorum duo semper lateris interjacentis  
quantitati æquales existant. Addantur omnia tria latera, æt-  
que a dimidio summæ subtrahantur singula latera, residuum  
semper dabit numerum Angulo opposito inscribendum. Sic  
quoad problema 2 data soliditate coni 1 29 36 inter alia Trian-  
gula sua circumvolutione hunc generantia esse poterit Rectan-  
gulum fig. A, servata sc. proportione diametri ad peripheriam  
ut 1 ad 37, quæ si displicet, ad quantitates abstractas tota opera-  
tio referenda est. Problema 8 dabit Triangulum rectangu-  
lum, cujus perpendicularis est Sinus Rect. datæ Elevationis po-  
li, Basis hujus complementum & Hypotenusa Sin. Tot. v. g.  
hic Lipsiæ Elevatio 51° 22 sisset Triangulum desideratum fig.  
B. In problemate 9 sit Basis a Christo nato usque ad Carolum  
M. 800, Crus alterum a Carolo M. usque ad Carolum V 719, ab  
hoc usque ad annum in problemate propositum 197 crus alte-  
rum, & emerget Triang. fig. C. Hæc si tali modo ad palatum  
Illustrissimi Comitis soluta fuerint, ceterorum solutio proxime  
sequetur; sin minus, dubia benevole communicet, rogetur.



Ooo

*EXCERPTA E LITERIS ILLUSTRISS. FERDINANDI ERNESTI Comitis ab HERBERSTEIN, de solutione Problematum suorum, datis Praga d. 7 Martii Anni 1717.*

**I**ngeniosæ sunt acutissimi Zehendmeyeri solutiones, sed particulares, solique triangulo affixæ; operæ proinde pretium foret, juxta conditiones Problematis inter proposita primi, species posibles figurarum rectilinearum universaliter determinare, atque hujus determinationis beneficio reliqua pari universalitate expedire.

*ANECDOTA, QUÆ EX AMBROSIANÆ Bibliothecæ Codicibus nunc primum eruit LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, Serenissimi Ducis Mutinæ Bibliothecarius.*

*Tomus III & IV.*

Patavii, typis Seminarii, apud Jo. Manfre, 1713, 4.

Alph. 3 plag. 7.

**Q**UUM Bibliothecæ, quæ Mediolani in Collegio Ambrosiano patet, Præfecti munere fungeretur clarissimus Muratorius, in colligendis Opusculis veterum Scriptorum nunquam antea publici juris factis operam potissimum collocavit, eorumque duos Tomos, in Actis A. 1698 p. 57 & A. 1699 p. 304 memoratos, in lucem protraxit. Ut vero Mutinam postea evocatus esset, ad regendam Bibliothecam, telam tamen cœptam pertexere instituit, ac binos denuo Tomos junctim evulgavit, quos Joanni Cornelio, Venetiarum Duci, consecravit. Quamobrem & nos de utroque more nostro dicturi, in tertio animadvertimus primo loco Q. Septimii Florentis *Tertulliani* librum de *Oratione*, quem quidem e vetustissimo codice A. 1545 Parisiis omnium primus edidit Jo. Gagnejus, verum Nic. Rigaltius mutilum ac coronide destitutum esse deprehendit, ut adeo Noster integrum eum communicare, & notis tum suis tum Guidonis Panciroli, quæ partim obscurum Tertulliani sensum exponerent, partim historicas eruditasque libelli istius reliquias illustrarent, exornare conatus fuerit. Secundo compareret *Steph-*  
*nardi*



*wardi* de Vicomercato Ordin. Prædicator. Poema Heroicum *de rebus gestis in civitate Mediolanensi* sub Othone Vicecomite, qui A. 1263 ad Archi-Episcopatum Mediolanensem evectus est, & varia fortuna usus sedem tandem A. 1277 simulque imperium urbis obtinuit, Turrianis ex ea cedere coactis. Poeta e familia, quæ & hodie Mediolani inter nobilissimas numeratur, ortus & Othoni charus usque ad A. 1277 carmen perduxit, ac A. 1297 in vivis esse desit. Eum cum Gvalvaneo Flamma a Paulo Jovio & Vossio patre confundi hac occasione monet Muratorius, & Gvalvanei Manipulum florum, in quo nonnullos versus ex Stephanardi historia repetiit, alio tempore evulgare se velle pollicetur. Sequitur Anonymi liber *de Computo*, cujus Auctorem circiter A. 810 floruisse conjicit, cui quidem Prologum *Cyrilli Alexandrini Episcopi de ratione Paschatis* eo consilio præmittit Cl. Editor, ut, licet Petavius istum jam in lucem emiserit, ambo tamen exemplaria, mendis scatentia, inter se invicem conferri possint, & hoc modo genuinus Cyrilli sensus ab ejusmodi rerum ecclesiasticarum peritis indagari. Exhibet porro *Hildeberti* Cenomanensis Episcopi breves *Epistolæ* numero quinque, & unam *Ivonis* Carnotensis, quam cum Hildebertinis in MSto Codicetonjunctam invenit, nec non *Sermones* duos, quorum alter in Adventu Domini habitus, alter in Concilio Carnotensi pronuntiatus fuit. Ac posterior quidem, quem imperfectum esse arbitratur, notari inprimis meretur, eo quod trium saltem sacramentorum, matrimonii, baptismi & eucharistiz, in illo mentio facta est. † Ceterum de Hildeberto plura inedita in apuricum produxisse doctissimus Editor, si Jacobi Hommey Supplementum Patrum & nova editio Operum Hildebertinorum, quæ in Gallia ante aliquot annos prodiit, ad manus ipsi fuissent, quo edita a nondum editis accurate distinguere potuisset. Progredimur ad *Gezonis*, primi Abbatis Derthonensis, librum *de corpore & sanguine Christi*, ad ipsos monasterii Monachos scriptum, quem antehac in duabus aliis Italiz Bibliothecis vidit Mabillonius, qui præfationem duntaxat indicemq; capitulorum Museo Italico inseruit. Noster igitur integram eum communicat, & præfationi versus nonnullos tum *Odonis*, Abbatis

Cluniacensis, tum *Paschasi Ratberti* de eodem argumento addit. Denique sese offert *Aenea Silvii Piccolominei*, Episcopi Senensis, qui postea ad Pontificatum Maximum euectus Pius II appellatus est, Oratio de *Compactatis Bobemorum*, quam iussu Friderici Imperatoris & Ladislai Bohemix Hungarixque Regis Romæ A. 1456 coram Callisto III Papa habuit, quaque id potissimum egit, ut libertas Husitarum sacra Cœna sub utraque specie utendi, a Concilio Basileensi concessa, solenniter ab Apostolica Sede confirmaretur.

In quarto Tomo primum locum occupant *S. Maximi*, Episcopi Taurinensis, *Sermones*, qui varias res ecclesiasticas complectuntur, in quibus Muratorius complures ex MSto quodam vetustissimo primus nunc protulit, & præterea eos, qui editi jam fuerant inter Opera Ambrosii & ipsius Maximi, aut apud Mabillonium leguntur, diligenter contulit. Excipit hos *Antiphonarium Monasterii Benchorensis*, quod celebre olim fuit in Ultonia Hibernix provincia, & ab altero Cœnobio Benchorensi in Wallia Anglix provincia sito distingui omnino debet. Hymni ab Abbatibus inde a seculo V maximam partem confecti sunt, & unus eorum *Patricio* Scotorum Magistro tribuitur, ex quo rectius edoceri possunt illi, qui non solum Patricii res gestas, sed ipsum quoque Patricium inter fabulas Romanenses amandandum esse suspicantur. Succedit *Manegaldi Opusculum*, in quo adversus *Wolfeum* Coloniensem disputat, ejusque errores salte perstringit, ac pro Gregorio VII Pontif. Rom. militat. Hinc sistuntur *Supplementa* quædam *Historiarum Jo. de Cermenate*, quas Noster Tomo secundo insererat, quo demum edito integrum earundem exemplar a Lazaro Augustino Cotta, Jcto Novariensi, accepit. Sub finem enarrantur *Vita Patriarcharum Aquilejensium*, usque ad Nicolai Patriarchæ obitum perductæ, ac sub initium seculi XV, ut Cl. Editor opinatur, concinnatæ; quamvis enim Sigonius, Panvinus, Sabellicus, Candidus, Ughellus aliique vitas istas conscripserint, nihilominus tamen, quum in Ambrosiano Codice nonnulla hand contemnenda illis ignota deprehenderet Noster, easdem Anecdoticis suis adjungere operæ pretium duxit.

CELE-

**CELEBERRIMORUM VIRORUM EPISTOLÆ**  
*de re numismatica ad M. ZACHARIAM GOEZIUM*  
*data: Accessit appendix loco Musæum GOEZIANUM*  
*ad Dissertationes de numis prorsus junctim editas.*

Wittebergæ, apud viduam Meifelianam, 1716, 8.

Plag. 19.

**P**ostquam de Dissertationibus, quas de numis nuper edidit Cl. Gœzius, in his Suppl. Sect. IX p. 439 diximus, proximum est, ut de Epistolis his, quæ maximam partem e Dissertationibus illis natæ sunt, paucis quoque hoc loco agamus. Autores habent, Gerardum Abbatem Luccensem, Gisb. Cuperum, J. A. Schmidium, & viros alios in re numismatica versatissimos. Prima epistola Abbati Gerardo debetur, in qua post alia musæi sui in jicit mentionem. Istud vero invidenda numerorum multitudine, ex quo vis metallo, præsertim auro, ultra privati modum abundare, non diffitetur. In Bibliotheca, cui inscripta novimus verba: *Fructus sancti calibatus*, plus quam 1600 volumina primæ magnitudinis, bonam partem Gallico more vestita, continentur. Concharum numerus ultra 2000 excurrit, in quibus multæ, quas inter rarissimas numeres. Rariora quoque tam naturalia quam artificialia, tum & mineralia, non contemendam ejus partem constituunt. Epistola III est Gisb. Cuperi, in qua de Cl. Gœzii Diss. primum aliqua monet, tum certiore se factum, affirmat, in bibliotheca quadam Florentiæ Xenophontis Ephesiaca servari, seque id jam agere, ut per amicos, quos Romæ habeat amplissimæ dignitatis, ista typis describantur. Enimvero veremur, ne morte summi viri, (decessit enim Anno superiori 1716) ipse illa decollaverit. Scripserat & in hac epistola Cl. Cuperus quædam de libris, quos vocant *Romans*. Hinc Cl. Gœzius annotationes de ejusmodi libris nonnullas addidit, ubi inter alia de singulari Schuppîi in Barclajum amore disserit. Vidit scilicet Autor aliquando Barclaji codicem, quem filio suo donaverat B. Schuppîus; cui hæc inscripserat: Eruditio est singulare hominis decus, eruditi singulare ornamentum est eloquentia. *Zierlichkeit in Reden ist der Korb, darinne man alle Wissenschaft zu Marckte trägt, so man Geld dafür haben will.* Fili, Anton Meno, mitto tibi hunc Barclajum, Ro-

P. 20.

23.

Cluniacensis, tum *Paschasi Ratberti* de eodem argumento addit. Denique sese offert *Anea Silvii Piccolominei*, Episcopi Senensis, qui postea ad Pontificatum Maximum euectus Pius II appellatus est, Oratio *de Compactatis Bobemorum*, quam iussu Friderici Imperatoris & Ladislai Bohemix Hungarixque Regis Romæ A. 1456 coram Callisto III Papa habuit, quaque id potissimum egit, ut libertas Husitarum sacra Cœna sub utraque specie utendi, a Concilio Basileensi concessa, solenniter ab Apostolica Sede confirmaretur.

In quarto Tomo primum locum occupant *S. Maximi*, Episcopi Taurinensis, *Sermones*, qui varias res ecclesiasticas complectuntur, in quibus Muratorius complures ex MSto quodam vetustissimo primus nunc protulit, & præterea eos, qui editi jam fuerant inter Opera Ambrosii & ipsius Maximi, aut apud Mabillonium leguntur, diligenter contulit. Excipit hos *Antiphonarium Monasterii Benchorensis*, quod celebre olim fuit in Ultonia Hibernix provincia, & ab altero Cœnobio Benchorensi in Wallia Anglix provincia sito distingui omnino debet. Hymni ab Abbatibus inde a seculo V maximam partem confecti sunt, & unus eorum *Patricio* Scotorum Magistro tribuitur, ex quo rectius edoceri possunt illi, qui non solum Patricii res gestas, sed ipsum quoque Patricium inter fabulas Romanenses amandandum esse suspicantur. Succedit *Manegaldi Opusculum*, in quo adversus *Wolfehelmum* Coloniensem disputat, ejusque errores false perstringit, ac pro Gregorio VII Pontif. Rom. militat. Hinc sistuntur *Supplémenta* quædam *Historiarum Jo. de Cermenate*, quas Noster Tomo secundo inseruerat, quo demum edito integrum earundem exemplar a Lazaro Augustino Cotta, Jcto Novariensi, accepit. Sub finem enarrantur *Vita Patriarcharum Aquilejensium*, usque ad Nicolai Patriarchæ obitum perductæ, ac sub initium seculi XV, ut Cl. Editor opinatur, concinnatæ; quamvis enim Sigonius, Panvinus, Sabellicus, Candidus, Ughellus alique vitas istas conscripserint, nihilominus tamen, quum in Ambrosiano Codice nonnulla hand contemnenda illis ignota deprehenderet Noster, easdem Anecdoticis adjungere operæ pretium duxit.

CELE-

**CELEBERRIMORUM VIRORUM EPISTOLAE**  
*de re numismatica ad M. ZACHARIAM GOEZIUM*  
*dadae. Accessit appendicis loco Musaeum GOEZIANUM*  
*ad Dissertationes de numis prorsus junctim editas.*

Wittebergæ, apud viduam Meiselianam, 1716, 8.

Plag. 19.

**P**OSTquam de Dissertationibus, quas de numis nuper edidit Cl. Gœzius, in his Suppl. Sect. IX p. 439 diximus, proximum est, ut de Epistolis his, quæ maximam partem e Dissertationibus illis natae sunt, paucis quoque hoc loco agamus. Autores habent, Gerardum Abbatem Luccensem, Gisb. Cuperum, J. A. Schmidium, & viros alios in re numismatica versatissimos. Prima epistola Abbati Gerardo debetur, in qua post alia musei sui injicit mentionem. Istud vero invidenda numerorum multitudine, ex quo vis metallo, præsertim auro, ultra privati modum abundare, non diffitetur. In Bibliotheca, cui inscripta novimus verba: *Fructus sancti calibatur*, plus quam 1600 volumina primæ magnitudinis, bonam partem Gallico more vestita, continentur. Concharum numerus ultra 2000 excurrit, in quibus multæ, quas inter rarissimas numeres. Rariora quoque tam naturalia quam artificialia, tum & mineralia, non contemnendam ejus partem constituunt. Epistola III est Gisb. Cuperi, in qua de Cl. Gœzii Diss. primum aliqua monet, tum certio rem se factum, affirmat, in bibliotheca quadam Florentiæ Xenophontis Ephesiaca servari, seque id jam agere, ut per amicos, quos Romæ habeat amplissimæ dignitatis, ista typis describantur. Enimvero veremur, ne morte summi viri, (decessit enim Anno superioriori 1716) spes illa decollaverit. Scripserat & in hac epistola Cl. Cuperus quædam de libris, quos vocant *Romans*. Hinc Cl. Gœzius annotationes de ejusmodi libris nonnullas addidit, ubi inter alia de singulari Schuppil in Barclajum amore differit. Vidit scilicet Autor aliquando Barclaji codicem, quem filio suo donaverat B. Schuppius, cui hæc inscripserat: Eruditio est singulare hominis decus, eruditi singulare ornamentum est eloquentia: *Zierlichkeit in Reden ist der Korb, darinne man alle Wissenschaft zu Marckte trägt, so man Geld dafür haben will.* Fili, Anton Meno, mitto tibi hunc Barclajum, Re-

P. 20.

23.

*Romam Romano qui docet ore loqui.*

Librum hunc in juventute mea decies legi & relegi. Si sapiſ, imo ut ſapiſ, & libri hujus elegantiam percipies. Fac, quod me feciſſe audis.

*Leſſio leſta placet, decies repetita placebit.*

*Job. Balchazar Schuppius mpr.*

- P 28. Epiftola IV idem Cuperus indicat, ſe juſto opere demonſtraturum, therapevtas Philonis nullo modo eſſe Chriſtianos divi Marci diſcipulos; & epift. V quædam a Noſtro ſibi expetit, quæ  
 38. illuſtrando Alexandro ſuo vel vero vel falſo inſerviant, quos libros ut abſolvere poſſit, optat. Cum & inter Cuperum & Goëzium orta fuerit controverſia de Chreſto Suetonii, quem Chriſtum eſſe Cuperus aſſerebat, negante contra Cl. Goëzio; hinc multa in his Epiftolis inveniuntur, quæ ad controverſiæ hujus illuſtrationem pertinent. Ceterum his Epiftolis Muſæi ſui, h. e. numophylacii & phyſiotechnei recenſionem annectere Cl. Goëzio placuit, præmiſſa quidem brevi de celebrioribus in Europa Muſæis diſſertatione. Enimvero Muſzum hoc numerum non contemnenda copia præſtat, quorum recenſioni paſſim obſervationes ſingulares intexit Autor; quales ſunt de annuletis numariis p. 124, de monogrammate Chriſti a Conſtantino M. in nubibus viſo p. 166, de ſigno crucis p. 174, de ſcriptoribus, qui Romam urbem illuſtrarunt, p. 178, de facie Salvatoris noſtri p. 188. In phyſiotechnotameo, cujus 473 partes recenſet, multa deprehenduntur, quæ ſummo jure curioſa dixeris. Inter iſta eminent gladius, cujus lamina anceps, cubitum & tres quadrantes longa, inſcriptum gerit nomen, Sebastian Fernandez, capulus vero molis & amplitudinis miræ, non ſolum imaginaibus ex ſolido argento factis, ſed & novem primorum Imperatorum numis inauratis, teſſellis inſitis & emblematicis coruſcat. Uſus hoc fuit in bello Smalcaldico fidei noſtræ propagator inclytus, a latere Joh. Friederici Electoris pugnans, heros atavis natus Weſtphaliæ Comitibus. Numerat & Autor inter rariora priapulos, quos poſſidet, duos. Alter eſt æreus anſatus in capſula Japonica non exigui pretii, qui ex reliquiis Gentilium reſtat. Alter vero robuſtior cum ſcroto pariter & teſtibus, verum ligneus & carioſus, quem medium manus muliebri ſimilis bene clauſum firmiter complectitur. De hoc vero tacere quam plura dicere  
 250. his

hic mavult Autor, cœcam miserorum superstitionem interim ac-  
cusans. Est & Autori Amnion, h. e. interior membrana, qua Hans p. 269.  
Sachs, futor & poeta, in utero obtectus fuit, ita elaborata, ut ima-  
ginem ejus justæ magnitudinis ad pectus usque summa arte fa-  
ctam repræsentet. Subscripti sunt rhythmus sequentes:

Zwey Monath ein und achtzig Jahr alt  
War ich Hans Sachs in der Gestalt,  
Von Enders Herrn Eysen abgemahlt,  
Ein Kind war ich auf die Welt gebohren,  
Zum Kinde bin ich wieder worden,  
Denn all mein Künste hab ich verloren.  
Gott bescher mir ein selig End,  
Und nem mein Seel in seine Hand,  
Geb mir auch ein frölich Verstand.

Et hæc sunt, quæ de hoc libro dicenda existimavimus. Ante ta-  
men, quam eum plane mittamus, id adhuc addendum, extare  
in hoc volumine etiam Diff. Cl. Autoris, quam de appellatione  
ignominiosa olim conscripsit, in qua ostendere allaborat, appel-  
lationes ignominiosas, quales hodie inter Germanos solent esse  
frequentes, si non omnes, plerasque tamen, vel Dei, vel Dearum,  
Regum, vatum & heronum fuisse titulos. Varia hic circa Germani-  
cæ linguæ etymologiam profert curiosa. Nota est inter Germa-  
nos vox *Secke*, armer *Secke*. Istam vero a Gallis derivat Au-  
tor. Nam cum A. 1414 Delphinus Caroli VIII filius concilio Ba-  
silenfi cum 30000 militibus Gallieis terrorem incussurus, duca  
Comite de ARMIGNAC in Sundgaviam veniret, plebs autem  
Sundgaviensis Gallicæ linguæ imperita exercitum hunc vocaret  
pro Arminiacken, die armen *Secken*, orta est per aphærisis  
vox *Secken*. Vocabulum *Hundsfoth* item est ac HUNNUS  
FUIT. Nam cum Hunni olim multas urbes everterent, & mise-  
ri coloni interrogarent, unde tanta clades, & quis autor? re-  
spondebant, Hunnus fuit, quod contractum HUNSFUIT. Tan-  
dem vocem *Teufel* non a Græcorum *δαιμόλιος*, sed a veteri  
Saxonum Tibilio, quod eorum numen erat, deducit. Scilicet ad  
Christum conversos, quo magis se in fide suscepta firmatos  
ostenderent, nomen Deastris sui famosissimi transtulisse in Chri-  
stiani nominis hostem Satanam, quem appellarunt *Thübel*, un-  
de nomen *Teufel*.

216

232

**MED**

*MEDICUS GRAVISSIMUS HUMANITATIS STUDIORUM vindex adumbratus a JAC. BURCKHARD, II. Gymn. Hildburgh. P.P. accedit JOH. CASELII de medicis sapientie studiis claris ad Hem. Arniseum Epistola.*

Wolfenbuttel, apud Godefr. Freytag, 1716, 8.

Plag. 12.

**C**L. Autor, qui edito *de fatis Latina lingua* commentario, cujus in his Actis A. 1713 p. 372 facta fuit mentio, aliisque scriptis nominis famam consecutus est, occasionem conscribendæ hujus dissertationis e literis Cl. fratris J. H. Burckhardi, Medici Wolfenbuttelensis, nactus est, quibus significavit, se Medicum Polyhistorum, sive accuratum ad universam humanitatem pertinentium scriptorum, quæ Medicos Autores habent, indicem meditari. Respicit autem hic proxima imprimis secula, neglectis, quæ ex Græcorum & Romanorum monumentis ad materiam hanc illustrandam afferri possent. Duas ipsius tractationis partes constituit Cl. Autor. Pars prior primarios ex cultioribus Europæ gentibus Medicos exhibet, qui humanitatis studiorum se præstitero vindices, In his primum locum occupant Itali, quos inter Nicol. Leoniceus, Hyer. Fracastorius, J. C. Scaliger, Ambr. Leo & P. Jovius laudari merentur. In Gallia Gvil. Copi, Patiniorum, Jac. Sponii & Ludov. Savoti in literas humaniores merita memorat. Ex Anglis T. Linacer unus instar omnium nominatur. In Belgis Hadr. Junii, Jac. Bordingi, Gist. Longolii & Th. J. ab Almeloven in bonis literis promovendis studia prædicat. E Hungaris, potissimum J. Sambuci, e Danis Bartholinorum, Borrichii atque VVormii, magnorum inter litteratos nominum, memoriam recollit. Altera inde dissertationis parte Medicos humaniorum literarum fautores, quos Germania per proxima duo secula fovit, enarrat, eoque duabus sectionibus partem hanc dispescit, quarum prior Medicos seculi XVI literarum cultura claros exhibet, ubi primo isti occurrunt, qui Grammaticæ & arti Criticæ operam dederunt. In horum numerum Henr. Stromerum, Adolph. Occônem, J. Cornarium, C. Hoffmannum, J. Cratonem a Craßheim & alios plures refert. Sequuntur Poetæ Medici E. Cordus, E. Hefsus, P. Lotichius, J. Postius & alii; tum historici, J. Vadianus, Lazii, Milichius, alii. Altera sectione Medicos seculo XVII de humanitatis literis bene meritos sistit, quos pauciores quidem fuisse apparet, quod ipsarum literarum studium frigere cœperit. Inter Medicos tamen, qui Grammaticis & Criticis studiis hæc ætate vacavere, J. Phucier, C. Hoffmannus, & qui primo loco nominandus erat, T. Reinesius, inter Poetas C. Conradus & J. P. Lotichius celebrantur. Plures e Medicis historiam sectati sunt, in quibus H. Conringium, Meibomios & L. H. Voglerum nominasse satis fuerit. Ceterum elegantem, & raro hæctenus obviam J. Caselii Epistolam ad H. Arniseum adjecit Autor, qua amico de honore gratulatus, aliquot in arte medica præstantes viros Philosophiæ studiis insimul claros, quos amicos ipse habebat, recenset, quæ legentibus facile salivam movere possit, ut cuncta Caselii scripta, quæ singulari studio collecta se possidere indicat, tandem publica rei literariæ commodo recudi serio exoptent.



# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quae Lipsiae publicantur,*  
SUPPLEMENTA.  
*Tom. VI Sect. XI.*

---

*HISTORIA ECCLESIASTICA DUORUM  
Primerum Seculorum a Christo nato e Veteribus  
Monumentis deprompta a JOAN. CLERICO.*

Amstelodami, apud Davidem Mortier, 1716, 4.  
Alph. 4 pl. 17.

**J**Oannis Clerici nomen & merita in Republicam literari-  
am jam omnibus conspicua sunt, neque minus nunc  
elucet, dum Historiam Ecclesiasticam aggreditur, cujus  
duo prima Secula exhibet, reliqua Deo vitam largiente im-  
posterum editurus, quae ut in compendium redigamus, retentis,  
quantum licet, ipsius Cl. Autoris verbis, omni modo annitemur.

Præfatio brevis & a fastu illorum aliena, qui angustiis sæpe  
ædificiis vastas porticus adjiciunt; ut tamen concinna finemque  
scripturæ & commoda pandens, quæ ut ex omni Historia ita  
potissimum ex Ecclesiastica hauriri possunt. Sunt vero illa ve-  
ritatis cognitio, consensus dissensusque præsentium cum majo-  
ribus, merita & dedecora illorum æqua animi lance ponderan-  
da. Duobus vero se imprimis ductum rationibus profitetur,  
opus illud ut aggredere: quarum prior, quod non sat bona fi-  
de, nec satis accurate res ipsæ expositæ viderentur: posterior,  
quod hujus historię scriptores modo referendi non satis apto ha-  
ctenus fuerint usi. Ipsam librorum inspectionem palam facere,  
nec dogmata, nec facta laudibus vel maculanda vel privanda ad  
conscientiæ leges esse scripta: falsas sæpe tabulas, auditas tan-  
tum cæcasque relationes verarum loco consultas: sic omnem

P p p

Secu-

Seculorum cursum fabulis esse plenum, quarum ut multas nostrorum temporum diligentia detexerit, plurimas tamen adhuc superesse: huc pertinere tot libros apocryphos, martyria ficta, quæ cum falsa sint, pro umbris tantum habenda. In historia dogmatica recentiores sibi imaginatos esse non quod veteres senserint crediderintve, sed quod ipsi eos credidisse velint: novos illorum erroresve laudatos & approbatos esse, quos rectius fuerat ostendere, communi mortalium imbecillitate non caruisse. In dispositione multa sibi displicere ait, ideoque nova methodo utendum fuisse, non tamen spretis eorum opinionibus, qui in temporum ratione disponenda palmam hæcenus obtinuerunt. Ecclia veterum & sententias suismet illorum verbis se traditurum pollicetur, quum ex ipso fonte aquæ dulcius hauriantur.

Præfationem præcipuum excipit humani generis statum exponens, antequam in hunc Orbem Christus veniret: e cujus consideratione palam futurum putat, quantum Servatoris adventus fuerit necessarius, quaque ratione illius doctrina tantos fecerit progressus. Sed isthæc ipsius Antois tanquam loquentis ore proponemus.

*Se. I. Cap. I. De Sectis Judæorum & Dogmatibus.* Judæorum Sectæ & Dogmata quæ erant ipsis inter se communia ab Epiphanio multiplicata sunt, quum juxta Philonem & Josephum ita coarctari debeant, ut ad Phariseorum, Sadducæorum & Essenorum castra omnia revocentur. His quædam dogmata fuere communia, quædam singularia: communia: unum esse Deum, omnia per ipsum creata, Deum odisse vitia, amare virtutes, futura ab eo prægiri & judicari. 2) Historiam Moïsi esse veram, Prophetas a Deo missos, solum Ebræorum Deum esse colendum. De officiis mutuo inter homines præstandis omnes sentiebant, Israelitis justitiæ officia esse exhibenda, eos unice amandos, gentes fugiendas, virtutes per Moïsem traditas esse colendas.

*C. II. De Phariseorum Secta, placitis & moribus.* Phariseorum nomen a *Pharuseb* Cedrenus recte derivat. Initia a Macabeorum temporibus accertenda: fortassis Hasidæi dicti sunt. Dogmata ex Josepho & N. Instrumenti libri nonnullisque Veteribus

bus repetenda. Horum institutum erat præter Scripturam S. ad *παράδοξαις* provocare, easque verbo scripto antehabere, omnia tribuere, quod Josephus *τῆς εἰμακτηρίας* vocabulo non satis apte explicuit, Rabbinis Gzertha & Mazal substituentibus. Iidem Astrologiæ Apotelesmaticæ, sed serius dediti fuere: liberum hominis arbitrium credidere & immobilitatem animi: quidam ad *μετεμύχισσιν* flexisse videntur. Frequentibus orationibus clam palamve utebantur, tum & jejuniis, severa Sabbathi custodia addita. Nil ipsis sanctius jurisjurandi religione, qua tamen per superstitionem sæpe abusi, quod Corbanis votum a Grotio, Capello, Pocokio explicatum declarat. Magnam sui venerationem apud vulgus paraverant Phylacteriis, simbriis, lotionibus, abstinentia, decimarum largitione, quæ inter inania ab ipso Servatore relata sunt.

*Cap. III. De Sadduceorum Secta, placitis & moribus.* Secta a Saddoko Antigoni discipulo & Bæthoso nomen habet, ætatem cum Pharisæis parem, studia ab iisdem diversa, cum traditiones rejiciat, fatum spernat, providentiam vero, liberumque arbitrium admittat. Præmia & pœnas post mortem tollunt angelos negant, qui ipsis tanquam radii solares sunt, & tanquam *δύναμις Θεῆ* in Deo subsistunt, nec ab eo sejungi possunt. *Negata resurrectio nunquam ipsis ut crimen nec ab ipso Servatore objecta fuit*, quin imo ad sacra ipsorumque Pontificatum admisi fuere. Solam ipsos admisisse Legem, spretis Prophetarum oraculis, Tertullianus tradit. Moribus multo Pharisæis meliores. Cum his Herodiani jungi possunt illud Sadduceorum placitis addentes, quod Herodes Messias haberi queat. Non alieni ab his Karrei, de quibus Drusium, Scægerum & Triglandum consuli volumus.

*Cap. IV. De Secta Essæorum eorumque placitis & moribus.* Essæorum in N. T. nulla, crebrior apud Josephum & Philonem eaque laudabilis mentio, etsi stirps nominis obscura, & e Syriaco fonte repetenda. Silentium forte, aut stramenta cubantibus subdita, eo indicantur. Josephus illos omnibus Græcis antiquiores habuit, etsi rectius post captivitatem Babylonicam collocentur. Sabolem Rechabitarum Cedrenus sed sine applausu

credidit. Sodales inter se divisi, alii theoretici, alii practici, de his Philo & Plinius, de illis Philo & Josephus. Practici docere, omnia Deo esse committenda, 2) eundem summa religione non sacrificiis colendum, 3) preces sæpe offerendas. His laudabilibus superstitione addita: cultus Solis, abstinencia a jurejuramento licitior, bonorum communio. Ceterum mortis calamitatumve contemptores, animam trans Oceanum ad sedes beatas avari putabant, quod a Poetis hauserunt.

*Cap. V. De Essais conjugio junctis, deque Therapevtis Philonis.* Hi coelibatum pro maximo Reipublicæ damno habebant. Qui inter ipsos Therapevtæ dicabantur, *καὶ ἐξ ὧν* Deo cultores haberi volebant. Vitæ instituto Gymnosophistis proximi abjiciebant divitias, solitarii, Sacra tantum meditari, crebro precari, Scripturas allegorice interpretari soliti, quem morem ab Heraclide Pontico didicerant. Totam præterea Hebdomadem inclusi III die ad orationem conveniebant. Dies ad usque vesperam jejuna triplici cibo, pane, sale, hyssopo solvebatur, aqua in sitis remedium adhibita. Septenarii numeri amatores, candidæ vestiti, saltatores, Numen ad ecstasin usque hymnis additis colebant, laudante Philone id, quod tristis insanitiæ argumentum aliis habetur. Eusebius Christianos esse putavit, quem Thomas Bruno Dissert. 1687 & Bernardus Montfauconius A. 1712 libellum Philonis interpretatus defendit, Jo. Bohierius post Scaligeram & Valesium errasse convicit.

*Cap. VI. De Juda Galilæite ejusque discipulis, jugi Romani pertæsis, ceterum Phariseis. C. VII. de Samaritarum schismate de doctrina & moribus,* refert illos Anno ante Christum: CCCXXII ab Idololatria immunes non tamen cum Judæis consensisse, solo Bentateucho usos, præta Hierosolyma in monte Garizim fecisse Sacra, Messie credidisse adventum, ceterum legem observasse.

*C. VIII. De iis quæ Ethnicis Judæis objicere poterant.* His Judæorum placitis Ethnicis objicere poterant autoritatem librorum sacrorum eorumque veritatem, quam vix satis Judæi Græcis antiquitatem suam opponentibus vindicabant: tum Historiam Creationis, tum rerum universalium, tum protoplas-

tio.

florum: gentis Ebrææ origines resque gestas multis difficultatibus obnoxias: miracula non alibi nisi inter Judæos patrata, nec aliis nota: enantiophasias plures in Libris Historicis occurrentes. Accedebat illa secretio gentis per cultum singularem, quo hostes ferme humani generis habebantur: internecio populi Cananæi: ritus inanes: & ad emendandum animum parum conducentes, quæ vel ab ipso Deo infirma elementa vocantur. Silentium de vitæ æterna, aut obscura significatio, quæ tamen a Christianis facile solvi poterant.

*Cap. IX. De Moribus Judæorum.* Interea certum, mores illorum fuisse perditissimos, vitiis maxime contaminatos, hinc Evangelio adversos: virtutes simulatas, ambitione depravatas, specie pietatis obumbratas, quod Josephi testimonio constat, asferentis, si Romani cessassent, vel diluvii vel Sodomei incendii poenas populo profus expectandas fuisse.

*Sæc. II. C. I. De Græcor. & Roman. Idololatria & moribus.* Ex Diodoro constat, Idololatriam apud Ægyptios a Regum defunctorum cultu cœpisse, hos enim mox in sidera cœlestia transformarunt. Inde fingendi libidine literæ hieroglyphicæ accesserunt, quæ ob lubricam interpretandi rationem mortalium animos misere deciperunt. Multo vero turpius peccarunt, quum aves deinde, pisces & alia animantia tanquam imagines Deorum & Symbola divinorum colere cœperunt. Ista vero ita comparata erant, ut facile a Judæis confutarentur. Iisdem incommodis laborabat Græcorum Theologia, quum omnes eorundem Dii homines fuerint. Postea iidem Græci res naturales, quasi mentes inmortales iis præfuisent, venerati sunt, Deorumque nomina imposuerunt. Fuere ipsis instituta turpitudinæ plena, quæ Vossius copiose descripsit. Eandem insaniam admiserunt Romani, qui reliquis gentibus juncti duo alia commiserunt, nempe ut Numen inconspicuum ad instar hominis vel bruti fingerent, illique victimis humanis litarent. Ceterum illam superstitionem duplici modo tuebantur: primum dicebant, vera esse Numina, quæ colebant, divinitatem insitam responsis, oraculis, curationibus, prodigiis testantibus, quæ omnia fraudibus esse peracta, vix sibi persuadere poterant: est illud

noſſent prudentiores, qui, maximam partem Epicurei, plebis tantum cauſa Deos inventos eſſe ſtatuebant. De virtutibus quidem egregie diſſerebant, ſed multa deerant moribus, ſcortatione & pꝛdeſticia impune conſeſſis, liberis etiam, infantum expoſitione, divortiis, aliſque ſcleribus, quæ patrata fuiſſe nemo niſi ſtolidus negabit. Si quæ de pœnis poſt mortem inſtigendis dicebantur, ea pro nugis habita, pauci metum exinde natum ad commoda referebant.

*C. II. De Platoniorum decretis ad Religionem, Moris ſummumque Bonum pertinentibus.* Philoſophi aliter ſentiebant ac vulgus, ſed diverſa ſententia, ac licet ſuperſtitionibus adverſi eſſent, attamen plebem ad veritatem deducere non poterant. Socrates omnem Theologiam fabularem rejecit, Deum humani generis conditorem, ens *μνοφὺς αὐτοφὺς, μοναδικὸν ὄντως ἀγαθόν* dixit. Adjecit aliqua Plato, quibus creditus eſt *τῶν ὑποστάσεων ἀρχαῖος* credidiſſe. Inde factum, ut deinceps Chriſtiani doctores a Philoſophis Platoniciſ non ægre audirentur. Quod ad virtutem pertinet, eam ſedulo inculcavit: juſtitiã, officia patriæ & legibus debita: præmiis etiam pœnisve poſt iſtam vitam ſtatutis: quo etiam Metempſichofiſ pertinet, quæ licet ſomnium ſit, attamen immortalitatem ab eo fuiſſe creditam commonſtrat. Summum interea Bonum deſinire non poterant, hoc enim ad ſolam Chriſtianorum ſapientiam pertinebat.

*Cap. III. De Peripateticorum Decretis ad Relig. Mor. & Sum. B. ſpectantibus.* Horum decreta obſcuris opinionibus conſtabant. Ajebant, videri ſibi, Deum eſſe cauſam & principium rerum, æternam quandam ſubſtantiam immobilem, *τὸ πρῶτον κινῆν*. Videntur ſimul quosdam inferiores Deos admiſſiſſe. Magna Ariſtoteliſ lubricitas. Numen colendum voluit plebis cauſa, quæ magis obedit, minus timet, quem religioſum videt. Providentiam negabat, conſilio peſſimo: quis enim Deum inertem metuat aut colat? De anima obſcure dixit, ut neſcias, immortalem an evaneſcentem habuerit. In doctrina de ſummo Bono paulo magis ſe apertum exhibet.

*Cap. IV. De Stoicorum Decretis ad Religionem, Mores & Sum. Bon. ſpectantibus.* De hiſ quum Lipſius accurate ſcripſerit

rit hoc tenendum. Duo principia ipsos statuisse: unum efficiens, nempe Deum: alterum patiens, sive materiam: materiam vero esse æternam: Deum ignem, sed intellectu præditum, quod tamen corruptionem involvit: summum aliquod dari Bonum: animos hominum ex æthere & Deo esse, longævos non æternos. Fabulas de Diis ridebant, sed timide, & allegorice interpretabantur: qua tamen eorum sententia Theologia mythica magnam stragem passa est in commodum Religionis Christianæ; ceterum ex metu Numina gentium venerati sunt. In doctrina virtutum omne illarum genus exacte poscunt. In tribus errant: 1) quando summum bonum in hac vita quærun, 2) quando malum Physicum ab Ethico non sejungunt, 3) dum *ἀναδεία* statuunt: ut mirum sit viros ingeniosos hanc doctrinam amplexos esse. Ceterum viam aliquam ad Christianismum straverunt, nempe dum deliria vulgi de Diis riserunt: & quando virtutes impense laudarunt, quæ excepta *ἀναδεία* in Religione Christiana inveniuntur.

*Sect. III Cap. L. Sententia Christianorum de Deo, Bonis & Malis Angelis.* Consentit ea cum rectæ rationis notionibus, cumque revelationibus Judæorum genti datis, e sacris vero Judæorum scriptis a Christo & Apostolorum choro probatis, tum ex Actis Apostolorum, Evangelii, Epistolis, Apocalypsi hauritur. Illa Deum describit, ut unum, intelligentem, incorporeum, æternum, ubique præsentem conditorem omnium: & in perfectionibus sanctum, justum, vitis adversantem, in beneficiis liberum, ab omni malo natura alienum. Præterea Christiana Religio Deum sistit ut Christi Patrem, rem Judæis ignotam, ratione singulari, ob quam & *μονογενής*, & peculiaris & ineffabili ratione genitus. Docet etiam, Spiritum S. Judæis antea non auditum, sed a Christo Jo. XIV, 29 patefactum. Qua doctrina etsi tres proferri Deos Judæi putent, Christiani tamen illud semper negarunt, dicentes, unicam esse numeram naturam divinam, eamque tribus, qui personæ dicuntur, singulari sensu, & cujus nullum in rebus creatis exemplum est, individuum. Mysterium arduum, obscurum, supra intellectum positum, cui ratiocinationibus indulgere, temerarium, scelere pa-

ri, si nova loquendi genera introducantur, quasi Christus & Apostoli minus illud exprefferint. Quod ad Trinitatis dogma pertinet, id folius N. Testamenti autoritate confirmari potest, etsi sint, qui in Vet. Test. non obscura se illius vestigia vidisse putant. Soli Christiani ex doctoris sui verbis id intellexerunt & crediderunt, addito, divinam naturam cum humana archissimo esse vinculo conjunctam ex verbis Jo. I: *ὁ λόγος σαφὲς ἐγένετο*: qua conjunctione *ὑποστατικῆ* factum, ut Jesus Deus diceretur; id quod ineffabili Dei consilio factum, ideo quod, cum Veterem Legem sublaturus & Evangelium constituturus esset, nova Christum & inaudita plane prerogativa ornatum esse decebat.

*Cap. II. Sententia Christianorum de Homine & Legibus a Deo latis.* Homo a Deo, mente intelligibili & inconspicua, corpore conspicuo & membris ad conversationem aptis praedito donatus, ab aeterno non fuit. Hunc innocens fecit, sed mutabilem, quod ex eventu patuit, labe in posterora tracta, excepto Christo. Ratio propagationis, quia quisque a natura voluptatem amat, quam dum imprudens sequitur ante rationis usum, antequam bonum malumve eligere queat, in ea consuetudine adeo firmatur, ut quasi lege aliqua ad peccandum trahatur. Hinc animi hominum duplici labe aegrotare dici possunt: infantes ante rationis iudicium, quanquam inde vix reatum contrahant: adultiores, qui imperfectioni addunt prava facta, quae quo frequentiora, eo majores peccandi habitus contrahunt. Huic duplici malo Deus opposuit cognitionem verbi insitam, seu facultatem innatam, tum humanae societatis constitutionem cum experientia vitae conjunctam ad Leges ferendas, quibus colatur virtus, vitium coerceatur. Creati autem a Deo sunt homines, 1) ut ament veritatem, 2) ut possint, 3) ut sibi prospiciant, 4) virtuti convenienter vivant. Data est Lex naturae, qua Deum agnovere cultumque pro viribus sibi datis exhibere, adeo ut eam sequentes, illis saepe, qui Revelationem habent, convitium fecerint.

Etsi vero multum hisce virtutibus defuerit, tolerandae tamen erant, quum isdem defectus apud Judaeos & Christianos in-



inter communia imbecillitatis humanæ confectarie sunt referenda. Accedit, quod de illis secundum luminis concessi modum debeat iudicium ferri. Quod si vero adfuerit virtutes, sequitur, quod vel premium, vel status pœnæ experti ipsis sit decernendus. Interea dum maxima mortalium pars naturæ & rationis leges concalcaret, visum fuit Numini unam e communi sceleram sentina gentem eximere, quæ Ebræorum fuit, cui duo Legum genera dedit, quorum unum quidem ad Dei cultum, alterum ad mores pertinebat. Leges ad cultum supremi Numinis directæ docebant, unum esse Deum, interna mentis veneratione, precibus, fiducia, tum externa cultus significatione, verbis & ritibus propitiandam. Quæ igitur ad cultum internum spectabant, perpetui juris erant, quæ vero ad cultum externum, quum a ritibus gentium non multum differrent, poterant mutari.

Hi ritus soli populo Judaico impositi, cultu omnibus hominibus necessario, nec unquam remittendo, errantibus tamen Judæis, qui ritus suos æterni juris putaverunt. Sola æterni juris erant ea, quæ mores componebant. Quæ vero ad Rempublicam, cessatura, quum iis in Legibus perfecta Reipubl. forma quæri non debeat. Ceterum Moses populo, corruptis gentibus vicino, omni cum illis commercio interdixit, quod æquam non erat, quum Ebræis in calamitate constitutis idem aliquando referri posset, Idololatriam cæde expiari voluit, quum satius esset devios humanitate revocari. Hinc patet, non ita formatam fuisse Remp. Ebræorum ut melior fieri non posset: unde sapientiæ divinæ placuit, alia Leges quibus ad perfectionem nihil deesset, humano generi per Jesum Christum dare, in quibus *vera* divina omnibus quaqua versam hominibus utilissima & ad cultum divinum humanamque formandam aptissima, eluceret.

Cap. III. De Christi numeribus. Hinc Servatori Christo a Deo Prophete munus impositum fuit, quod N. Testamenti tabulis doceat. Dicebantur tales *Nbiam* sublimes Viri, Græcis Prophete. Christus Mosi prædictus Deut. XVIII, 15, & a Deo constitutus Matth. III, 17. Mac enim voce emissa Christus se Prophete instar gessit, & majoribus longe extolentiorum ostendit, magno cum errore illorum, qui ipsam Antiquæ

Legis tantum Interpretem habent. Hac accessit Discipulorum electio, Spiritus S. largitio, quo nomine Magistri omnes ad ejus doctrinam gentes convocarent. Hanc, in crucem sublatus, magno fortitudinis exemplo confirmavit, seque veluti piacularem hostiam Deo obtulit, Deumque exoravit, ut veniam, vitam, felicitatem æternam hominibus concederet. Quod quo spectaret, Ethnici & Judæi facile intelligebant, quum apud utrosque sacrificium esset actio, qua provocatam Dei vindictam precabantur, ut occisæ victimæ sanguis pro suo acciperetur, non quia victimæ mors poena esset par hominis morti, sed quia putabant, Deum factis habiturum, modo homines se dignos morte taterentur. Hinc & Sacerdos & victima piacularis vocatur, non quod easdem poenas pertulerit, quas homines luere oportebat, sed quod Deus mortem acerbam piacularis sacri instar accipere voluerit & preter rationem habere, unde & *messias* & Fœderis novi conditor appellatus fuit. Tanto autem major ille omnibus hominibus, ipsoque Mose, qui non tam rationibus quam vi & armis suos coegit: tum & omnibus Legislatoribus gentium, qui nisi absurdum, & a sana ratione alienum instituerunt: Jam quum Judæi Regem quendam Liberatorem expectarent, qui regnum erigeret voluptatibus nobilitandum, quod omnino tamen noxium futurum erat, tum Christus venit atque regnum ruinæ expers, in altero orbe plene manifestandum, indicavit, neque Judæis tantum, sed ut communis Pater omnibus operuit, ne personarum acceptor videretur: quod quum *Legibus summam* virtutem spirantibus instruxisset, quin imo etiam aliqua ratione, dum in orbe versaretur, administrasset, post resurrectionem inque cælos abitum, omnem Majestatis vim exercere cepit. In quibus ad animum admittendis, quum non exigua fides requiratur, Christus & Apostoli innumera miracula ediderunt, promissis vero Servatoris eventus respondit, doctrina mox per universum orbem dilatata.

C. IV. Ista Religio Christiana docet, credendum esse, Deum, unum, amandum, de ipso optime & magnifice sentiendum: rogandas esse res bonas sine pertinacia, cumque proposito Christi mores imitandi: præceptis omnibus esse parendum, non servorum sed filiorum more.

Rigas

Ritus Servator instituit non nisi duos eosque simplicissimos: 1) Baptismum qui jam a Judæis & Joanne adhibitus, sed & ab ipso & per Apostolos exercitus; 2) Sacramentum, in memoriam sui, qua confitentur Christiani, se ratum habere fœdus, quod Christus sanguine suo sanxit. Graviore observatio corpori molestas non dedit, nisi ut honesta & laudabilia facerent. Omnem *ἄλογοθεσκείαν*, seu spontaneam cultus rationem damnavit. Est enim religio, quanquam id vulgus non assequatur, non Dei, sed nostri causa cœlo demissa, quum horum cultu nec afficiatur nec lædatur Numen, sed ideo Cultus imperatus, ut Virtuti adhaeramus. Neque perfectam pietatem Deus exegit, sed tantum, ut lapsi resurgant inque eo pietatis habitu moriantur, qui omne pravum excludat, quamvis subinde infirmitate peccent.

Hæc quæ ad Deum spectant expositis, jam de officiis hominum mutuo præstandis dicendum, quæ Veritate & Virtute absolvuntur. Per veritatem cognitionem Dei certam, revelationem alterius vitæ, vizque ad eam ducentis intelligimus. Ad hanc accedunt virtutes *κατηγοροσύνη*, *σωφροσύνη* ac quæ universæ societati conducunt: tum bona opera, quum homo otiosus indigeat ipse aliisque molestus sit: & *ἀντάρκεια*, constantiæ *σιμότης*, *κοσμιότης*, divitiarum contemtus & alia multa non approbatione tantum, sed & executione digna.

In officiis erga Proximum charitatis nomine omnia complexus est, commendavitque justitiam & æquitatem, beneficentiam in egenos, mansuetudinem ne inimicis quidem denegandam: concordie studium, injuriam tolerationem, vindictæ fugam privatis principibusque decoram: tum singularia nonnullorum officia, docilitatem, verecundiam, obedientiam juvenibus, gravitatem, mansuetudinem, opitulandi studium senibus injunxit. Matrimonii ignavis castitatem, gnaris & amorem, concordiam, obsequium imposuit, divortii indulgentia plane sublata, addita prolis educatione & institutione. Servos obsequium, subditos patientiam, vectigalia, censum exhibere jussit, atque id ipsum summo jure, quum omnia cum sana ratione conveniant.

Quæ si non pari assensu ab omnibus illico sunt accepta, ignorantia obstitit, quam, ob consuetudinem cum vitiis contractam nonnulli exuere nec cupiebant, nec adeo celeriter poterant. Quod si qui melioris essent indolis, hos ipsos aliorum ferocia retrahēbat, unde pauci veritatis virtutisque amantes doctrinam amplectebantur, quorum indolem Christus describit, Luc. VIII v. 15. Quod ad Finem bonorum & malorum pertinet, docet Religio Christiana, æterna virtutis post hæc vitam esse præmia, æterna vicissim sceleratorum supplicia: omnes homines iudicio sistendos: omnes secundum Legem naturalem iudicandos. Circumstantias præmiorum atque poenarum non speruere doctores primi, vel quod nescirent illud, vel factu minus necessarium iudicarent. Ex quo constat, Religionem Christianam nil imposuisse hominibus, quod superstitiosum, aut viam ad inanem cultum sterneret: sed satis habebat illa Deum ut beneficam describere, remotis omnibus, unde fanatici delirandi sōmitem accipere potuissent.

C. V. Ostenditur, nihil Religioni Christianæ obijci posse, quod non queat dissolvi; modo solutio ex N. Test. petatur, nec mores erroresve Christianorum religionis veritati quicquam detrahere. Hæcenus Proœmium: de ipso libro proxime dicemus Suppl. T. VI. Sect. XII.

THE THEOLOGICAL WORKS OF THE

Honourable Robert Boyle epitomized &c.

h. e.

OPERA THEOLOGICA VIRI ILLUSTRIS;  
ROBERTI BOYLLII, in compendium redacta a RICHARDO  
BOULTON, Epitomatore Operum Philosopho-  
rum BOYLLII.

Volumina III.

Londini, apud W Taylor, 1715, 8.

Alph. 4.

**V**ir illustris, Rob. Boyleus, non modo magnum inter Philosophos, sed boni etiam Christiani nomen meruit, quum exemplo suo comprobaverit, quod scripto defenderat, fieri omnino pos-

posse, ut bonus Philosophus sit idem Christianus bonus. Quemadmodum itaque studium Philosophiæ experimentalis insigniter promovit; ita simul operam dedit, ut sbrorium inter ipsum & Theologicum vinculum luculenter monstraret. Edidit eam in rem tractatus varios, in quibus non tantum continentur, quæ ad venerationem Numinis supremi & pietatem infucatam animos inflammant; verum etiam larga manu adsparguntur, quæ Philosophorum cupidini sciendi satisfaciunt. Cum stylus Autoris sit diffusior, quam necesse est ad mentem clare ac distincte exprimendam, A. 1699 & 1700 *Richardus Boulton* opera omnia Philosophica, quæ sigillatim prodierant, in compendium misit & quatuor voluminibus edidit: de quibus dictum est in Actis A. 1701 p. 186 & 363. Eadem de causa idem eundem laborem subit circa opera Theologica, quæ itidem diversis temporibus, partim etiam sine Autoris nomine, sigillatim lucem publicam adspexerunt, eaque in epitomen redacta tribus voluminibus comprehendit, præmissa vita Autoris, quæ integrum fore volumen primum complet. Præter eam enim nonnili appendicis instar primo volumini adjicitur tractatus modicus de ratione cum religione concilianda: quo argumento Autor in primis probare satagit, dignam esse religionem Christianam quam amplectamur. Volumen secundum quatuor comprehendit tractatus. Primus *Christiani Virtutes* titulo insignitur, & in eo Autor primum probare studet, Philosophiam experimentalem Christianismo prodesse magis quam obesse. Expendit deinde distinctionem Theologorum, quæ quosdam fidei articulos supra rationem esse perhibent, sed contra rationem esse negant, eamque solido fundamento niti exemplis luculentis confirmat. Tandem docet, veram animi magnitudinem per Christianissimum promoveri. Eam vero consistere ait in eo, quod nulli parcamus studio, ut reperiamus, quænam actiones sint optimæ, & ubi cognovimus, omnem moveamus lapidem, ut easdem exequamur. Succedunt secundo & tertio loco Disquisitiones de notionem Naturæ & finalibus rerum naturalium causis, de quibus abunde dictum est in Actis A. 1687 p. 68 & A. 1688 p. 490. Agmen claudunt reflexiones & meditationes occa-

caſionales, ubi exemplis copioſis docetur, quomodo a rebus naturalibus & artificialibus caſu obviis ad Deum & divina aſcendere debeamus. Egr. Ubi videris hortulanum ramos ſuperfluos arborum reſecantem, ut fertiliores evadant; cogitandum eſſe inculcat, calamitates prodeſſe Chriſtianis, ut operibus bonis fervidius indulgeant. Tertium Volumen Tractatus octo, ſed breviores, complectitur. In primo Autor excellentiam Theologiz præ Philoſophia naturali variis argumentis, ſedita probat, ut una præſtantiam Philoſophiz corpuscularis ſeu mechanicæ in apico ponat. In ſecundo, qui de ſtylo Scripturæ inſcribitur, ad objectiones potiffimum reſpondet, quæ contra Scripturam Sacram ab Antiſcripturariis in medium afferri ſolent, contendentibus e. gr. quod Scriptura Sacra ſit obſcura, nulla methodo confarcinata, contradictoria, rerum trivialium plena, inutilibus repetitionibus reſerta &c. In tertio reſurrectionis poſſibilitatem ex principiis rationis ſtabiliturus diſquirat, quodnam ad id requiratur, ut corpus aliquod dici poſſit idem corpus. Ubi inter alia notat, idem manere corpus, etſi aliquid materiæ priſtinæ decedat, & aliquid peregrinæ in ejus locum ſuccedat, vel proſus ſuperaddatur. In tractatu quarto de ſumma veneratione ab intellectu humano Deo debita & de cognitione Dei ex operibus tam gratiæ, quam naturæ præſertim derivanda, agit. In quinto diſputat, utrum Philoſophus admittere debeat res, quæ ſunt ſupra rationem, & regulas quasdam proponit, quas obſervare teneatur, de rebus ratione tranſcendentibus judicaturus. In ſeptimo *Didymi* ac *Theodori* martyrium deſcribit, & in ultimo denique de laude ſeraphica motiva laudis divini proponit, quæ in epiſtola ad familiarem explicaverat. De his omnibus ſigillatim ſdicere prolixum nimis foret: ſuffecerit itaque annotaſſe, quæ ad vitæ curriculum *Boylei* illuſtrandum faciunt.

*Robertus* itaque *Boyle* fuit filius natu quartus *Richardi*, primi Comitûs *Corceniſis* (*Kork*) in *Hibernia*, & in lucem editus eſt in oppido *Lismore*. Tyrociniis in ſcholis *Hibernorum* poſitis, curſum ſtudiorum proſecutus eſt in *Academia Lugduno-Batava*: ſuavis vero ſtudiis *Academicis* in *Galliam*, *Helvetiam*, *Itali-*  
liam

hiam & alias regiones excurrebat. Pietatis profectus magna ex parte debuit commercio cum *Ufferio* Archiepiscopo & Primate Hiberniæ, amico familiæ *Boyliana* singulari, cujus instinctu Bibliis in linguis Hebraica & Græca legendis operam dedit, ita ut data occasione loca Scripturæ in lingua authentica recitare poterit. In scientia naturali præclaros fecit progressus. Studium Scripturæ adeo urfit, ut pauci Theologi ipsi in eo sint æquiparandi. Æstimium Scripturæ ut publice proderet, de excellentia Theologiæ præ Philosophia naturali commentatus est. Non modo linguæ Hebraicæ, verum etiam Rabbinicæ, aliarumque orientalium probe gnarus fuit. Patrum scripta diligenter legit, in Tractatu tamen de stylo Scripturæ sacræ primas defert scriptoribus sacris. Controversias religionis omnes accurate examinavit: nulli tamen sectæ sue confuit, sed eodem amore omnes profectus est, qui vere religiosi. Dissensiones & disceptationes in Ecclesia improbavit, præsertim cum iis, qui iisdem non sunt pares. Plerasque controversias in Ecclesia inutiles judicavit. Biblia inter libros reliquos ut adamantem inter gemmas eminere dixit. Idiotas per ea dirigi in actionibus suis, & Philosophos summos exerceri mysteriis illorum, ita ut idiotæ fiant sapientes &, qui sapiunt, ignorantia suæ convineantur. Quotidie aliqua Scripturæ sacræ capita legit, & singulis hebdomadibus caput unum textus Hebraici. Moralia se nullibi melius, quam in Sacris literis reperisse fassus est. Philosophorum placita enim posse impugnari; sed præcepta Scripturæ, utpote Dei voluntatem, non posse non admitti, & hinc obedientiam sequi, quæ illis negetur. Religionem Christianam consideravit instar systematis veritatum corda purgantium vitamque moderantium. Ut quæ aliis idem persuaderet, non tantum ostendit principia religionis naturalis esse in ratione radicata, sed & religionem Christianam in ratione & experientia fundari. Eam Numinis venerationem, quam in nullo alio, in *Boylis* se observasse testatur *Burnetus*. Dei nomen nunquam pronuntiavit in continuo cum aliis verbis discursu, sed ex intervallo cætera adjecit verba. In operibus nature solerter disquisivit, quænam ad gloriam Numinis illustrandam inde desumi queant, indeque providentiam Dei sta-

bolis

bilitate Christiana in eminenti gradu usus, libertate inprimis ac zelo propagandi verum Christianismum Numinis-que gloriam. *Grotii* librum de veritate religionis Christianae in Arabicum idioma transferri & inter gentes hujus linguae gnaros distribui iussit. Immo & de versione Turcica Novi Testamenti cogitavit. Libras septingentas in Bibliothecarum Hibernicarum editionem impendit, quae in Hibernia distribui iussit; trecentas vero libras contulit ad maturandum propositum de fide in America propaganda. Praeclaram pecuniae vim legavit, ut singulis annis de excellentia & veritate religionis Christianae in genere peteretur. Cavuit tamen, ne cui ultra triennium id muneris offerretur. Erga clericos liberalis fuit; inprimis etiam erga literatos egenos, sive indigenas, sive externos, cujuscunque religionis. Multa clam in alios beneficia contulit. De hominibus alii religioni addictis mitius sensit; ipse autem Anglicanam publice professus cultuique publico constanter interfuit, licet quosdam abusus in Ecclesia Anglicana adhuc superesse doleret. Cum officiis erga Deum, tum erga proximum impense studuit. Singularis modestiae specimina dedit tum in conversatione privata, tum in scriptis eristicis, tum in censendis aliorum actionibus. Nec minor ejus fuit humilitas. Titulos honorum & dignitates ac praerogativas insuper habuit, integre vitae fama contentus. Mundi vanitates risit. Humanus & civilis extitit erga peregrinos, immo hospitalis: in afflictionibus patiens. Cum valetudine parum firma uteretur, adeo temperanter vixit, ut nihil valetudini adversum admiserit. Calamitates in pios usus convertit. Rebus secundis minime elatus fuit; nec ob inopiam sprevit ullum. Fuit praeterea admodum industrius. Studium Theologiae medium credidit vitiosas inclinationes praevertendi. Non nisi bene agendo satisfecit sibi. A pravis conversationibus abstinendum esse censuit, quia aliorum vitia facile degenerant in nostros mores. Ab hypocrisi, avaritia, injustitia, atheismo & profanitate abhorruit. Praeter studium Theologicum, etiam Mathematicum, Geographicum, Historicum, Anatomicum, Physicum & Chymicum excoluit, inprimis autem Philosophiam experimentalem. Vitam privatam praetulit publicae, rusticam urbanae. A matrimonio ab



Missus propter incommoda cum eo necessario connexa, & quis alia committenda uxoris electio. Sapientia & prudentia specimen præclara extant. Opera Theologica modo commemoravimus, Philosophica, præter varia fragmenta in Transactionibus Anglicanis ebra, passim in Actis recensentur, eorumque argumenta ex recensione compendii *Boultoniani* in Actis A. 1701 p. 186 & 353 patent. Obiit A. 1691 d. 30 Decembris, ætatis 64, octiduo post, ex quo soror ipsius vitam cum morte commutaverat, cum quaquadraginta annos vixisset.

## BIBLIOTHECA SICULA,

five

## DE SCRIPTORIBUS SICULIS NOTITIÆ

*locupletissima, Autore ANTONINO MONGITORE,**S. Theol. Doct. Presbytero Panormitana.**Tomus II.*

Panormi, ex typographia Angeli Felicella, 1714, fol.

Alph. 4 pl. 8.

CUM de primo Bibliothecæ hujus Tomo, decennio ante, Anno nempe 1707 vulgato, (qui ad literam I inclusive porrigebatur) abunde dictum sit in Actis A. 1708 p. 537, saltem hic paucis indicandum duximus, secundum nunc tandem etiam Tomum prodiisse, nuper admodum ad nos non sine difficultate perlatum. Ut de Viris doctis, quorum fata & scripta tanta cura recenset Noster, ut reliquis ejus generis scriptoribus omnibus palmam præcipiat, nihil nunc dicamus, non erit forte alienum, Societates eruditas in Sicilia celebratas, tum & fœminas eruditione & scriptis claras, quarum subinde mentio injicitur hoc Tomo secundo, breviter commemorare. Medicorum Academia Panormitana A. 1645 instituta, rem promovente Paulo Pizzuto,

p. 57

Archiatro, singulis Jovis diebus coire cepit, & aliquot annis neglecta demum instaurata fuit A. 1701, Octavii Cattani, Medici peritissimi, opera. Hæc aquilam Solem suspicientem repræsentat,

Rr

tat,

- tabcum lemmate: *altera Felicitas*, quo significatur, Panormi. Felicitas titulo ob naturæ dotes, privilegia & bona alia illustrata, novam accessisse felicitatem, dum ejus civis virtutis Solem contuentur: Academia Officinæ Messanenſis, vulgo *della Fucina*, fornaculam fuſoriam exhibens, quo ſtannarum reparatiſſima fuocenſa, duriffima metalla emollita in uſu biliores formas vertit, addito lemmate ex Virgilio Georg. 4: *Formæ ſervit de antibus*; Carolum de Gregorio, Equitem, Muſicæ & poliſtoribus literis deditum, Antoram habet, cujus in ædibus *Messanæ dictus Dominicus* congregari cepit A. 1639 d. 23 Oct. atque feliciter compta imprimis oratione & Poëſi floruit uſque ad A. 1678, quo coorto belli ſtreptu diſſipata eſt. Quamvis tamen eadem A. 1701 Regia autoritate & urgente imprimis ipſo Siciliæ Prorege ſub nomine *Clizia* inſtaurata quodammodo fuerit, de qua
195. Cl. Auctor egerat Tomo I p. 142. Ibidem & olim floruit Academia Radicatorum, vulgo *degli Abbarbicati*, anno quippe 1653 inſtituta, ſed & A. 1678 per belli tempeſtatem exſtincta, cujus ſymbolum fuit arum caſtro diſciſſum, quo fecunditas promovetur & maſcentes avelluntur herbae, additis verbis e Virgilio Georg. I: *Ne ſteriles dominantur avenæ*. Reaccenſorum Academia Panormitana ex exſtincta. Academia Accenſorum, de qua e Tomo F diximus in Actis A. 1708 p. 540, effloruit A. 1622, & aliquandiu in ipſo palatio regio congregata eſt, multaque amœnioria ingenti ſpecimina prodidit, ſed & ipſa ſucceſſu temporis exſtincta, de cujus quidem nova reſtauratione bene ſperat Auctor. Habuit pro ſymbolo filicem chalybe reſpercuſſum, ex quo ignis eliciuntur favillæ, ad emortuum ignem reſtaurandum, cum verbis Etruſcis: *A Pro degli Altri*. Denique dum meminit Noſter Antonii Ruſſi, nobiliſ Meſſanenſis, qui hodie ſuperſtes in Jeſuitarum ſcholis ſeveriores non minus quam elegantiores literas adoctus, Theologiæ, Philoſophiæ, Muſicæ & Picturæ operam dat, eum in propriis ædibus Academiam Incognitorum inſtituiſſe refert, qui aram Areopagi reſtantes, adjecta epiſtrophe: *Nota Dea*, ſingulis ſeptimanis dogmaticas ac Moraliſ Theologiæ quaſtiones illuſtriores examinant & diducunt.

Inter ſceminas doctas, paſſim commemoratas, ſanctiſſima

im-

Append.

P. 4.

in primis laude clarant Maria Crucifixa a Conceptione, Aggrigentina, A. 1699, Maria Magdalena a S. Augustino, Nobilis Panormitana, A. 1694, Regina Jurata, nobilis Motycensis, A. 1685, Vincentia Maria Landolina, nobilis Narenfis, A. 1689, & ipsa B. Euflochis, a familia Calafata, A. 1491 mortua. Posti vero imprimis illustres fuere Martha Bonanna, nobilis Panormitana, Horatio Balliano Jcto nupta & Academiæ Reaccensorum adscripta, quæ A. 1595 decessit; Nina, seu Antonina, mulier Sicula, quæ Poëta Ettruscam inter primos coluit, & Dantis a Majorano seminat; & Angela Croc a SS. Trinitate, Panormitana, quæ et sacra scripta & in hymnos imprimis divinam mentem spirantes vulgavit, ætatem A. 1688 extincta. Nec Sybyllam Siculam prætermissit Autor, de qua varia observavit notatu digna.

Ceterum sub finem addendorum sui quoque nonnullam mentionem fecit idemissimus Autor, unde discimus, eum patre Josepho, spectate probitate Viro, natum Calendis Maji 1663, varias antea ac Sanctorum virorum ac feminarum Vitæ separatim edidisse, quæ junctim sub tit. *Palermo santificata dalla Vita de' suoi Santi Città addita*, Panormi 1708, prædiere. Edidit & alia quaedam, & nunc sub prelo effluunt *Museo Palermitano, ducati si contengono gli Elogi de' Pontefici, Cardinali, Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, Legationi & Generali di Religioni Palermitane* in 4. tum vero quam primum edere parat *Palermo devote di Maria Vergine in 4 & Degli scrittori Mascherati Centurie V in 12*. Sub ipsa quoque libris sunt quaedam a D. Johanne Braccocio, Jcto Panormitano, addita leguntur, in quibus plura quæ ad Celeb. Autoris vitam & laudes pertinent, variorumque de eo judicia, in quibus nec nostra dissimulantur, studiose collegit, & præterea exspectare ab illa eruditos præter alia multa possit, opus *De scriptoribus Siciliae seu Notitiam Autorum, qui de Sicilia eferunt rebus, urbibus oppidiisque scripsero*, tum *Vetera Siculorum Rerum fragmenta, notis illustrata*, nec non Italica quaedam, ut *istoria sacra di tutte le Chiese Sc. di Palermo, Tomi III; Memorie lapidarie della Città di Palermo; degli Annali di Palermo* *Tempo quarto, dal tempo, che lascio D. Agostino Invoget; Lo Acca-*

38.

39.

200.

273.

Apr. p. 14

p. 52.

104.

App. p. 2.

224.

47.

*domie d'Italia, & alfa, quæ ut feliciter absolvat Autor doctissimus, Reipublicæ literariæ commodò etiam atque etiam optamus.*

COMMENTARII DI GIO. MARIO CRESCIMBENI; intorno alla sua Historia della volgar Poesia.

i. e.

COMMENTARII IN HISTORIAM POESIE;  
*et vernacule JO. MARI CRESCIMBENI, Custodis  
Arcadie.*

Vol. III, IV. & V.

Romæ, apud Antonium Rossi, 1711; 4.

Alph. 4 pl. 6.

**C**UM de ipsa Cl. Crescimbeni Historia Poeseos Etruscæ, quam multo nunc luculentius recudendam parat, tum & de ejus Commentariis in Historiam illam alibi, speciatim de Volumine II in Actis A. 1711 M. Jan. p. 43, dictum sit, non abs re fuerit, reliqua præter Volumina, quibus opus integrum absolvitur, quamvis jam pridem edita, brevibus commemorare. Postquam enim parte II Voluminis II vitæ & scripta sexcentorum Poetarum recensuisset Autor doctissimus, nunc Volumine III singulorum singula specimina exhibet, eoque partitur illud libris sex, pro totidem, quæ sequitur, sæculis, incipit nempe faciens a Sæculo XIII & finies in hoc sæculo XVIII. Itaque singulis Libris centum specimina, nec pauciora modernorum & hoc ipso Sæculo viventium Libro ultimo exhibet. In his plura reperiuntur e membranis descripta, in quibus ut multa comparent summorum Principum carmina, ita eminet auctorium Leopoldi Cæsaris in Chlorin p. 327, quod cum minime frigeat, igniculos tanti Principis facile prodit. Nec Poetarum illustrium specimina desunt, in quibus, ut de viventibus dicamus tantum, Clarin Rangoni de Castelberco, Faustina Maratti Zappi, Juliz Sarega Peregrina, Hyppolite Cantelina Stuartæ, Elisabetha Credi Fortini, Elisabetha Hieronymæ Ambra, Maris

ria Bonacorsa Alexandræ, Peregrina Mariæ Viali Rivarnoli, & Theresiæ Grillæ Pamphiliæ, amatoria legi merentur. Vol. IV & V supplementa dedit Autor ad Libros IV, V & VI Historiæ suæ Poeseos Etruscæ, atque adeo & Poetarum veterum & recentiorum numerum mire auxit, & si quid de horum quoque, quos memoraverat antea, Poesi (neque enim vitas integras exponere ipsi propositum fuit) his tribus & triginta annis; ex quo insitutum hoc perlectus est, observasset, id quoque in his Voluminibus diligenter suo loco annotavit. Multa hic lectu digna imprimis Vol. V de Dante Aligherio, Francisco Petrarca, Ludovico Ariosto, Jo. Casa, Torquato Tasso, Jo. Bapt. Martini, Baptistæ Guarini, aliisque clarissimis Italix luminibus, nec vulgaria, quæ sub spectem de Viris doctis Italix accessere, qui vel in genere de poesi, vel de certa quadam specie poeseos, commentati sunt; quibus fufius recensendis, maxime cum liber jam pridem proderit, supersedemus.

**OBSERVATIO SOLARIS ECLIPSIS HABITA**  
*te Patavii V Nonas Majas e. 1715. Accessere Epistola duas de quodam Phenomene in eadem  
 Eclipsi observato.*

Patavii, apud Joh. Baptistam Conzatti, 1715, 4. pl. 4.

**E**X quo Vir Generosus Joh. Polenus ad Professionem Meteororum & Astronomiæ in Illustri Academia Patavina accessit, variis doctrinæ documentis industriam suam ita probavit, ut Geminaui Mentanarii, qui eandem cathedram multâ quondam cum laudè presserat, ingenium reviviscere in eo videretur: cujus rei amplum testimonium præbere possunt Machina illa Arithmetica automata feliciter ad exitum ab ipso deducta proprioque Marte excogitata, quæ in Miscellaneis ejus A. 1709 Venetis in lucem emissis accurate descripta est, amplissimaque Sphæra armillaris, quam secundum Systema Copernicanum ab omnibus iis, quarum descriptiones exstant, diversissimam, & univèr sam Astronomiam Planetariam mira facilitate & ludibundâ opera ob oculos ponentem, affabre ipsum construxisse accipimus, ut nihil dicamus de reliquis ejus lucubrationibus, de Dif-

sertationibus nempe ejus de Barometra, & Sectionibus conicis parallelorum horologiis sciaticis inscribendorum, ejusque Dialogo de Vorticibus cœlestibus in his Actis nostris recensitis.

Nunc vero observatione sua Eclipsis Solaris die 3 Maji 1715 Patavii habita typisque edita Astrophilos recenti specimine sibi obstringere in animum suum induxit. Descriptioni Eclipsis doctam præmisit præfationem, qua duarum Epistolarum Observationis suæ annexarum occasionem aperit, significando, quod cum exemplum observationis suæ una cum conjectura super causam phænomeni, cur in solaribus eclipsis minor appareat obscuratio ea, quæ ratione habita partis disci solaris obtekti produci debuisset, ad Rev. Philippum a Turre Adriæ Episcopum misisset, placuerit eruditissimo Præsuli (cujus nuper demeriti in re litterariam merita vel ex his Actis dudum innotere) & suæ quoque in idem phænomenum conjecturas proponere in Epistola ad Autorem, quæ una cum Responsione hujus ad calcem libri comparet. Cum præcipua Præsulis conjectura consistat in varia dilatatione pupillæ, miratur Autor nosster Nobilis in eadem præfatione, pulchræ hujus oculorum proprietatis nullum apud veteres vestigium reperiri, ne quidem apud *Ciceronem* ipsum, qui tamen in secundo de Natura Deorum visionis organa plurimum commendaverit, tradideritque, cur pupilla parva & palpebris munita esset: *Galenum* quidem observasse, uno oculo clauso alterius pupillam diduci, non tamen advertisse vim luminis in unam aut utramque pupillam. *Alexandrum Achillintum* demum sub initium decimi sexti Seculi primum omnium hanc pupillæ proprietatem in apicum produxisse annotationibus suis Anatomicis, circa finem ejusdem Seculi deinceps *Fabricium* ab Aquapendente eandem denuo recensuisse refert, atque *Keplerum* A. 1604, qui tamen in eo erravit, quod oculis in tenebris versantibus triplo magis dilatari putarit quam in Solis luce cum decies & amplius magis diduci possit.

Ipsa vero Autoris observatio describitur in epistola ad Illustriss. Virum, Joh Baptistam Recanatam, Patricium Venetum, eaque peracta est in Camera obscura in quam intromissum per tubum 34 palmas longum lumen, Solis imaginem in aduersam  
char-

obstant diligenter ad id divisa projectabat. Pro capiendis Solis altitudinibus radios ejus per foraminulum rotundum ad octo assurgens pedes supra pavementum, cujus æquabilitatem Cassiniano modo per canaliculum aquæ plenum exploraverat prius, de in quo pavimento linea meridiana foramini respondens accurate descripta erat, in conclave admisit. Ad temporis denique mensuram horologio oscillatorio prima & secunda minuta temporis ostendente usus est.

Omnibus ad observationem rite preparatis, cum hora infaret, aliud quam sudum cælum non desiderabat Autor cum Observationis sociis R. P. Antonio Ursato Monacho Cassinensi & Johanne Baptista Morgagni in Lyceò Patavino Anatomiz Professore Primario celeberrimoque, sed nubes obfliterunt, quominus initium eclipsis observari potuerit, nec maxima obscuratio satis definiiri poterat accurate. Aliquandiu ante Eclipsis tempus tanta depluebat æquarum copia, ut ab incunte Januario usque ad medium Aprilis & quod excurrerat pluviz collectæ ad altitudinem 28. linearum ascenderint & a medio Apr. ad Ostendas Máj ultra 40 lineas pervenerint. Typus Eclipsis commedius in finem hujus recensitiõis refertur.

Inquire deinceps Autor Clariss. in phænomeni causam, cur tempore maxime obscurationis Solis minor apparuerit hæc obscuratio quam quæ pro ratione partis disci solaris visui subductæ apparere debebat; eamque non ex radiorum reflexione aut refractione peti (etsi & hæc aliquid tribui posse non negat) sed ab oculorum probabili quadam dispositione ingentose deducit. Arbitratur enim, animam in estimanda luminis quantitate ideo falli posse, quod analogiam inter vim luminis & fibrillarum, quibus retina contexta est, extensionem earumque reactionem seu resistantiam non habeat perfectam, & tamen de luminis quantitate, extensionis gradibus, quibus fibrillæ retinæ a lumine afficiantur, earumque æquipollente reactione verosimiliter judicium ferat, quo fiat, ut minorem subinde luminis jacturam in Eclipsibus Solis contigisse arbitretur, quam quæ reapse contigerit.

Post hæc sequitur Epistola Illustrissimi Episcopi Philippi a Turre ad Autorem, in qua de eodem phænomeno pluribus agit, & ut

& ut solet, doctis; tres præsertim conjecturas in medium adducens, quibus phænomenon expediri posse putat. Primam ex proportione, qua lumen diffunditur, quam non secundum directam distantiarum a fonte sed reciprocam duplicatam earum rationem procedere jam omnibus constat, & proportione, quam inter distantias & quantitates intercedere assumit, deducit. Secunda innititur fundamento, quod activitas radiorum luminis in retinam non minuatur proportionaliter cum decrementis luminis, ita ut, si una ex quatuor radiorum partibus auferatur, non tamen pars una vis illius moventis in retinam pereat tota, atq; hinc confici arbitratur, majorem luminis quantitatem apparere debere quam pro ratione partis lucidi deficientis conspici debuisset. Qua occasione optat, ut, durante aliqua Solari Eclipsi radii Solis per singulos obscurationis gradus specule quodam ustorio excipiantur & calor eorum gradus explorentur, hoc enim modo facile innotescere posse autumat, quænam analogia inter caloris decrementa & luminis intercedat. Tertia denique conjectura, cui plus tribuere videtur quam reliquis, ex varia pupillæ oculi dilatatione & contractione, pro majore aut minore luminis copia in oculos intromissa, deprompta est. Statuit namque, quod, cum pupilla non præcise secundum obscurationis disci Solis in Eclipsibus solaribus proportionem dilatetur, omnino contingere debeat, ut magis dilatata existente pupilla plures radii oculos subeuntes tempore maximæ obscurationis majus quoque lumen præbeant quam fieri deberet ratione habita maximæ Solis obscurationis. Ad eruditam hanc Epistolam subjungit Autor Responsum suam, qua singulas Præsulis conjecturas persequitur ita, ut duabus prioribus calculum suum adicere non posse haud obscure significet, admissa tamen tertia, quam non solum probat, sed quomodo cum sua hypothesi consistere possit, copiose & eleganter ostendat.

*Typus Eclipsis Solis d. 3 Maji 1715 Patavii observata.*

Digiti	Tempora Sec. Ho.	Tempora ex
	rol. Qscill.	Altitud. correc.

H	'	"	"
---	---	---	---

I. 30

21. 3. 11.



Digit	Tempora Sec.		Tempora ex Altitud.
	Horol. Ofcil.		
	H	' "	' "
2.	6.	20	6. 45
2.30	9.	10	
3.	12.	17	
3.45	17.	31	
4.	19.	37	
4.30	22.	53	
5.	21.	24 3	
5.30	26.	55	
6.	29.	52	
6.30	34.	9	
7.	37.	14	37.41
7.30	39.	47	
8.	43.	44	
8.30	48.	54	
8.45	53.	29	
9.	55.	26	
9.10	58.	4	
9.	22.	3 3	
8.40	9.	49	
8.30	11.	40	
8.	17.		
7.30	20.	25	
7.	23.	37	24. 2.
6.30	27.	8	
6.	30.	56	
5.30	34.	50	
5.	38.	7	
4.30	41.	30	
4.	44.	12	
3.30	47.	2	
3.	51.	40	
2.30	54.	38	

511

2.

Digiti	Tempora Sec.		Tempora ex Altitad. correc.
	Horol.	Oscil.	
	H	' "	' "
2.		57. 58	
1. 30.		23. 1. 30	
1.		5. 20	
30.		8. 48	
Finis		12. 13	12. 20

**LAMINDI PRITANII DE INGENIORUM  
moderatione in religionis negotio Libri tres.**

Juxta exemplar Parisiis impressum A. 1714 proft. Francofurti  
apud Wilh. Metternish, 1716, 8.

Alph. 1 pl. 16.

**O**ccasionem hujus operis conscribendi, ut Praefatio docet, *Lamindo Pritanio* (sub cujus nominis umbra A. 1708 Venetiis prodidisse scimus *Bernardi Trevisani*, Nobilis Veneti, *Cogitata de exquisito judicio & gustu quoad scientias & artes*.) dederunt *Jo. Clerici* V. C. notæ censoriæ, Augustini Operibus Amstelodami A. 1703 excusis adjectæ. Scilicet Pritanius noster liberrimam Clerici, sub Pherepœni nomine latentis, censuram haud ferens, a primis quippe ætatis temporibus Augustinam pro Divo colere adfuetus, eumque pro *viro incomparabili* habens, qui ad *miraculum usque acutissimo ingenio & eximia literarum peritia fuerit instructus*, (ita enim in Praefatione eum appellat, & rursus infra p. 372 eundem vocat *incomparabilis ingenii & doctrina virum*.) in animum induxit, Apologiam pro Augustino componere, simulque in universam disputare, *quousque & quomodo & quando aut liceat, aut expediat, aut etiam necesse sit veritatem investigare atque proferre, pro virili parte effecturus, ut honesta in eatur naturali ingeniorum libertati cum Christiana moderatione concordia.*

Itaque *Lib. I cap. 1* docet, veritatem omnino esse investigandam, illam maxime, quæ ad religionem pertinet. Assentitur quoque *Cap. 2*, licitum esse, imo necessarium, iis, qui veritatem

tatem indagent, ut de rebus ac sententiis, in quibus verum exquirunt, prius dubitent : at magnam monet adhibendam esse cautionem, ne hæc dubitatio ipsi veritati fraudi sit. Hinc duas hanc in rem præscribit regulas : (1) *De principiis primis per se notis, & de rebus certa experientia, aut omnium hominum omniumque temporum consensu probatis, aut evidentissimis, ne imprudenter dubitato.* (2) *De veritate rerum aut sententiarum, quas doctissimi viri tradunt ac probant, rudes atque omnino imperitissimi nempe ne movento.* Cap. 3. contendit, Ethnicos, Judæos, & Muhammedanos dubitare debere de suæ religionis veritate, cum iustis fiat iis dubitandi causæ : at illis, qui suam religionem perspiciant certissimis principiis & fundamentis innixam, a dubitatione temperandum esse. Hic simul docet, triplicem esse rectæ rationis in religione usum, (1) ut quærat, an rectæ rationi adversetur nostra religio, (2) ut, num illa revera a DEO profecta sit, discipiat, (3) ut inquiratur, an, quæ DEUM tradidisse credimus, recte a nobis intelligantur & exponantur. Cap. 4. docet, Christiano homini periculosum esse, de suæ religionis veritate dubitare: qui enim dubitet, eum jam perdidisse videri fidem, eximium DEI donum. Hinc homines hæreticos plane vetat dubitare de rerum, quas doctissimi & sapientissimi viri semper tradiderint & adhuc tradant, veritate : doctis autem licitum esse pronuntiat aliquo modo dubitare seu perscrutari, quam firmiter rationis atque auctoritatis principiis innitatur sua religio, dummodo id ita præstent, ut certitudinem jam antea conceptam de religionis suæ veritate non rejiciant, sed instrumenta ad recte judicandum necessaria eo fine adhibeant, ut Christianæ religionis veritas magis eluceat, magisque confirmetur in ipsorum animis. Jam Cap. 5. cum Ptherepono congreditur Autor, Augustinumque negat fuisse, quod Christiana religio sine ratione prius vera sit credenda, ut illius veritas ratione postea percipiatur. Scilicet Autor noster Augustini verba commode interpretatur in hunc sensum, prius religionis Christianæ veritatem generatim ex certis motivis credibilitatis agnoscendam, deinde demum singula illius religionis dogmata consideranda & in ejus fundamenta inquirendum esse. Quicquid ex certis dicitur indicis, religionem Chri-

Digiti	Tempora Sec. Horol. Oficil.	Tempora ex Altitud. correc.
	H / "	/ "
2.	57. 58	
1. 30.	23. 1. 30	
1.	5. 20	
30.	8. 48	
Finis	12. 13	12. 20

**LAMINDI PRITANII DE INGENIORUM  
moderatione in religionis negotio Libri tres.**

Juxta exemplar Parisiis impressum A. 1714 proft. Francofurti  
apud Wilh. Metternishi, 1716, 8.

Alph. 1 pl. 16.

**O**ccasionem hujus operis conscribendi, ut Praefatio docet, *Lamindo Pritanio* (sub cujus nominis umbra A. 1708 Venetiis prodiiisse scimus *Bernardi Trevisani*, Nobilis Veneti, *Cogitata de exquisito judicio & gustu quoad scientias & artes.*) dederunt *Jo. Clerici* V. C. notæ censoriæ, Augustini Operibus Amstelodami A. 1703 excusis adjectæ. Scilicet Pritanius noster liberrimam Clerici, sub Pherepõni nomine latentis, censuram haud ferens, a primis quippe ætatis temporibus Augustinum pro Divo colere adfuetus, eumque pro *viro incomparabili* habens, *qui ad miraculum usque acutissimo ingenio & eximia literarum peritia fuerit instructus*, (ita enim in Praefatione eum appellat, & rursus infra p. 372 eundem vocat *incomparabilis ingenii & doctrina virum.*) in animum induxit, Apologiam pro Augustino componere, simulque in universam disputare, *quousque & quomodo & quando aut liceat, aut expediat, aut etiam necesse sit veritatem investigare atque proferre, pro virili parte effecturus, ut honesta incatur naturali ingeniorum libertati cum Christiana moderatione concordia.*

Itaque *Lib. I cap. 1* docet, veritatem omnino esse investigandam, illam maxime, quæ ad religionem pertinet. Assentitur quoque *Cap. 2*, licitum esse, imo necessarium, iis, qui veritatem

tatem indigent, ut de rebus ac sententiis, in quibus verum exquirunt, prius dubitent : at magnam monet adhibendam esse cautionem, ne hæc dubitatio ipsi veritati fraudi sit. Hinc duas hanc in rem præscribit regulas : (1) *De principiis primis per se notis, & de rebus certa experientia, aut omnium hominum omniumque temporum consensu probatis, aut evidentissimis, ne imprudenter dubitato.* (2) *De veritate rerum aut sententiarum, quas doctissimi viri tradunt ac probant, rudes atque omnino imperiti item ne movento.* Cap. 3. contendit, Ethnicos, Judæos, & Muhammedanos dubitare debere de suæ religionis veritate, cum justis sint iis dubitandi causæ : at illis, qui suam religionem perspiciant certissimis principiis & fundamentis innixam, a dubitatione temperandum esse. Hic simul docet, triplicem esse rectæ rationis in religione usum, (1) ut quæratur, an rectæ rationi adversetur nostra religio, (2) ut, num illa revera a DEO profecta sit, discipiat, (3) ut inquiratur, an, quæ DEUM tradidisse credimus, recte a nobis intelligantur & exponantur. Cap. 4. docet, Christiano homini periculosum esse, de suæ religionis veritate dubitare: qui enim dubitet, eum jam perdidisse videri fidem, eximiura DEI donum. Hinc homines hæreticos plane vetat dubitare de rerum, quas doctissimi & sapientissimi viri semper tradiderint & adhuc tradant, veritate : doctis autem licitum esse pronuntiat aliquo modo dubitare seu perscrutari, quam firmiter rationis atque auctoritatis principiis innitatur sua religio, dummodo id ita præstent, ut certitudinem jam antea conceptam de religionis suæ veritate non rejiciant, sed instrumenta ad recte judicandam necessaria eo fine adhibeant, ut Christianæ religionis veritas magis eluceat, magisque confirmetur in ipsorum animis. Jam Cap. 5. cum Pherrepono concreditur Autor, Augustinumque negat statuisse, quod Christiana religio sine ratione prius vera sit credenda, ut illius veritas ratione postea percipiatur. Scilicet Autor noster Augustini verba commode interpretatur in hunc sensum, prius religionis Christianæ veritatem generatim ex certis motivis credibilitatis agnoscendam, deinde demum singula illius religionis dogmata consideranda & in ejus fundamenta inquirendum esse. Quæcumque ex certis dicitur indicis, religionem Chri-

alienam a DEO profectam esse, in universas illius doctrinas vacas  
 esse scit, etsi intrinsecas earum causas & rationes nondum per-  
 spexit. *Cap. 6 & 7* ostendit humanæ mentis atque rationis in-  
 firmitatem, & hominis ad errandum proclivitatem, equeque  
 causas recenset. *Cap. 8* vulgatam illam in Ecclesia Pontificia do-  
 ctrinam exponit, necessarium esse, ut Deus visibilem aliquem  
 Scripturæ interpretem dederit, & hunc esse Ecclesiam, quæ er-  
 rare nequeat. Hinc *Cap. 9* ostendit, quot in hæreses prolapsi  
 fuerint Protestantes, infallibilitatem Ecclesiæ negantes, alioque  
 via veritatem querentes. Speciatim adversus Pheroponum  
*Cap. 10* disputat, vetustam doctrinæ & sectantium multitudinem  
 omnino esse robusta veritatis Theologicæ argumenta. Jam  
*Cap. 11* Traditionis auctoritatem & necessitatem in Ecclesia de-  
 fendit, & *Cap. 12* atque *13* porro propugnat pro infallibili auctori-  
 tate Ecclesiæ. *Cap. 14* jus Ecclesiæ & Conciliorum in dogmatibus  
 stabiliendis a Pheroponi objectionibus liberare nititur, nec  
 crimen, sed laudem esse statuit, judicare hic ex anticipatis opi-  
 nionibus, hoc est, secundum traditionem. Qua occasione &  
 auctoritatem Tridentini Concilii defendit ab hæreticorum, quos  
 vocat, criminatibus. *Cap. 15* Ecclesiæ auctoritatem defendit in  
 præcipiendis iis, quæ ad disciplinam spectant, non tamen diffi-  
 tens, cum in dogmatibus semper esse debeat concordia, discipli-  
 nam admittere varietatem ratione loci & temporis. Sic & *Cap.*  
*16* largitur, non esse Ecclesiam ab errandi periculo immunem in  
 judicandis personis, in Autoribus librorum dignoscendis, in San-  
 ctorum gestis narrandis, & in aliis id genus rebus. Nec minus  
 illud *Cap. 17* concedit, neque revelationes quarundam sancto-  
 rum mulierum, neque canonizationem Sanctorum, ad fidem  
 spectare, addens tamen, pie credi, quod nec in canonizando er-  
 ret Pontifex maximus. *Cap. 18* de illa questione disputat, num  
 ad fidem spectet hæc propositio: *Hic autem ille est verus Romanus*  
*Pontifex.* Arbitratur, non quidem de fide esse hæc thesîn, ita  
 tamen esse evidentem, ut negari non debeat. Ad judicia ecolo-  
 siastica progressus *Cap. 19* statuit, in doctrina damnanda vel pro-  
 banda errare haud posse Ecclesiam: sed in personis posse eam  
 errare, ut habeat pro hæretico, qui non sit, vel pro catholico,  
 qui

qui sit hæreticus. Denique quaerit, an Ecclesia damnans, quæ sit, & utrum hæreticus sit an catholicus alicujus libri vel alicujus propositionis sensus, falli possit? Fatetur, nondum aperte latens, esse, quod Clementis XI sententia, qua quinque propositiones Janseii damnavit, *in sensu a Janseio intento, ad fidem spectat*. Ceterum ita statuit, Ecclesiam immunam ab errore esse, cum de colligenda traditione ecclesiastica dogmatum agatur, non item aliis in rebus aut factis, nequam revelatis. Contentit tamen, eam, cum Vulgatam Latinam sacræ Scripturæ versio, nem renuntiavit authenticam, minime errasse, sed divino instinctu illud decretum concepisse. Nec vero eam esse hujus decreti sensum, quod nihil plane vitii in ea versione insit, sed tantum, quod recte ea se habeat in iis, quæ ad fidei ac morum doctrinam pertinent. *Cap. 20* docet, in Janseii negotio damnanda utique esse dogmata, quæ damnat Romana sedes aut Ecclesia: at, eandem illam damnatam doctrinam in Janseii verbis atque intentione fuisse, non esse necessario credendum assensu supernaturali: esse tamen omnino credendum ob evidentiam moralem. Qua occasione in Janseistas, Clementinus decisioni silentium, quem assensum, præstare malentes, acriter invehitur. *Cap. 21* edisserit jura Ecclesiæ in profanis artibus, scientiis, etque historiis pertractandis. Ubi quidem summam ingenii humanis concedit libertatem, quod hic cum periculo æternæ salutis non erretur: imo in his etiam a Patribus Ecclesiæ dissentire putat esse licitum; excipit tamen, ne quid statuatur, quod diserte refragetur S. Scripturæ, cum ne in iis quidem, quæ referri possunt ad Physicam, ad Astronomiam, ad Historiam profanam, et Chronologiam, credendi sint errasse Prophetæ & Apostoli. Merito hic notat inconsultum eorum zelum, qui Aristotelis & Peripateticæ Philosophiæ amorem occupati, quicquid huic advegens profertur a recentioribus Philosophis, insistent, non animadvertentes, se minus Aristotelicam causam agere, cum sibi videantur tueri causam religionis. Jam *Cap. 22* disquirit, an Copernicana hypothesis de telluris motu diurno S. Scripturæ repugnet. Id quod negat, copiose ac dilucide ostendens, divinas Scripturas ad opinionem vulgi interdum se accommodare, &

retinere communem loquendi consuetudinem, e. g. cum *Astor.* II, 5. Hierosolymæ fuisse dicuntur viri religiosi ex *omni* natione; cum *Astor.* XXVII, 27 nautis dicitur appropinquasse terra; cum extremitates cæpi pluribus locis memorantur; cum Sol dicitur incaluisse vel obtenebratus fuisse; cum per noctem quiescisse Sol scribitur, & quæ sunt alia hujus generis. Hac in materia pergit *Cap. 23*, ubi Petavii & S. Thomæ verba de *ἀποκατάστασις* S. Scripturæ adducit, simulque ostendit, male contra Copernicanos urgeri canonem quendam Concilii Tridentini. Nunquam inter hæc meminit, multos Patrum negasse existentiam Antipodum, Ecclesiam collaudat prudentiam, quæ nunquam damnarit Antipodum vindicæ, sed rem in medio reliquerit. *Cap. 24* docet, eandem semper fuisse Augustini sententiam, quod scilicet quæstiones phylicæ ex sacris literis non debeant decidi, cum earum scopus sit, pios homines facere, non eruditos philosophos.

*Libro II* investigat, quando liceat vel non liceat veritatem prodere literisque consignare, & quæ hic Ecclesie jura sint. Triplicem autem normam præscribit veritatem evangelicam, justitiam, caritatem, & prudentiam. Primum *justitiæ* munus esse *Cap. 1* ait, ne quis in negotio religionis veritatem publice proponat, quam ipse nondum certo perspexit talem esse. Alterum, ut veritas Evangelii non nisi ab iis annuntietur, qui ab Ecclesia legitimisque Ecclesie Pastoribus ad annuntiandum missi sunt. Qua occasione Autor Reformationis sub Leone X ceptæ auctores reprehendit, eosque injuste aggressos esse immutare religionem, ex defectu vocationis ipsorum ad hoc negotium sequi. Sed (quod obiter monendum ducimus,) hocce telum jam sæpius hebetatum est a nostræ Ecclesie Theologis, Catholiceque doctores dum juri repurgandæ religionis, quod nostrates Lutheri asserunt, nil nisi infallibilitatem Ecclesie suæ opponunt; adeoque manifesto *τὸ ἐν ἀρχῇ κτισθὲν*, arcanorum suorum inobedientiam ipsi satis prædant. *Cap. 2 & 3* exponit Autor, quid *caritatis* præcipere videatur in vulgandis novis ad religionem pertinentibus doctrinis: nimirum ut, si quis procerum Ecclesie aliquem errorem in vulgus spargat, ei se parcamus, sed falsa dogmata *τὸ ἐν ἀρχῇ κτισθὲν* & scriptis impugnemus, ita tamen, ut, quantum fieri potest,

par-



parcatur personæ. Delatus ad quæstionem, an errantem etiam liceat insectari aculeatis scriptis, Hieronymum quidem, Plautino sale hæreticos multum perfricantem, excusat, Augustini tamen placidam in refellendis hæresibus facundiam præfert, tanquam ad revocandos ab errore homines aptiorem, quos mordax oratio a vero longius avertat. Porro abesse judicat debere ab ejusmodi controversiis calumnias & ficta crimina, simul eos vituperans, qui vitia naturæ vel fortunæ vel morum obijciunt ad versariis. Candide hic fatetur, Fenardentium & alios e Catholicis Luthero & Calvino blasphemias & errores quosdam falso tribuisse. Postremo, quid hic prudentia suadeat, Cap. 4 expendit. Nimirum non dissimulandos quidem esse errores Patrum, sed eos excusandos: erroris suspicionem ab iis, quantum fieri potest, amoliendam: non esse veritatem proferendam, si inde nascitura videantur scandala. Obiter in fine hujus capituli monet, sibi non placere, quod in Moralis Theologiæ libris tot secreta luxuriæ prodantur, & ita multi, eorum criminantur adhuc ignari, velut instituantur. Cap. 5 & 6 de ecclesiasticis librorum censoribus disserit, iisque regulas justitiæ, caritatis ac prudentiæ præscribit, quas non raro ab iis violari fatetur, literatorumque miseratur fatum iis locis, ubi censores jure suo abutuntur, dum ita bonis ingeniis ac artibus crux figatur, nimirum compedes adhibeantur eruditioni. *Certe novimus, (ita p. 268 scribit,) qui, ne sibi consilium foret cum indocili quorundam censorum inscitia atque impotentia, dimissis Theologicis ac Philosophicis studiis, se totos coniecerunt in eruditionem profanam, unde si non aqua laus, certe minus periculi & plus quietis expectandum fuerat.* Cap. 7 & sequentibus usque ad cap. 14, quod ultimum hoc libro est, defendit jus Ecclesiæ & Principum Catholicorum, ad religionem compellendi homines, Augustinumque idem sentientem a Pheroponi censuris defendere studet. Hic, quam fixa animo sibi sedeat Romanensis illa de vexandis dissentientibus opinio, quantumtaque ducatur Augustini veneratione, eadem opera lectorem edocet.

*Libro III cum Jo. Clerico congredditur, ejusque anticatholicæ in Augustini Opera annotationes sub examen revocat, illiusque*

que doctoris antiqui petrocinium contra Clericum suscipit. Sic *Cap. 1* Catholicorum de peccato originali sententiam propugnat. Eodem in argumento versatur *Cap. 2*, simulque p̄dobaptisimum a Pherepono impugnatum defendit. *Cap. 3* Augustini sententiam de concupiscentia sive libidine tuetur contra Phereponum. *Cap. 4-8* agitur controversia de gratia & libero arbitrio, & contra Clericum contenditur, non injuste olim a Catholicis damnatum fuisse Pelagium. *Cap. 9* Catholicam traditionem de descensu Christi ad inferos defendit contra Phereponum. *Cap. 10* pugnat, Episcopum Romanum pollere summa in te Christianæ Ecclesiæ Episcopos autoritate, & primatum habere in universa Ecclesiâ : item, notam Ecclesiæ veræ esse legitimam Episcoporum successionem inde ab Apostolis usque, maxime in sede Romana. *Cap. 11* miraculorum, quæ Augustinus & Ambrosius narrant suo tempore contigisse, veritatem a Pherepono labefactam firmare annititur : simul contendens, semper futura esse in Ecclesiâ miracula, quippe cum ea sint inter notas veræ Ecclesiæ. Contra eundem *Cap. 12* tuetur cultum religiosum, angelis & Sanctis præstitum, itemque preces pro pie mortuis, nec non votum virginitatis. *Cap. 13* Auctor noster defendit cum Augustino, mendacium semper esse malum : simulque Phereponum calumniæ nomine accusat, disingentem, ideo Patres Ecclesiæ tam rigide se præbuisse infensos mendacio, ut ipsi postea tutius mentirentur. *Cap. 14 & 15* defenditur Augustinus a Pherepono accusatus superstitionis, fraudulentis, gloriæ studii, *Quædam* fictæ mansuetudinis, aliorumque vitiorum. *Cap. 16* Auctor noster fatetur, recentioris ævi scriptores multum antecellere Patribus Ecclesiæ eruditione : fatetur, in plerisque Patrum desiderari accuratam Criticis scientiam, frustra in nonnullis queri severam eloquentiam, paucissimos fuisse linguæ Hebræicæ peritos, sæpe eos parum recte ratiocinari : at in divinarum dogmatum & legum peritia superiorem iis esse neminem. Adducit etiam aliquot causas, quibus effici putat, Hebræicæ linguæ peritiam Theologo haud esse necessariam. Allegoricas deinde interpretationes S. Scripturæ, Patribus admodum probatas usitatasque, defendit : ac tandem *Cap. 17* alia, a Pherepono objecta Augustino, expendit paucisque diluit.

WHL.

WILLIAM LILLYS TRUE HISTORY OF  
K. James I and K. Charles I.

i. c.

WILHELMI LILLII VERA HISTORIA RE-  
gum Jacobi I & Caroli I.

Londini, apud Jo. Robertum, 1715, 8.

Plag. 8.

**H**istoriam hanc, Caroli potius quam Jacobi & Caroli dicen-  
dam, conscripsit Lilius coævus illis temporibus, eique ob-  
servaciones & recondita quædam subinde immiscuit. Carolus  
I, ex Autoris nostri mente, præstantissimis animi dotibus fuit  
præditus, nimis tamen indulgens nonnunquam, interdum in-  
gratus, uxori nimis obnoxius, semper incertus animi, & in bel-  
lo civili pervicax & prope crudelis. Peter ejus emplastro ve-  
nenato a Buckinghamii matre sublatus creditus, cujus accem  
cum vindicare, Rege obstante, haud posset Parliamentum, hujus  
odium ipsemet incurrit. Quæ dein de Consiliis Buckinghamii,  
ejusdem insectis belli, & cædis præfatio, ut & de Rupellanis di-  
cuntur, aliunde nota sunt. Postea Regina Mater in Angliam  
appulit, in fausto omine, quippe quam semper inopia, bellum aut  
alia mala comitabantur. Circa eadem namque tempora turba  
in Scotia ob Liturgiam enata, quas Clerus in Anglia quoque  
ambitione nimia concitavit, unde Wrean, Episcopus Nordovi-  
censis, obscuris prognatus parentibus, & Cantuariensis favore ad  
Episcopatum evectus, dixisse fertur: brevi futurum, ut Magi-  
ster Artium, aut verbi divini minister Viro Nobili loco non sit  
cessurus. Straffordium Regi ab initio adversum, mox beneficiis  
delinitum, Noster vocat Virum consilio profundo, Politicum  
prudenterimum, qualem Anglia vix unquam tulerit, & meliori  
fato dignum; Cantuariensem vero asinum, si Ecclesiastica exci-  
pias; Aruntinensem denique virum gravem, & vere nobilem, vi-  
gore animi nulli secundum, nobilitatis & antiquitatum ama-  
torem, sed populo minus gratum, quem Rex levi de causa acer-

P. 4.

20.

22, 25, 28.

34.

44.

47.

51.

T. I.

rimus

ACTORUM ERUDITORUM

52. rimum hostem sit expertus: Præterea Regem a suspitione commo-  
 63. motæ ab ipso seditionis Hibernicæ liberat, & causam, cur Essexius plebi in paucis carus, ducis militaris munus a Parlamento  
 44: 66: 75. delatum susceperit, hanc refert, quod Jacobus I. matrimonium  
 ipsius prætextu frigiditatis olim dissolvisset. Regem ipsam  
 omnium fere exterorum odium incarrisse notat, ipsius infelicia  
 90. fata simul ex observationibus Astrologicis confirmat, atque non pessimum quidem, ut malevoli solent, at infelicissimum Regem nominat. Eum, qui Carnificis officio functus, virum fortem, animi excelsi, & haud infimæ fortis appellat; nomen vero reticet; quod demum in *Historia vite temporumque suorum* detexit; quæ nondum ad manus nostras pervenit. Subnectit denique varias de morte Caroli, & Laudi Archi-Episcopi prædictiones.

MAXIMES POLITIQUES DU PAPE

PAUL III.

i. e.

**PRINCIPIA POLITICA PAPA PAULI III.**  
*quibus usus est in controversiis cum Carolo V. de concilio Tridentino; de prompta ex epistolis auctoris HUDARDE DE MENDOÇA, Hispanice & Gallicè editis a Dn. AYMON; accessere comparatio Pauli III & Clementis XI, atque liberiores meditationes Dn. DE GUEU-  
 BEVILLE.*

Hagæ Com. apud Henricum Scheucler, 1716, 12.

Plag. 14.

**Q**Uæ hic primo loco comparent Epistolæ XXXVII, Carolo V Imperatori inscriptæ, nunc primum e bibliotheca Scorialesi Hispanico potiter & Gallico idiomate prodierunt; nec integræ quidem exhibentur, sed ita excerptæ ut, quæ ad Paulum III & arcana ejus in causa Concilii Tridentini consilia attinent, potissimum sistantur. Autorem habent *Dn. Didacum de Mendocæ*.

*doxa* virum magis nominis, qui publicis negotiis adhibitus fuit. De vita ejus & factis multa in præfatione his epistolis præmissa afferuntur. Fuit nimirum vir in literis non mediocriter versatus, multa ipse composuit, & instructissimam bibliothecam sibi comparavit, quæ dein una cum MS<sup>tis</sup> bibliothecæ Scorialensi cessit. Opera ejus Imperator in Concilio Tridentino, cui ipsius nomine interfuit, & in aula Pontificia usus est. Cumque Pontifex Concilium istud, invito Cæsare, Bononiam transferre meditaretur, hic animus a re ista maxime alienum Papæ durioribus verbis, hoc Mendocæ interprete, declaravit. Et legi certe meretur in opusculi hujus præfatione declaratio illa, quæ 18 Januarii 1548 in consistorio proposita fuit. Quanti vero ipse Imperator Mendocam fecerit, vel ex diplomate Barcinone 18 Octobr. 1542 dato patet, quo ei facultatem in Concilio Tridentino quævis suo nomine agendi concedit, multisque eum elogiis ornat; quod in fronte hujus opusculi integrum legitur. Ad Epistolas quod attinet, subjecit Editor singulis observationes nonnullas, quibus quidem insuper habitis, & ipsis tantum Epistolis nonnulla delibabimus. Multæ vero Pontifici causæ fuisse memorantur, cur a Concilii convocatione abhorreret. Inter alia de loco disputabatur; cumque compertum haberet Pontifex, Carolum aliquando dixisse, sibi tanquam Imperatori convenire, locum Concilio assignare, id pro animi sanctæ sedis & sibi adversi indicio habebat. Præterea, quod omnibus viribus œcumenicam cleri convocationem impedire constituerit Pontifex, illud indicio est, quod, cum in congregatione Cardinalium de Concilio universalis deliberatum eique Tridentum denuo destinatum esset, expressis verbis negavit, se eorum sententiæ subscripturum, sed ecclesiam prius everfarum, quam concilium hoc convocari patiatur. Cumque vi & minis nihil proficeret, cuniculis usus est, Medicis nempe & Episcopis ære corruptis, ut saltim urbem illam minus congressui aptam perhiberent. Nec omittendum, Pontificem, cum de suspendendo Tridentino Concilio cum Imperatore ageret, ab eoq; responsum accepisset, licere Pontifici Concilium in nomine Dei suspendere, id ægre admodum tulisse, quod id ita capi posset,

p. 7.

18.

28.

101.

P. 33.  
37. quasi ea facultas sibi soli non competeret. Characterem Pontificis ita fere depingit Noster: *Habeo Pontificem pro homine admodum timido, si acrius se quis ei opponat; & pro temerario, si adversarii animum remittant. Scit dissimulare, & quidam existimant, parum & religionis & conscientia inesse.* Malæ fidei homo erat, ut Mendocça, ne canem quidem se ejus fidei commissurum asserat, quia eo malitiæ procellerat, ut sicariis sæpius uteretur. Superstitioni animum maxime obnoxium habuit, quo factum, ut Astrologis plena Pontificis aula esset, quorum tanta isto tempore fuit auctoritas, ut ne orgiam quidem lignorum emerent purpurati Patres, nisi consultis prius Astrologis. Affectibus ita rapiebatur, ut in rabiem actus videretur, & ipsi ministri aliquando Papam a malo spiritu obfideri putarent. De pietate Pontificis in hisce epistolis altum silentium. Id contra affirmare non dubitat Mendocça, se, si Imperatori ita fuerit visum, fide dignis testibus probaturum, se magis esse Christianum, quam Papam; seque melius Imperatori, quam Pontificem Domino suo servire. Quid? quod fœdus cum diabolo plus simpliciori vice meditatæ est, si his Epistolis credimus. Sæpius enim dixisse fertur, se fœdus cum diabolo pacturum, nisi Imperator suis votis annuat; dediturum semet ipsum diabolo, si minus secum iuste Imperator sit acturus; vocaturum denique diabolum in auxilium, si res eant in pejus. Præterea ut Paulum Venerè maxime fuisse delectatum, antequam diadematè sacro redimitus esset, abundè constat, ita nec postea eum has delicias sprevisse, ex eo conjicias, quod Noster ad Imperatorem scribat, Papam pene laborare, quem virulenta plaga affectum habeat, Chirurgum propterea tertia noctis hora clam eum adire, & vulnere medicamenta applicare, qui eum diu superstitem esse haud posse, ex colore & virum defectu colligat. His Mendocçæ epistolis ob argumenti similitudinem adjectam videmus aliam ab Antonio Filholi, Aquensi Archipræsule, ad Henticam II Gallicæ Regem nomine Concilii Latino idiomate scriptam, quæ etsi satis sit proluxa, ad tria tamen potissimum eaque notatu maxime digna capita redit. Primo Archipræsul insignem in Romana ecclesia fidei & morum corruptelam agnoscit & ingenue fatetur. Secundo Regem im-

199.  
147.  
135.  
82.  
81.  
47.  
46.  
52.  
189.  
196.

plo-

plorat, ut armata manu igni & ferro decreta hujus Concilii tuerentur. Tandem decreta ista Regis arbitrio tradit, rogatque, ut Rex euret, ista, quantum quidem Regiæ suæ dignitati interfit, observari, vel saltem indicet, quæ observari velit. Appendicis loco comparationem inter Paulum & modernum Pontificem Clementem XI instituit Editor, in quibus plurimum similitudinis invenire sibi videtur. Enimvero dissimulare vix possumus, in prolixa hæc comparatione, cujus XXV sunt capita, pleraque minus quadrare, nec argute adeo excogitari. Plurima eo redeunt, ut controversias Pauli cum Imperatore Rom. & Rege Galliæ is non dissimiles fuisse ostendatur, quæ Clementi cum eisdem Principibus intercesserunt, & adhuc intercedunt.

217.

## ETAT PRESENT DE LA GRANDE RUSSIE.

L. C.

**PRÆSENS RUSSIÆ MAGNÆ STATUS: A**  
**JO. PERRY Centurione descriptus.**

Hagæ Com. apud Henr. du Sauzet, 1717, 12.

Plag. 12 cum Tabula Russiæ Geographica.

**A**Utor præsentis libelli, primum Anglice editi, A. 1698, à Potentiss. Russorum Imperatore in Angliam eo fine conductus est, ut Wolgam & Tanaium, ipsaque adeo Nigrum & Caspium Maria, in quæ memorata flumina aquas suas vehunt, jungeret, cataractasque, quæ majores quoque naves caperent, constitueret. Cum vero Petrus, bello interea cum Turcis & deinceps cum Suecis implicitis, a cura illorum operum frequentius abduceretur, Ferris quoque subsidia necessaria, itemque stipendia promissa denegarentur, tandem is A. 1712, ad Whitworthii, Legati Brit. tum in Russia commorantis, gratiam confugit, atque cum eo, male, ut refert, multatus, in Britanniam rediit. Hoc itaque opusculo, partim sui ipsius fortunam, partim Russorum Imperatoris gesta, partim etiam mores Russorum hodiernos cum antiquis collatos, describit. Nos pau-

Ttt 3.

ca

ca tantum ex eo huc transferemus. P. 68 refert repentinas caloris & frigoris vicissitudines, a ventorum mutatione sola, in media æstate oriundas. Nimirum in superiori mari propinqua Moscoviæ parte cum Auster a terra continentica lente spirat, magna increbescit caloris intemperies; contra vero, vento eodem cum aquilone, qui glaciem maris præcipiti perpetuam transit, commutato, subito tantum calori succedit frigus, ut pellibus, ad corpus ab eo tutum præstandum, frequenter opus habeant incolæ, idque maxime Junio & Julio mensibus contingit. Postea, Siberia, & commercio Moscorum cum Sincensibus, & Tartaris, qui medium inter eos vastumque & fertile terræ tractum incolunt, descriptis, progreditur ad memorandum *mare Caspium*, de quo latius agit p. 102 sqq. multaque non ineptis rationibus evincit, magnam quidem aquarum vim a fluviiis, undique in id se exonerantibus advehi; nullum tamen cum Oceano ei nexum esse, sed aquas in vapores resolutas, inque nubes iterum collectas, quaqua versum iterum diffandi & tandem pluvii præcipites agi in terram, atque ita fluminibus ipsique Mari, unde venerant, perpetua circulatione reddi. Hæc excipit Russorum Imperatoris hodierni, regiminis ipsius, studiorum, itinerum, gestarumque rerum aliqua explanatio; cui jungitur alia de Russorum religione, moribus, vestitu; in quibus omnibus non pauca Principis jussu mutata atque facie speciosiori donata sunt. Attamen, cum non exigua illarum rerum pars satis nunc apud nos cognita perspectaque sit, a longiori earum repetitione consulto abstinemus.

THE RUDIMENTS OF GRAMMAR FOR  
the English-Saxon Tongue.

i. e.

RUDIMENTA GRAMMATICES LINGUÆ  
*Anglo-Saxonica, Anglice nunc primum exposita; una cum  
Apologia studii Antiquitatum Septentrionalium;  
Autore ELISABETHA ELSTOB.*

Lou-



Londini, apud J. Bowyer &amp; C. King, 1715, 4-

Plag. 14 $\frac{1}{4}$ .

**V**iris eruditissimis, quos ob merita sua in veterem Anglo-Saxonum linguam in Actis Erud. A. 1706 p. 97 laudavimus, sociam se dedit virgo ornatissima, Elisabetha Elstob, quæ ut antehac Homiliam Anglo-Saxonicam in S. Gregorium, nobis etiam A. 1711 p. 510 recensitam, cum versione sua edidit, & brevi alias Patrum Homilias eodem modo publicabit, ita etiam Rudimentis hæc ad linguam illam eo facilius addiscendam viam parare voluit. Dedicacionem illis ad Celsissimam Walliæ Principem, & Præfationem ad Celeberrimum Hiccesium præmisit, & in hæc primo quidem occasionem hujus Grammaticæ; & instituti sui ac methodi rationem exponit. Equidem opera ejus supervacanea videri poterat post Hiccesii Thesaurum, & Compendium ejus ab Eduardo Thwaites concinnatum (vid. Act. 1712 p. 286) sed cum illi Latine præcepta sua dederint, Nostra Anglice illa explicanda duxit, quæ & aliæ sui sexus linguam illam addiscere possint. Methodus ejus neque penitus nova, neque etiam eadem, quæ in docendis linguis eruditis usu recepta est. Antiquas divisiones partium orationis retinuit, nec vulgares Grammaticæ terminos rejecit. Operam tamen dedit, ut illos ita simul explicaret, ut, qui aliarum linguarum Grammaticas non didicerunt, intelligere eos possent. Plurimos etiam si non omnes terminos Grammaticos ex Ælfrici translatione Pifficani antiqua lingua Saxonica reddidit, ut ostenderet, majores suos non ita barbaros fuisse, ut quidem nonnulli affirmant, quin tantam linguæ illorum esse copiam, quanta vix in politioribus linguis modernis, imo nec in ipsa lingua Latina inveniatur. Deinde ad Apologiam studii Antiquitatum Septentrionalium, uti in fronte hujus Grammaticæ loqui amat, vel, quod rectius dixeris, linguarum Septentrionalium, accedens, initio defendit Hiccesium contra illos, qui auctoritatem ejus in nonnullis, quæ de linguæ Saxonice declinationibus & usu præceperat, in dubi-

p. 159q.

V 159q.

um.

ca tantum ex eo huc transferemus. P. 68. refert repentinas caloris & frigoris vicissitudines, a ventorum mutatione sola, in media æstate oriundas. Nimirum in superiori mari propinqua Moscoviz parte cum Auster a terra continentica calente spirat, magna increbescit caloris intemperies; contra vero, vento eodem cum aquilone, qui glaciem maris proximi perpetuam tranfit, commutato, subito tantum calori succedit frigus, ut pellibus, ad corpus ab eo tutum præstandum, frequenter opus habeant incolæ, idque maxime Junio & Julio mensibus contingit. Postea, Siberia, & commercio Moscorum cum Sinenfibus, & Tartaris, qui medium inter eos vastumque & fertilem terræ tractum incolunt, descriptis, progreditur ad memorandum *mare Caspium*, de quo latius agit p. 102 sqq. multisque non ineptis rationibus evincit, magnam quidem aquarum vim a fluviis, undique in id se exonerantibus advehi; nullum tamen cum Oceano ei nexum esse, sed aquas in vapores resolutas, inque nubes iterum collectas, quaqua verum iterum diffundi & tandem plaviis præcipites agi in terram, atque ita fluminibus ipsique Mari, unde venerant, perpetua circulatione reddi. Hæc excipit Russorum Imperatoris hodierni, regiminis ipsius, studiorum, itinerum, gestarumque rerum aliqua explanatio; cui jungitur alia de Russorum religione, moribus, vestitu; in quibus omnibus non pauca Principis jussu mutata atque facie speciosiori donata sunt. Attamen, cum non exigua illarum rerum pars satis nunc apud nos cognita perspectaque sit, a longiori earum repetitione consulto abstinemus.

THE RUDIMENTS OF GRAMMAR FOR  
the English · Saxon Tongue.

i. e.

**RUDIMENTA GRAMMATICES LINGUÆ**  
*Anglo-Saxonica, Anglice nunc primum exposita; una cum*  
*Apologia studii Antiquitatum Septentrionalium;*  
*Autore ELISABETHA ELSTOB.*

Lon-

Londini, apud J. Bowyer &amp; C. King, 1715, 4-

Plag. 14 $\frac{3}{4}$ .

**V**iris eruditissimis, quos ob merita sua in veterem Anglo-Saxonum linguam in Actis Erud. A. 1706 p. 97 laudavimus, sociam se dedit virgo ornatissima, Elisabetha Elstob, quae ut antehac Homiliam Anglo-Saxonicam in S. Gregorium, nobis etiam A. 1711 p. 510 recensitam, cum versione sua edidit, & brevi alias Patrum Homilias eodem modo publicabit, ita etiam Rudimentis hae ad linguam illam eo factius addiscendam viam parare voluit. Dedicationem illis ad Celsissimam Walliae Principem, & Praefationem ad Celeberrimum Hiccesium praemisit, & in hae primo quidem occasione hujus Grammaticae, & instituti sui ac methodi rationem exponit. Equidem opera ejus supervacanea videri poterat post Hiccesii Thesaurum, & Compendium ejus ab Eduardo Thwaites concinnatum (vid. Act. 1712 p. 286) sed cum illi Latine praecpta sua dederint, Nostra Anglice illa explicanda duxit, quae & aliae sui sexus linguam illam addiscere possint. Methodus ejus neque penitus nova, neque etiam eadem, quae in docendis linguis eruditis usu recepta est. Antiquas divisiones partium orationis retinuit, nec vulgares Grammaticae terminos rejecit. Operam tamen dedit, ut illos ita sanul explicaret, ut, qui aliarum linguarum Grammaticas non didicerunt, intelligere eos possent. Plurimos etiam si non omnes terminos Grammaticos ex Ælfrici translatione Prisciani antiqua lingua Saxonica reddidit, ut ostenderet, majores suos non ita barbaros fuisse, ut quidem nonnulli affirmant, quin tantam linguae illorum esse copiam, quanta vix in politioribus linguis modernis, imo nec in ipsa lingua Latina inveniatur. Deinde ad Apologiam studii Antiquitatum Septentrionalium, uti in fronte hujus Grammaticae loqui amat, vel, quod rectius dixeris, linguarum Septentrionalium, accedens, initio defendit Hiccesium contra illos, qui auctoritatem ejus in nonnullis, quae de linguae Saxonicae declinationibus & usu praecperat, in dubium

p. 159q.

V 159q.

- IX. um vocant. Ægre etiam fert, quod illi, qui de Anglica lingua expurganda cogitarunt, exiguam adeo linguæ Saxonice rationem habuerint.
- X. Siquè aliquando lingua Anglica corrigenda, augenda, & ad certas leges revocanda sit, illos, qui & Saxonice antiquæ, & aliarum Europæ linguarum periti sint, consulendos esse suadet, quo illi judicent, quousque horum idiomatum in illa usus esse possit.
- XI sqq. Linguas porro Septentrionales a præjudiciis eorum vindicat, qui statuunt, quod illæ non nisi monosyllabis & consonantibus durioribus consent, atque hic inter alia prolixè admodum e Poetis maxime Anglis ostendere allaborat, quod monosyllaba suavem harmoniam efficiant, si bene & cum *arq̄betis* disponantur.
- XIV sqq. Denique refutat illos, qui antiquarios genios humiles vocant, & Henricum Feltonum, Dissertationis de legendis Autoribus Classicis, superiori Sectione p. 466 ff. a nobis memoratæ, autorem, qui eodem meatem suam clare & distinctè minus exprimere posse docuerat. Ex ipsa Grammatica nihil est, quod post enarratam methodum addamus.
- XXIX sqq.

*FRANCISCI ANTONII DE SIMEONIBUS DE BELLO  
Transylvanico & Pannonico Libri VI. Ad CLEMEN-  
TEM XI Pontif. Mox.*

Romæ, e typographia Ant. de Rubeis, 1713, 4.

Alph. 1 pl. 16.

**Q**uo magis aptum se Historiæ huic scribendæ redderet Autor, Historicos & Græcos & Latinos legit omnes, Cæsaris vero Commentarios, Sallustii Liviique, quæ existant, sæpe perlegit, quod hos imprimis tum aliis in rebus, tum Latini sermonis elegantia imitari constituisset. Itaque res ab A. 1656 ad A. 1665 ita pertexuit, ut rerum ordinem nec otiosis sententiis nec ingeniosis interpretationibus oneraret. Concionibus tamen lubentius indulget, præsertim in libris de bello Transylvanico, quod id tum magis dissensionibus in conciliis, quam armis in campis, magis a Legatis & Consiliariis in aula, quam a militibus ducibusq; in acie certatum fuerit. Sed factum inde videtur, ut ægre aliquando vera a fictis discerni queant, quanquam nec diffiteamur, Autorem multorum consiliorum fuisse conscium.

••• X • X •••

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Que Lipſie publicantur,*  
**SUPPLEMENTA**  
*Tom. VI Sect. XII.*

**HISTORIA ECCLESIASTICA DUORUM PRI-  
morum Saeculorum a Christo nato e Veteribus Manu-  
scriptis depraemta a JOAN. CLERICO.**

Amstelodami, apud Davidem Mortier, 1716, 4.

Alph. 4 pl. 15.

**P**rolegomena superiori Sectione absolutis, ad ipsam Hi-  
storiam transgredimur, e qua illa tantum excerpemus,  
quae potatu digna existimavimus. Magi Christum officio-  
se salutes Arabes fuisse. Evangelistae in exponenda  
Christi adolescentia parum accurati & quasi negligentes, quod  
tamen non sine providentia divina aut factum videtur. Joann.  
neq. Anno aetatis Christi XXV. auditore sacro aqua Jordanis ab-  
luobat, more illius aevi, ut hoc rite significaret, pristinae vitae sor-  
dibus eos purgari oportere, si peccati vaniam consequi vellent,  
nihil vero consistit in illo Baptismo contulit. Joannem Josephus  
laudavit, quae vero de Christo apud eundem reperuntur, ea nec  
a Josepho, nec a tali Christiano scripta sunt, qui, quod scribere  
debetat de Christo, satis percepisset. Quae de Piscina probatica  
dicuntur, Jo. V, 4, ea ex codicibus quibusdam perperam de-  
lectantur. In Apostolorum electione ita Servator egit, ut nec no-  
biles nec eruditos nec eloquentes eligeret: nec doctos ascivit, ne  
posteritati suspiciones moverent, quasi religionem suapte in-  
genio excogitarent: nec nobiles, ne illam vi & armis promoverent;  
nec eloquentes, ne artibus Philosophorum usi videren-  
tur. Misit deinceps Joannes percontaturus, an Christus Messias  
esset,

U u u

esse,

esset, quia mirabatur, nullam in Republica Judaica mutationem fieri. Quae de demonibus per Judaeos Christi hostes profligatis dicuntur, et a Josepho fingi potuere, ut Christi et Apostolorum miracula elevarentur. Tiberius Christianis non infensas periculum accusatoribus illorum minatus est. Christum a multis pro Deo habitum esse Eusebius firmat, haec enim paucorum modo sententia fuit. Abigari Edesseni literae ad Christum, quaeque a Christo reddita, sunt suppositae, quae si quid ex vero haberent, Lucas Antiochenus id commemoraturus erat: falsitatem ostendunt verba *ὅτι, οὐ ἐστὶν Ἰσραὴλ*: haec enim neque ab Ethnico, neque a Christiano dicta sunt, siquidem Christiani Servatorem eo tempore Deum non dixere, p. 333. Bene igitur fecit Galasius, qui illas inter spurias projecit. Anno Christi XXXVIII Cyprii Antiochiae morantes Religionem susceperunt, a Barnaba confirmati. Anno XXXIX Pilatus, Hieronymo teste, vim sibi intulit, cui Phlegon Trallianus adspulatur. A. XLII Simon impudentissimus surgit, a quo Simoniani, quorum primum mentum Irenaeus. Sodales usque ad Origenis aetatem perduraverunt. Statua sub Dei Sancti nomine ficticia et nulla fuit. Qui Petrum Antiochia Romam abiisse dicunt, falluntur, et ex Chronologia factis refutantur. Certamina Petri cum Simone et scriptis spuris depromta. A. XLIII raptus Pauli fuit, quo quaedam ad Apostolum spectantia ipsi revelata faere. A. XLIV libertas Antiochenum in Hierosolymitanos: A. XLV Ecclesia Antiochena Prophetis abundavit, qui concordi consilio res Christianas administrarunt. Anno LIV extincto Claudio succedit Nero, nondum tamen Christianos persequitur, unde crescit religio, Apostolica verborum fidem miraculorum pondere adstruentibus, vestium quoque et fimbriarum tactu salutaris, etiam si omnis abesset superstitio, neque asseratarum reliquiarum queat exemplum dari. Bonum pellendi demones, extraordinarium erat: caelitusque datum, unde stultum erat exorcistas ordinari, quasi ab hominibus dari posset, quod a Numine veniebat. Ita vero etiam baptizatos conspuendi afflandique ritus eo tempore ignotus: nulla confessio- nis aut absolutionis Sacerdotalis mentio. Mores apud nonnullos Christianos satis boni, sed ita tamen comparati, ut, qui illius aetatis homi-

hominēs præsenti Sæculo meliores putet, omnino erret, p. 292. Paulus gentium doctor Idiota, non per inoestiam, a semet ipso dictus, sed vere, & obsecrus, ut, quid dictū velit, ægre videamus, p. 395: nec dictio tantum illo defectu laborat, sed etiam ordo, p. 396. Petri Epistola tota moralis ordinem non servat. Jacobum idiotam fuisse liquet & imperitum, quod ex stylo ipsiusque rebus ad eo constat, ut nimium credulū & veritatis parum amantem suspiceris, p. 425. An Paulus Hispaniam, Gallias, Britanniam adierit, incertum, et si Visi aruditi, Felus, Stillingfleet, Sirmondus, Marca, ea de re decerent. A. Christi LXXIV Nero in Christianos persecutionem coeperat, incendij, quod ipse patrauerat, scelus in ipsos devolvens: attamen edictum adversus ipsos propositum non fuit. Inscriptio Lusitana falsa, p. 429, ut merito Scaliger de ea dubitarit. Ceterum Ecclesia certa regiminis forma, aut regula saltem scripta caruit: videntur fuisse, qui Episcopi & Presbyteri promiscue dicebantur. A. LXXIX Apocryphi libri, quales sunt Actus Pauli, scribi cœpti sunt. De Epistola ad Ebræos dubitatum, ut Paulo ferre abjudicaretur. Scriptatum Epistola Clementis ad Corinthios, quæ aruditis germana videtur, p. 463, et si omnino sit interpolata. Nulla ex Evangelijis Pericopo recte citatur, quod ideo contingit, quia Canon nondum constitutus. Ad eandem ætatem Hermæ liber pertinet, Prophetis adscribens, si, quæ continentur in eo, vera essent. Nunquam ille Apostolorum verba pura citat. Anno LXXI Epistola Barnabæ scripta allegoriis, in interpretationibus Scripturæ coactis, fabulis de natura animantium plena, quod falsitatem satis arguit, p. 474. A. G. LXXII Nazarei orti, a Christianis ea tantum rediversi, quod legem Moysi simul observari vellent. Vocabantur & Ebionitæ, a quibus alij Sæculo II homonymi defecerunt. Ad hæc tempora referuntur Gnostici, Simoniaci Sædæles, in Genealogia fecundi, Ireneo descripti, et alibus flagitiosi, si Epiphonio credulo & adversario acri credendum. Horum successores Menander & Saturnianus, orbem pariter & homines ab Angelis conditos dicere, adjectis alijs, Salvatorem esse *θεωτρον*, nuptias per satanam contra. Idem erasit Basilides, Christum non esse crucifixum, *Barremingtonæ*, antequam hominis tantum, saltaudem, magia

utendum. A. LXXX Corinthias, orbem ab Angelis, Christum  
 a Josepho procreatum dixit. A. LXXXII Nicolaus carne uten-  
 dum esse voluit, *καρναρχία δὲ ἡ οὐρά*. A. LXXXV Apo-  
 logetus fabulosas Christo opposuit. A. LXXXVII Domitianus se  
 in Religione Christiana contumeliam Dominum & Deum di-  
 xit, inde Fideles vexans, Joannem relegit, qui Exul Apoca-  
 lypsin scribit difficilem, neque perspicacissimi haec usque intelle-  
 xerunt. Tandem & Evangelium composuit ideo, quod po-  
 tuerunt Christi annus, a reliquis prope neglectus, suppleri deb-  
 bat. Quod si observetur, cedit *discipulis*, qui Joannem & ceteros  
 Evangelistas intercedere videtur, p. 5 17. Quae de Juvenis de-  
 vō per Joannem emendato dicuntur, ea ad signa pertinent.  
 Ceterum ille Ephesimoriturus non nisi claritatem commendat  
 omnia in se complectentem. Qui enim charitatem tenent, 1) li-  
 cendo abstinent, 2) se mutuo jurant, 3) alienis & hostibus bene-  
 faciunt, exemplo mirando, & a Juliano in admirationem tracto.  
 Anno C Joannes moritur; quo tempore Canon Evang. con-  
 stitutus, non conciliabili sententia, sed communi tamen & tacito  
 orationum consensu, p. 5 20. Saeculo incitante II defunctis Apo-  
 stolis multa facta sunt, quae difficulter probari possunt: sed vigi-  
 lavit divina providentia, remque Christianam amplificavit, & ne  
 quid in pejus mutaretur, impediit. Praestat nihilominus videre,  
 quale discrimen inter Apostolos eorumque discipulos extiterit;  
 hac enim ratione mutationum, quae postea contigere, causas facti-  
 lius cognoscemus. Apostoli tres habebant fontes, unde sua hau-  
 riebant: 1) Scripturam Vet. Test. cujus Versione non indigebant:  
 2) Christi sermones auditos, & a Spiritu Sancto in memoriam  
 revocatos: 3) caelestem revelationem ab omni dubio liberam  
 & liberantem; quo factum, ut Apostoli nec eruditione nec Phi-  
 losophorum placitis indigerent. Inde omnia adversus adversa-  
 rios tela depromebant, sique decernenda, suas rationes e rebus  
 perspicuis eque principiis Judaeorum deducebant. Ut vero Chri-  
 stus Apostolis major, sic Apostoli discipulis, qui a Spiritu S. *in  
 omnem veritatem non deducebantur*, neque ostendere poterant,  
 quae per Apostolos se accepisse dicebantur. Apostolorum suae  
 doctrinae. Multa ex Vet. Test. adstruebant, quae cum veritate



non conveniebant. Justinus perperam infamat Judæos, quod multa Scripturæ loca plane sustulerint, quibus prænuntiatur, quod Christus ut Deus & homo in cruce sit suspendendus: verba quedam ex Ebra: libro profert non extantia, tum & Jeremias nonnulli, quæ e codicibus hodiernis exulant. Commiserunt fidem Apostolorum discipuli errores alios ex linguæ S. ignorantia natos, & fœcum sibi à Græcis Interpretibus fieri permisissent. Hinc Angelorum cum mulieribus consuetudo credita, aliq; errores, qui minus gnaros Vet. Test. ipsos extitisse argunt. Præterea idiomata Ebraica in scriptis Apostolorum non satis assecuti sunt, quod ex voce *Scheol* satis patet: quæ quom sepulchrum constanter nolet, Christiani Doctores locum refrigerii sub terra, seu pœnarum, posteriores infernum frustra intellexerunt, quam Ebræorum doctrina de altera vita sit obscura deque præmiis & pœnis post mortem ferme conticet. Nec Moses ulla alterius vitæ supplicia recensuit. Perversa ejusdem vocis Interpretatio Christi descensum ad inferos, prædicationem & Baptismum illis collatum extogitavit. Accessit inaudita fingendi licentia, qua tanquam ab Apostolis audita, de Regno millenario, de Festi Paschalis celebratione multa tradiderunt falsa: tum disciplina Arcani, quæ Sacramentorum & Eucharistie potissimum ritus occultabat, etsi Christus nihil imperasset. Ita ex additamentis Theologia crevit, simplicitatemque pristinam amisit, resque eo rediit, ut, si Systemata cum Apostolorum doctrina conferri deberent, multo plura in illis quam in hæc reperirentur. Interea Religio Christiana isto Seculo crevit, idque 1) tum ob miracula ad hæc patrata, 2) tum ob confutationem Ethnicismi editis Apologiis factam, 3) per supplicia Martyrum, 4) per vitam & mores Christianorum, non summos equidem planeque perfectos, attamen multo meliores his qui ab Ethnicis exhibebantur. Vixit illo inchoante Seculo Elxai Hæreticus Epiphanius descriptus ab Essenis Nazareis Sampsis præmagistro habitus: Illi Nazarsi posteriores sunt his qui seculo Iextante & ex Clementis Humilis indagari debent. Hi libros Moïsis ab ipsomet esse scriptos negabant, 2) eodem ut commenta rejiciebant, 3) ea tantum esse vera dicebant, quæ cum Christi doctrina conveniebant, 4) Christum

unicum esse Prophetam, 5) Evangelio Ebraico esse intendam, 6) de Deo optime loquebantur, 7) humana forma præditum prætabant, 8) soli Christo esse credendum. Epiphanius confute de primis secundisque Nazareis egit, eaque propter illustrari & extricari debet. In istis Sæculi II initiis Epictetus ab Arriano auditus floruit, quem quidem Casparus Barthius Christianum credidit, a Michael[e] Rossalio nuper refutatus. Anno hujus Sæculi XI Christianorum persecutio per Trajanum instituta est, a Plinio memorata, qui nullas in eos extitisse leges tradit. Anno XIII Tiberianus Palesinæ primæ Præses ad Trajanum de Christianis refert, seque in iisdem puniendis defatigatum, edocet, cui, cessandum, teste Malala; Trajanus rescripsit, quod falsum esse mox convincitur. Anno Sec. XVI Trajanus, Deorum iram placaturus, Antiochiæ virginem mactat, quod ipsi Ignatius exprobrans, Martyrio suo ansam dedit. Neque multo post quinque Mulieres qb Religionem extinctæ, pulvere exuviarum lebetibus admisto miraculis claruerunt. Epistolæ Ignatianæ, maximam partem genuinæ, nihil continent, quod cum Evangelii veritate non conveniat. Utitur tamen aliquando dictionibus, Apostolorum choro non usitatis, qualis est: *ἐν θελήματι χριστοῦ θεοῦ ἡμῶν*; quod arguit Epistolæ ab Anti-Arianis interpolatas esse. Anno Sec. XVII Polycarpus ad Philippenses Epistolam scribit Spiritu Apostolico plenam: Anno XVIII Basilides Evangelium edit, quod a Glaucia Petri interprete acceperat, in quo docet, licere Idolothytis vesci, fidem negare. Suis quinquennale silentium imposuit. A Castore & Agrippa confutatus. Male ad hunc annum disciplina Arcani refertur, quæ ferius inventa, quod Tenzelius adversus Schelstratenium satis demonstravit. Circa XX annum Carpocrates floret, qui mundum spectabilem a Deo non esse conditum tradidit, 2) Christum communi mortalium sorte editum, 3) nihil præter corpus & mentem humanam excellentius habuisse, 4) tamen talem habuisse vim, ut invitis Angelis mundi conditoribus redire posset ad patrem, 5) externa tantum specie passum. Ceterum artes magicas exercuit & *χαρμίστα* s. philtia paravit, quæ vox Charitesiorum locq substituenta. Multum ille Christianis nocuit, præsertim quum doceret,



zatis Christianis nec ratiocinandi nec disputandi arte valerent, nempe ne artificio adscriberetur, quod ad coelestem tantummodo nutum referri debebat. Ea propter Religio Christiana a seculis suos nec discipulos nec secutores reddidit, neque eruditione ornavit, quae ex eorum scriptis plane exalat. Dialogus cum Tryphone multa habet recta, & ab omnibus Christianis plane suscipienda, & dum quaedam e Veteri Instrumento loca profert, eaque non nisi more a se tradito explicanda censet, non satis sene prudentem se exhibuit. Talia sunt, allegorica typorum V. T. expostio, tum & ea quae de Veru Agni, Christi crucem significante prodicunt, quod multa ex Philosophia Platonica retinet, quae ipse Religioni Christianae parum adversa putavit. Ceterum mansuetudinem Apostolicam ostendit, dum quæstus e Tryphone putavit, beatos esse Judæos, qui Christum crederent, simul eorum ceremonias legis observarent, quam reliqui Christiani Christianos Judaizantes ab omni communione arcerent. Anno XLII Ireneus L. I. C. IV totius Ecclesie Christianae fidem exponit, ex qua altiorum confessionibus Symbolam Apostolicam natam est. Inde vero constat, 1) pro Capitibus Fidei non fuisse habita dogmata dubia, 2) Confessiones quibus Apostolicis fuisse conceptam, 3) Christianos unius Dei confessione ab omnibus Ethnicis fuisse distinctos, 4) præcipua capita Religionis fuisse æram de Incarnatione, nativitate, passione, resurrectione, reditu e cælo, de Spiritu sancto. Earumque fidem non fuisse occultatam. Anno LXV Athenagoras ob causas notæ Apologiam suam exhibuit, de natura divinis ita disserens: 1) in Deo, sate Filii *ἑτεροουσιον*, seu progressum, ut *ὑπερθεον*, seu *ὑπεροκεινον* haberet, fuisse in Deo Patre naturam ipsam, 2) ante rerum creationem Deum existisse rationem *ἑνωσαντων*, cum sate *ὑπερθεος* ejus a Patre non distinctus esset, 3) illa tamen *ἑνωσαντων* fuisse inter se conjuncta, ut Pater esset in Filio, Filius in Patre per unitatem Spiritus, quam Theologi *ἁπλοῦς* vocant, 4) hanc rationem fuisse Dei ideam, 5) eam fuisse rationalem efficientiam, 6) ante nihil fuisse, nisi materiam qualitibus omnibus destitutam. Sed recte ut sine dubio cum Scriptura locutus esset, quum temeraria sit, inexplicabilis obque divina Revelationis dicta explicare. cavins

tavius eum a Sabellianismo non alienum fuisse putat: Bullus autem parum solide censuit *πρότερον* filii ab Athenagora eternam creditam fuisse. Anno LXVII sub Anrelio Vero Persecutio IV & Martyres Lugdunenses, quorum mors equidem firmæ fidei, non autem veritatis documentum, quum & mendacium aliquando bona fide credatur. Anno LXVIII Theophilus Antiochenus floruit, qui primus Psalmi XLV versum I: *ἐξέβηξεν ὁ θεὸς λόγον ἀγαθόν*, Christi divinæ naturæ perpetam aptavit atque detorsit, quem multi alii sine examine secuti sunt. Anno LXXX Ireneus Lib. IV & V contra Valentinianos edidit, recte futiles illiorum nugæ refellens. Dum vero Filium ante Mariam exitisse ait, rogandus, credideritis, eum esse unius ejusdemque numero essentæ cum Patre participem, sic enim intelligeremus, ea unicam numericam essentiam Patris & Filii admitteret: quam si negaret, sciremus, magno pœne errare eos, qui putarunt optimum virum idem ac nos sensisse. De *ἀγύοις* Christi certe ita sensit, ut & hodie illius ea de re judicium doctis negotium facessat. Quando Mariam Advocatam dixit L. V G. XIX, id per errorem Librarii factum, legi enim debet *Adversaria*. Cetera apud Clericum legi maluius, sunt enim pleraque ita comparata, ut vel illustrationem largiantur, aut requirant. Finiendum itaque istud compendium, satis jam pro rerum varietate extensum, ut & aliis rerum scriptoribus prodeundi spatium detur.

## STORIA LITTERARIA &amp;c.

i. c.

**HISTORIA LITTERARIA DE PRINCIPIO ET Progressu Academiæ elegantiorum literarum, quæ Regii floret, conscripta a JOANNE GUASCO; Historiographo Academiæ Musorum ejusdem Civitatis.**

Regii, apud Hippolytum Vedrotti, 1711, 4.

Alph. I pl. 4.

**P**rosperit civium suorum gloriæ præsentis opere Guasco, atque erat ex monumentis variis proxima oblivioni illorum nomina, quorum aliqua in ream literariam merita extiterunt. Verum

XXX

rum

rum cum paulo parcius Nostro fuerit monumentorum apparatus, præsertim, uti ipse in Præfatione monet, in remotioribus annis, ne nimium tædiola esset nuda nominum & scriptorum enarratio, selecta varii generis poemata, quæ maximam partem adhuc in MStis delituerant, inseruit. Ceterum cum multi omnino in hac historia occurrant, quorum vel plane nulla vel etiam leuia tantum scripta supersunt, potiores tantum hic commemorare placet. Primus liber sistit Oratores, Poetas & Historicos veteres Regienses, qui, antequam Societas Academica institueretur, floruerunt. A. 1360 in aula Petri Regis Hierosolymæ & Cypri eloquentiæ & Medicinæ laude clarus extitit *Guido Ferrarius*, qui Bononiæ in usum Regiensium collegium fundavit. Eodem tempore Sagaccius de magnificentia urbis Veronæ, & Petrus, Monachus ordinis S. Benedicti, chronicam Regiensem scripsere, quorum labores MSti servantur. A. 1460 *Matthæus Maria Bopardus*, Comes, poemate suo, quod *Rolandus amans* inscribitur, Poetis exemplum præbuit, quod in hoc Carminum genere imitarentur, quanquam postea ab Ariosto fuerit superatus. Excelluit & in Lyricis poematibus, quæ 1499 prodire: Eclogæ ejus collectioni Poetarum Regiensium Vezzani insertæ sunt, quidam etiam sonuli hic p. 20 seqq. afferuntur. *Michael Fabricius Ferrarinus*, qui conscribendis tractatibus quibusdam metaphisicis & commentationibus in Aristotelem operam impendit & Script. S. carmine heroico illustravit, volumen Epitaphiorum, Inscriptionum, Epigramatum &c. in itinere per Italiam & extra eam collectorum & in membranis elegantissime conscriptorum, figuris instructum nitidissimis reliquit, quod catenis alligatum Regii in Bibliotheca asservatur. A. 1519 *Jo. Ludov. Affarofus*, qui Patriam ab armis Pontificis habitâ ad Cardinalem Sedunensem oratione liberarat, moriturus testamento cavuit, ut de ære suo Lectores Physices seu Medicinæ & Grammatices constituerentur. P. 34 extat specimen Poeseos Lucretiæ Bebbiz, Comitiss, quæ Latine æque scite ac Italice scripsit. Mentio porro fit *Ludov. Ariosti*, ob *Satyras & Rolandum furiosum* satis celebris. *Aurélius Ruperius Fossa* (1527) nobilibus Regiensis morti proximus, quæ conscripserat, flammæ tradidit, jussuque, ut quotannis

p. 12.

17.

26.

30.

34.

36.

39.

de

die ejus emortuali oratio haberetur, in cujus rei gratiam singulis oratoribus annulum aureum destinavit; deinde ut convivium adornaretur, in quo convivæ ingenii quendam factam recitarent. Voluit porro, ut singulis annis coronam ex semper vivo & numum aureum 5 vel 6 ducatorum scutumque armis domus suæ instructum acciperet is, qui armis, literis &c. præ reliquis inclaruisset. Lib. II de origine Academiæ Accensorum agit. Primus ad fundandam Academiam applicavit animum *Sebastianus Conradus*, qui cum literas Græcas & Latinas (1540) in patria doceret, quosdam ex auditoribus, quos paulo perspicacioris ingenii adverterat, selegit, iussitque, ut festis diebus in locum certum, quem Academiam vocabat, commentandi, meditandi & legendi causa convenirent; atque hos ipsos *Accensos*, nempe literarum & virtutis amore, appellabat. Ipse vero in prælegendis variis Autoribus occupatus, nomen *Fidelis* adsciscibat, quod & cum Bononiam ad publici lectoris manus evocaretur, retinuit. A. 1556 in Patriam rediens variis in Autores veteres commentationibus editis obiit. Plures dein ex hac Academia clari prodire, inter quos primus ordine fuit Comes *Bebbtus*, qui Ovidii *Metamorphoses* in sermones patrium transtulit. Commentationes ejus in *Topica* Ciceronis, item *Tractatus de ingenio plebis* MSti adhuc latent. *Ludovicus Cassola* varia conscripsit Poemata, quæ Jos. Betussii opera Venetiis 1545 prodire. Remisit paulo post *Conradi* secessum Academicorum fervor, quem tamen aliqua ratione adhuc servarunt *Cacilius Lancius*, *Jo. Baptista Fassa*, Poetæ, alique. Recensetur deinde *Guidonis Panciroli*, qui circa annum 1550 maxime floruit, scriptorum catalogus, quæ quidem omnia jam publici facta juris sunt, exceptis *Annalibus Regiensibus*, qui MSti exstant, ut & vita Autoris, fusior quidem, quam quæ libro ejus *de veteris legum Interpretatione* juncta est. A. 1551 *Fastos* Ovidii Italice edidit *Lucentius Cardani*, ob librum de imaginibus Deorum 1571 in lucem emissum satis notus. *Jo. Baptista Baccanellius* Lugduni promulgavit opus de consensu Medicorum, idemque scripsit *scientiarum acervum Isagogicum*, quod quasi Encyclopediam omnium scientiarum complectitur. *Tacamas* quæ de *Egeria Comitibus Canuffi*, & *Sylviæ Comitibus* poematis

p. 61

66.

81.

83.

87.

88.

101.

103.

105.

110.

- P. 115. tibus addit Autor doctissimus. Libro III Accensas dictos *Politicos* docet, quod anno circiter 1570 imminuto ob mortem & discessum quorundam Academicorum numero contigit. Princeps A. 1570 Politicorum fuit Comes *Alfonsus Fentanella*, cujus Epistolæ, quas legatus Florentiæ scripsit, dignæ essent, quæ publici juris fierent. Præter alios multos inclauit inter Politicos circa A. 1584 *Jo. Baptista Munarius* in Jure, Poeti aliisque disciplinis exercitissimus, qui in notissima illa, quæ Tasso cum Academia Furfuratorum Florentina intercedebat, *litæ* prioris causam egit, & dialogo ab Academia de Poeti Epica sub titulo *Carrassa* emisso opposuit aliud scriptum, cui titulus *Antichitose*, quod nondum quidem typis impressum proflat. Commendatur & *Horatii Maleguzzii Falerii*, Comitis & Philippi II in aula Ducis Ferrariensis legati, industria, quam *Tractatus de quinque maximis in orbe Monarchiis*, ut & *uita Pii V* impendit. Libro IV, qua ratione Politicorum compellationi, *Elevatorum* suffectam nomen fuerit, docetur. Nempe cum anno 1587 nimium decreueret Politicorum numerus, omnes literatos Regienses in societatem admittebant, assumpto Elevatorum nomine, eo ipso emergendi ardorem prodituri. Erat quidem jam tum Academicis Ferrariensibus sacrum hoc cognomen, distinguebantur tamen symbolo, quandoquidem Ferrarienses Herculem Anthem suffocantem cum lemmate: *superat atellus sidera donat*; Regienses vero æquilam medullam ex ramo cedriso protrahentem, adscriptis verbis: *Hoc virtutis opus*, representabant. Tutorem sibi constituebant S. Antonium Patavinum: annuumque Principem & Censorem, Assistentem item & Cancellarium inter se creabant. Cum convenirent publicæ, introducto Principe, oratio nunc Latina nunc Italica habebatur, alio tempore prælegebatur locus quidam ex Poeta vel Historico quodam, vel ipsi Socii, quæ elaboraverant, recitabant, quotum iudex Princeps erat; cujus nomine Secretarius omnibus, quæ a membris Societatis edebantur, subscribat hac ratione: *Principe existente excellenti viro N.N. Sublevatus N.N. scriba subscripsit*. Viguit autem præcipue ab A. 1597 ad 1620 Elevatorum Academia, quæ intervallo variis opuscula poetica a Sociis typis mandata leguntur. Inclauit inter



ter ceteros felicissimus Poeta & Philosophus *Gabriel Zinani*, nobilis Regiensis, de quo Nicini in Pinacotheca legitur. Invenit is poematum genus, quod octavas mixtas vocant, item Idyllia, quorum Autorem frustra se vendit Marius. Excelluit praesertim in Lyrica Poesi, & scripsit praeter alia, quae hic p. 229 seqq. recensentur, *Horacium*, quem Philippo IV Regi Hispaniae dedicavit, quo meruit, ut Dominus Bellaji (*di Bellai*) ab illo constitueretur. Imprimebantur contra hoc Poema oppositiones quaedam Anonymi, quas confutabat Vincentius Sorella amicus Zinani, verum suspicio erat ipsum Zinani objectiones illas laureolae captanda causa formasse; ob quam fraudem egregie eum deperum dedit Scipio Erricus L. III Bellorum Parnassi. Excipit hunc Poeta pariter insignis *Hypacanthus Campana*, nobilis Regiensis, e cujus poematibus MScis sat multa legi possunt a p. 241 ad 273 Reliquorum mentionem non facimus, Battistini nempe, Favotii, Bonii, Vellanti, Guiccardi, Ruffini, Fontanellae &c. quorum poemata in Scipoli, Vasti & Vezzani collectionibus reperiuntur, quaedam vero passim huic Historiae inseruntur. Restat L. V, in quo ostenditur, qua ratione diminuto sensim Academicorum numero plane obscuratus A. 1650 fuerit illorum splendor. Savierat quippe Regi pestis, atque hanc exceperat bellum, unde insignedammum in Academiam redundabat. Conservabant interim ejus dignitatem Franciscus Perucci, cujus *Pompa funebres omnium nationum* Veronae 1639 typis exscriptae sunt: Ianoc. Cremoni, qui Jo. Cottoni *Questiones in metheora Aristotelis* in lucem emisit: Hieronymus Fontanella, Valerius Maleguzzi Valeri, & Bartholomaeus Silvetti, Poetae. Circa annum 1640 omnes propemodum Poetae Itali fastuose cothurnum induentes Poesin plurimum corruperunt. Praestitit tamen inter reliquos fere Jo. Maria Crispi, Comes & Academiae Princeps, uti adductis p. 335 seqq. aliquot ejus carminibus demonstratur. Ex hujus Sociis memoratur praeter alia *Benedictus Ferrarius*, cujus ludi Scenici A. 1651 junctim editi habentur, item *Tisibesanus Socebia*, qui sub *Oculi & Lepide* nominibus varios ludos Comicos concinnavit. Sub finem libri commendatur versatissimus in Philosophicis pariter & Theologicis scientiis *Veronica*,

p. 227.

237.

317.

327.

334.

343.

Comitis Valerii Maleguzzii Valerii filia, in cuius laudem integræ poematum collectiones confectæ prostant. Ipsa edidit in prola *Innocentiam cognitam*, cum prologo Poetico, A. 1660. Quatuor ejus libri *de affectibus & eorum natura* MSti asservantur. Annectitur his continuatio libri quinti, & brevibus docetur, Academiam tandem A. 1666 caput iterum erigere coepisse, & quosdam novo ardore rem aggressos mutasse nomen Elevatorum in *Fumoserum* appellationem, & acervum ligni fumantis in formam rogi erecti symbolum constituisse Academiz, adscripto lemmate: *extensa luce purpurascet*; subtus adjectis verbis: *Academia Fumigantium*. Princeps erat Marchio Sylvius Molza gubernator Regienfis, Mæcenas vero Renaldus de Aste Cardinalis & Episcopus Regienfis. Membra constituebant Marchio Alfonso Fontanella, Carolus Biondi, Poeta, Michael Bonvicini, Joh. Baptista Ruscelli, Cæsar Violi, Poeta, & alii, qui cum Academiam in integram restituisent, *Mutorum* tandem nomen adsciverunt, quorum quidem memoriz secundum hujus operis volumen dicabitur.

**TYPUS THEOLOGICÆ PRACTICÆ, SIVE**  
*de Vita Spirituali ejusque Affectionibus brevis commentatio;*  
*Autore CAMPEGIO VITRINGA*  
*Tb. & H.S. Professore.*

Fransquerz, apud Wibiam Bleck, 1716, 8.

Alph. I.

**Q**Uam sancta & pretiosa res est vita spiritualis, tam dignum est argumentum, quod hominem sanctimoniz promovendæ studiosum & vitæ æternæ cupidum exercent. Vita spiritualis via est ad æternam, quæ absque illa non obtinetur. Quam viam monstraturus Celeb. Autor eleganti hoc libello, vitam spiritualem nil aliud esse ait, quam exercitationem veræ & vivæ fidei per charitatem, studium resipiscentiæ & sanctimoniz nullo fûco obductum. Dolet tamen vehementer, hanc pietatis exercitationem cum Christianismi defectu vi superstitionis, & judicii humani imbecillitate, immutatam corruptamque esse. Originem

gitem hujus mali refert ad seculum IV, ubi zelus religionis, quo Asiatici, Græci & Egyptii vere flagrarint, quosdam minime malos homines impulerit ad summam perfectionem status spiritualis alia via sectandam, nimirum vitæ solitaræ, cœlibatus & paupertatis spontaneæ professione culto interiori commercio cum Deo. Inde *Eremitas* Autore *Antonie* Egyptio, & paulo post *Cœnobitas* ortos esse, institutis cœnobiis utriusque sexus, in quibus fratres aut sorores plures seculo nuncium mittentes, vivebant. Autor non dubitat, quin in eorum numero plures fuerint, qui animo optimo hoc vitæ genus ingressi sint, nec omnia speranda putat, quæ in quorundam Sanctorum laudem prædicantur. Hac tamen occasione superstitioni latam portam apertam esse observat. Nam cum unus alio videri vellet sanctior fortiorque in edomanda carne, & exercitationum spiritualium peritior, plurimos hujus vitæ sectatores incidisse in futilia & absurda, quæ tamen pro illo tempore & ingenio hominum eam applausu fuerint excepta. Hoc vitæ spiritualis perfectioris institutum occidentalem Ecclesiam serius inavasisit, ibique in initiis suis sanctius & moderatius cultum est, diuque satis constitit intra ordines Cœnobiticos *Benedicti Nursini* Itali & *Columbani Hiberni*, qui seculo VI & VII floruerunt sanctitatis laude, & quorum regulis minus admixtum fuit superstitionis. Quemadmodum eorum cœnobia multos egregios aluerunt viros: sic rei Christianæ, Deo id dirigente, magno fuerunt usui, usque dum hi quoque ordines pollui cœpere, invalescente barbarie ac superstitione, & in scenam prodeuntibus seculo XIII ordinibus mendicantium, aliisque sodalitiis, quorum crudelitate sævitum est in innocuos Albigenensium & Waldensium greges, qui Jesu Christi doctrinam purius profitebantur. Non diffitetur tamen Autor, quin in utraque *Dominici* & *Francisci* schola claruerint viri aliqui insignes, meliori seculo digni, qui vitæ spiritualis perfectionem sine furo fuerint sectati, ac illi cum primis, qui *spirituales* dicti, disciplinam *Joachimi* Abbatis Sec. XII percelebris junxerint institutis *Francisci Assisi* Itali. Quorum tamen aliqui non multo post seculo nempe XIII tantum animo conceperint factum, ut librum emiserint titulo *Evangelii sequuntur*, quo disciplina suæ pro-

fessionem supra eam, quæ a Jesu Christo ipso, & ab Apostolis laudata est, extulerunt & commendarunt. Quæ tamen perfectio in cucullo, tunica restricta crassioris materie, zona nodosa, nudis pedibus, lectifugio ac anilius rei propriæ possessione, maximam partem consistebat. Hic non subsistit superstitio, sed altius itum est, nempe a vita hominis Christiani activa, qualis hucusque in cœnobiiis exercebatur, ad contemplativam & passivam, tanquam omnis sanctimonie terrestris complementum. Hunc statum professi, & ab omni hominum commercio separati, ecstasticorum instar, instabant desixi in contemplatione Dei, cum ardentissimi in eum amoris affectu. Constantes ab omni actione propria, Deo se exponebant ad influxus gratiæ ac illuminationis recipiendos, *perfecti* propterea, *beati*, *illuminati* que dicti. A quibus tamen Autor noster diversum esse putat Mysticorum seu Quietistarum institutum, quod nostra ætate restituitur *Michael de Molinos*, Hispanus, multos ubique nactus per Italiam, Galliam, Belgiumque Hispanicum sectatores utriusque sexus, ac homines etiam illustres. Ubi Autor monet, vitam spirituales, proprie ac ipsius vocis indicio esse activam. Esse quippe exercitationem fidei, quæ vivit in Christo. Eandem tamen passivam etiam esse, quatenus Christus vivit in nobis. Verius tamen activam, quam passivam quid dici posse putat. Præterea docet, quid in *Molinosi* disciplina probandum improbandumque sit, opinatus, hoc systema ita esse formatum, ut fundamenta religionis Pontificiæ, quæ Christianorum animos ab internis avocet ad externam pompam, penitus subruat atque evertat. Hanc ob causam Quietistas objectos fuisse furori Jesuitarum, qui interea mortalem doctrinam proposuerunt propudiosam plane ac detestabilem, qua divina pietatis præcepta impune violari, ac quævis flagitia salva conscientia committi possint. Hæc vitia evitare studuit Cel. Autor, typum traditurus vitæ spiritualis verioris puriorisque, ac S. Scripturæ conformem. Quam practicæ Theologiæ partem hanc potissimum ob causam selegit, quoniam usu cognovit, homines minus laborare ignorantia officiorum legis Christianæ, quam status sive principii, ex quo officia illa derivanda sunt, nempe Regenerationis. Quod gratiæ beneficium

scium *Klemens Alex.* qui primus hanc disciplinam in systema redagerit, fundamenti loco suo *Pædagogo* subtraverit. Idem institutum postea exacerbat esse ait *Cyprianum*, Autorem *Constitutionum Apostolicarum*, *Jo. Damascenum*, atque imprimis *Augustinum*. Neque *Donatists* suam hic stet laudem, sublatiæ sedæ præjudicio vitæque nonnullorum: illo enim tempore utrumquam fuisse interioris pietatis accuratiores cultores, nullasque Ecclesias, quæ decus Christiani nominis parius ostentaverint, quæ in Africa. E Græcis sententiæ anteponebat *Macario* *Egyptio*. Hæc prolixè eruditeque præfatus, vitam spiritualem emendandam naturam & attributa ejus describit, deinde de ejus *principio, causis, modo productionis* ita loquitur, & quæque *partibus* agit, sigillatim de *abnegatione sui ipsius, de patientia, sequela Christi*, nec non de *passibus* variis eorum, qui spiritualiter vivunt, item de *accidentibus, Modis* que tunc ad instaurandam vitam spirituales abisque argumentis, quæ ad præsens institutum pertinent, de quibus nunc non est dicendi locus.

**IDEA ELOQUENTIÆ NOV. ANTIQUÆ, EDITA, & Prolesiones quasdam Academicas adjecit  
GOTTFR. POLYCARP. MULLER.**

Lipsiæ, apud Phil. Wilhelm. Stockium, 1717, 4.

Alph. 1 pl. 8.

**O**pusculum hoc, præter ideam Eloquentiæ Nov. antiquæ varia adhuc complectitur, quæ primum doctissimus Autor dissertationem de emendatione eloquentiæ modernæ præmiserit, qua de fati eloquentiæ Christiani Weisii Rectoris olim Zie-taviensis disserit, & ea, quæ ipsi laude & reprehensione digna videntur, copiosius subnotat. Quibus propositis ad alios recentiores artis dicendi emendatores pergit, & quæ *Guridlingius, Mullerius, Walchius* de arte loquendi commentati sunt, sub examen & censuram vocare sustinet. Hanc dissertationem excipit *Programma* auspicalè, orationi cuidam solemnè præmissam, quo adversus quosdam nostræ ætatis Philosophos, qui *convictionem* pro eloquentiæ finem adsumunt, finem eloquentiæ *persuasionem* esse

Yyy

con-

contendit; & hæc sequitur ipsa oratio de genere dicendi novæ antiquo. In ipsa Idea eloquentiæ veterum & recentiorum præcepta conjungit & multa quasi ab exilio revocat, quæ ab aliis, nostræ imprimis ætatis Oratoribus proscripserunt. Integritas hæc quædam disputantur de indole artis oratoriæ; de natura & arte filii, quam tamen doctrinam ab eloquentia alienam esse censet. Pars prior theoretica est, & agit de themate oratorio, de argumentis maxime probantibus, moventibus, conciliantibus, illustrantibus, de dispositione, stilo oratorio, & actione oratoria. Posterior est practica & de conversatione & Progymnasmatibus, uti caput primum inscribitur, de literis conscribendis, orationibus solemnibus, de orationibus variorum vitæ generum agit. Extremum locum occupant Prolusiones quædam Academicæ *de conjungenda Historia cum Philosophia, & Eloquentia; de fructu ex studiis Nobilium; de Imperio Dei Naturali, & tandem de spiritu Sectario Philosophantium*, quibus varia haud inutiliter dicta continentur.

## Historie des Fürstenthums Anhalt xc.

i. e.

HISTORIA ANHALTINA: AUTORE JOH.  
CHRISTOPHORO BECMANNO.

Tomus II.

Servestiz, apud Gottfr. Zimmermann, 1710, fol.

Alph. 10 Tabb. zn. 46.

**P**ENE oblitteramus Historiæ Anhaltinæ, quam Cl. Becmannus olim contexere coeperat, nisi luculentæ Accessiones, nuper admodum editæ, quarum justa excerpta proxime in Actis ipsis dabimus, nos denuo monuissent, ac aurem quasi vellicassent, ut secundi etiam Tomi (priorem Acta nostra A. 1711 p. 335 recensent) aliquam mentionem faceremus. Ita vero in Parte V quæcum priore Tomo connectitur, præter abstrusas, & maxime reconditas Gentis Anhaltinæ origines, quas ex antiquissimis historiarum monumentis evoluit, quo tempore Illu-

stris.

Ariffima Principum Anhaltinorum domus in novos fecunda ramos effloruerit, ostendit, vitam, fata, & res gestas cujuslibet Principis sigillatim describit, & postquam Parte VI Sacrorum, quæ apud Anhaltinos quondam vigerunt, & adhuc videntur, rationes exposuit, familias quasdam, virosque celebriores, qui de Patria, Patriæque Principe præclare meriti sunt, Parte VII inventuræ posteritatis conspectum producit. In eruendis Principum Anhaltinorum natalibus Cl. Autor Varronis Scriptoris antiqui exemplo cuncta, quæ de Anhaltina gente sciri dicique potuerunt, ad tria diversi temporis intervalla, tempus scilicet Mythicum, Mythico-Heroicum, & Historicum revocavit. Hincque ad Mythicum jure meritoque pertinere ipsi videntur, quæ *Henric. Basse* de Julio Tarquinii Prisci Romanorum Regis filio, *Petr. Albinus* de Odoacro Herulorum Principe, *alii* de Arminio Cheruscorum duce, & *Reimannus* ex vetustis Saxonum annalibus de Annano & ejus uxore Halsa commemorant, atque ita a multis retro seculis primam Anhaltinorum progeniem deducunt. Paulo certiora rerum documenta suppeditant tempora, quæ Mythico-Historica vocantur, quibus illustrium quidem virorum nomina & merita ad posteritatis memoriam pervenerunt, non tamen omnia, quæ de iis vulgo narrari solent, ab omni secus sentientium exceptione sunt immunia. Quocirca eorum præ ceteris opinio Cl. Autori probabilis est, qui cum *Gobelino Persona* Decano Bielefeldensi Anhaltinorum origines a Suevis, & Semnonibus arcessunt, & Bernthobaldum, qui anno p. C. N. 524 vixit, primum ejusdem gentis ducem constituunt. Atque ab hoc Bernthobaldo Principum Anhaltinorum majores ad Aribertum I seu Beringerum, qui Caroli M. temporibus floruit, iusta serie deducuntur. Illum Berengarius V sequitur, qui Christianorum sacra amplexus est, & ab ipso Constantino M. e sacro fonte susceptus, æt Caroli nomine appellatus dicitur, a quo etiam, secundum Spangenbergium, Comitis non solum Baldenstadiensis & Ascaniæ titulum, sed & eas terras proprias accepit, de qua tamen re haud immerito Cl. Autor dubitat, quoniam Caroli M. ætate Comitibus nihil quicquam hereditatis in provinciis, quas administrabant, competit, id quod Ottonum & Hen-

P. V.  
p. 1 ff.

3 ff.

14 ff.

- ricorum demum temporibus usu venisse scimus. Hæc igitur  
 p. 48 ff. Principum Anhaltinorum *Biographia* per totum librum primum  
 quintæ Partis usque ad Johannem I ejusque posteros, ad quos  
 mortuo Francisco Julio Ducatus Saxo-Lauenburgicus hereditatis  
 jure devolutus est, producitur, & quicquid controversiarum in-  
 ter Principes Anhaltinos & Georgium Guilielmum Brunsvicen-  
 sium Duce[m] in causa Saxo-Lauenburgica intercessit, accurate  
 67. exponitur. Liber II totam in vita Henrici I cœptam, & per lon-  
 gam reliquorum Principum seriem diductam in Johannis filii  
 183. Carolo & Bernardo, quorum hic ob insignis pietatis studium  
 mirifice laudatur, absolvit. Liber III Josephi Ernesti Principis  
 Anhaltini vitam copiosius exponit, qui complurium liberorum  
 felicissimus Parens ditiones Anhaltinas Johanni Georgio, Chri-  
 stiano, Rudolpho, & Augusto reliquit, unde postmodo illustris-  
 209 ff. sima Domus *Anhaltino- Dessaviensis, Bernburgensis, Servestensis,*  
*& Cobleniensis* sua sumit auspicia. Quælibet illustrissima fami-  
 lia Cl. Autori peculiarem dicendi præbet materiam, qui singu-  
 lorum Principum nativitate[m], res gestas, necessitudines, matri-  
 monia, affinitates, quibus cum multis Europæ proceribus con-  
 junguntur, & mortem denique ipsorum luculenter exponit. E-  
 quidem sacrorum, quibus veteres Anhaltini dediti fuerunt, tam  
 perspicua ratio non est, ut certiora de iisdem affirmari queant;  
 ille tamen cultus, quo Septentrionis populi effusa Numina pro-  
 495. secuti sunt, sine dubio Anhaltinos simili mentis superstitione  
 infecit, quod imprimis luci Deorum in Servestino & Colvigienfi  
 agro testantur, qui & hodie in perpetuam rei absurdæ memori-  
 am *Hainhölset*, & *Gadehülsche* vocantur. Imo, ut ex indi-  
 ciis non adeo obscuris colligere licet, notissimis Germanorum  
 Idolis Radegasto, & Crodoni, Romanorum præterea Apollini  
 & Veneri haut parum honoris in his regionibus exhibitum fuit.  
 5. Seculo tandem septimo, Bathildis Berengarii filia forma pariter  
 ac prudentia excellens Clodovæo III Gallorum Regi nupsit,  
 & Patrem suum, fratremque ad Christianorum sacra perducere  
 voluerat, sed incassum fuerant illius conatus, donec post inge-  
 tam cladem, quam Anhaltini a Carolo M. acceperant, A. 785  
 Ambo Berengarius, & filius ejus Berengarius V, ut ante diximus,

Chri-



Christianorum doctrinam amplecterentur. Jamque religio sic dicta Pontificia, cujus ceremonias, & alia quæ ad illam spectant, Cl. Autor uberius describit, per complura sæcula in ditionibus Anhaltinis obtinuerat, auspiciis vero Wolfgangi Principis, qui tempore Lutheri floruit, factum est, ut urbs Servestia omnium prima sacris Pontificiis valideret, & ad purioris fidei castra digrederetur. Multa hic occurrunt, quæ superiore ætate inter Lutheranos & Reformatos dilceptata fuerunt, quæ tamen omnia quoniam prolixiora sunt, & variis ab Autore diplomaticis confirmantur, sicco pede transimus. His succedit P. VII, quæ præter Ironebiles, qui in Principum aula versati sunt, doctos quoque & bonos in Reipublicam merita recenset.

P. 37.

P. VII.  
165 ff.

**JO. BURCH. MËNCKENII DE CHARLATA-  
neria eruditorum Declamationes duæ, cum notis**

*variorum*

Amstelodami, 1716, 8.

Plag. 175.

**C**um Declamationes ipsæ, quæ intra anni spatium ter Latine Lipsiæ atque Amstelodami editæ, ac duplici versione Germanica donatæ prodierunt, jam in omnium manibus versentur, de illis quidem nihil hoc loco dicemus; saltim non abs re putavimus, ut aliquam mentionem faceremus tertie hujus editionis, & ex notis præcipue, quæ nequiquam ipsi Menckenio (ut criminatus est inter alia inficetus & rusticus Diarii Belgici, *Boekzuel der geleer de Wersit* dicti, Autor) verum variis Viris eruditis debentur, & Sebastiani Stadeli, quæ accessit epistola, nonnulla circumforanz hujus vanitatis specimina commemoraremus. Repetita vocis origine ab *Hætu*sq; *ciplare*, *circulare*, seu decipere, ostenditur, quam mira res sit applausus, & quam difficulter sæpe obtineatur, quamque absurda sint vulgi non tantum, sed etiam hominum, prudentiæ speciem præ se ferentium, judicia. Hanc literatorum gloriam laudesque captantium vanitatem ubivis, fere sese prodere, multis exemplis declaratur. Ubi de nominum mutatione differitur, quæ Sec. XVI præcipue frequens fuit

Yyy 3

inter

inter eruditos, Medicus Gallicus honoris causa nominatur, qui pro nomine *sans malice Academie* voluit vocari. Sic Julius Cæsar Scaliger, qui ex Principum Veronensium de Scala genere natales suos repetebat, responsis prudentium ambitiose corrogatis, Criticumque se, Medicum, Poetam & Philosophum vocare solebat, tam perverfo inclarescendi pœritu conceptus & occœcatus fuisse dicitur, ut Scioppius adversarius non minore laborans ambitione, edito de vita Parentis, & gente Scaligera scripto, vix octo phyllis exsuperante, ultra 499 imposturas detexerit. Sic & Academicæ vanitatis exemplum ille septem artium Magister, p. 23 commemoratus præbet, qui uno impetu XXI Collegia quotidie habenda ex valvulis intimaret, a cœcœcitate lecturus, que ad mediz noctis inclinationem. Scarronus, satyrarum celebri Autor, librum quandam cani suo mœndri ferretu dedicasse, Stolidæ arrogantiz exemplum apparuit in D. Jo. Ker, Anglo, dedicante librum suum *observations de lingua Latina* Reginz Angliz, qua dedicatione non minimam felicitatis illius Reginz partem esse dicit, quod liber iste, ipsa imperante, fit editus in lucem. De Jac. Claverio, homine Italo, ex Erythrei *Pinacotheca* refertur, ipsum nummos trivialibus puerilis cum variis bellariorum generibus distribuisse, quibus nimirum illi pellecti, laudes ejusdem versiculis suis celebrarent. Quia eo usque stoliditatis progressus esse traditur, ut puerilia hæc carmina una cum reliquis vel ab ipso conscriptis, vel ab aliis emendicatis sui *elogiis*, duobus Tomis in lucem edere non dubitaret. Ridiculus est Richelii Cardinalis lapsus, qui Maurnum Terentianum, celebrem Grammaticum, Comœdiam Terentii esse credidit. Mitimus Joh. Scaligeri, Jani Douso filii, M. Zuerii Boxhornii, Th. Crenii, aliorumque hallucinationes, in quas credulitas & nimius antiquitatis amor eos induxit. Altera Dissertatione non dissimilia literatz vanitatis exempla continentur, in Grammaticis, Philosophis, Medicis, Jctis ac ipsis Theologis notata. Nonnulli id negotii sibi datum esse existimant, ut Grammatica aliorum vitia excerptant, aut de vocibus & questionibus nullius momenti disceptent & dimicent, tanquam pro aris & focis. Alii idem styli genus, quo ipsi utantur, ab omnibus requirunt. Hæc

*insu-*

infania laboravit Josephus Scaliger, qui, Helio teste, in ipso mortis articulo constitutus, moribunda jam, sed severa voce professus est: *id denique se edicere, quod nunquam sibi probatus fuerit Epistii stylus plus justo concisus.* In vitulorum numerum referuntur etiam Ephemeridum scriptores illi, qui id curant tantum, ut suos ipsi libellos, eosque, qui ex officina typographi sui prodeunt, extollant, ceteros omnes, præstantissimos licet, carpunt & sugillant, quo munuscula ab Autoribus extorqueant, P. Jovio non ab similes, qui de se jactare solebat, binos sibi calamos esse, aureum alterum, alterum chalybeum ad inæqualiter tractandos Principes, inæqualia beneficia collaturos. Gaspar Barthius in plurimis morosis fuisse & exteris accessum ad se videndum non facile permisisse dicitur. Cum tamen aliquando ipse in Anglus quispiam inviseret, intentis enim oculis adspiciebat, sed clauso ore; denique se averteus aiebat: *Si me a parte anteriore contemplantur es, contemplare nunc etiam a posteriore.* Eodem sale aliorum literatorum vitiosorum mores consperguntur. In adjecta Epistola *Stadelius* reprehendit *Menckenium*, quod *Charlatanismum* eruditorum tantum, non autem reliquorum humani generis ordinum produxerit, cum tamen *Charlatanorum* plena sint omnia, metumque esse ait, ne illiterati satyris *Menckeanis* in contumeliam literarum abutantur. *Stadelio* *Charlatus* literatus est homo vix *mediocriter eruditus, qui immoderata scientiæ sua jactantia, bis trionalibus interdum facetiis mixta, hominum applausum captat, eo consilio, ut aliorum stultitiæ fruatur, ad famam, opesque suas augendas.* Tandem plurima circumforaneæ literatorum vanitatis exempla, quæ in promptu habebat, addidit, nec quidquam omisit, quod ad illustrandum hoc argumentum pertinere videbatur. Speciminis loco unicum addimus de *Charlato bubulco*, ultra suam sortem nequam, febriam curante, amuleto ex collo suspendendo, cui præsentissimam efficaciam tribuebat. *Aperta forte schedula hi verficuli offendebantur inscripti:*

*Der schielende Valon hats ich;  
Sechs Groschen krieg ich, das weis ich;  
Ein Zippel-Pelz und ein Filzbutli  
Die sind im Winter vors Kals gut.*

It.

INDEX AUTORUM

INDEX AUTORUM,  
Quorum Libri aut Inventa hoc volumine  
recensentur.

1. Libri Theologici & ad Historiam  
Ecclesiasticam spectantes.

<b>A</b> Brabanelis (Don Isaaci) <i>Præco Sabæis Latinè versus a Jo. Henr. Majo.</i>	312
Andala (Ruardi) <i>Vindicta veritatis, quam Ecclesia Reformata proficitur de dependentia actionum a Deo.</i>	249
<i>Disputatio Theol. de libro hominis peccatoris arbitrio.</i>	ib.
Anonymi <i>Vindicta Ecclesie Anglicanae &amp;c.</i>	47
<i>Episcopatus in Ecclesia primitivè obtinentis expofitio.</i>	60
<i>Differtationes curiofa.</i>	63
<i>De concubinato licito difquifita.</i>	87
<i>Controverfia Philologico-Sacra expofita a R. R.</i>	302
De Arata (Carnobii) <i>Translatio Italica Moralium S. Gregorii M. in Jobum.</i>	451
Baluzii (Stephani) <i>Mifcellaneorum Liber VI.</i>	142
Baxteri (Richardi) <i>Gildas Salvianus, feu officia Miniſtri Eccleſie.</i>	288
Boyllii (Rob.) <i>Opera Theologica in compendium redacta.</i>	492
Broverius. <i>Vide de Niedeck.</i>	
Cerrii (Urbani) <i>Hædæternus ſtatus Religionis Romano-Catholica per univerſum orbem.</i>	385
Clarke (Sam) <i>Reſponſio ad objectiones Rob. Nelfoni circa doctri- nam de S.S. Trinitate.</i>	395
Claudii (Job.) <i>Querimonia Proteſtantium in Gallia oppreſſorum.</i>	91
Clerici (Job.) <i>Hiſtoria Eccleſ. duorum primorum a C. N. Seculo- rum.</i>	481. 521
Eduar-	

## INDEX AUTORUM.

- Eduardi (Jo.) *Animadversiones ad Whistonii Primævum Christi-*  
*anismum reluscitatum.* 106
- Floury Claudii) *Historia Ecclesiastica Tomus XIII, XIV & XV.* 323  
*Tomus XVI & XVII.* 389
- Gale (Sam.) *Historia & antiquitates Ecclesie Cathedralis SS.*  
*Trinitatis Wintoniensis.* 392
- Gennadii Massiliensis liber de scriptoribus Ecclesiasticis cum No-  
*tis A. Mirai & E. S. Cypriani.* 294
- Grammlichii (Jo. Andr.) *Tract. Philos. Theol. de moralitate Con-*  
*cubinatus.* 406  
*Vindicta legum divinarum positivarum universalium.*  
 ib.
- S. Gregorii M. *Moralia supra librum Jobi Italice translata.* 451
- Gulletii (Jac.) *Jesu Christi Evangeliique veritas demonstrata in*  
*confutatione libri Chiffouk Ennouns a R. Isaaco*  
*scripti.* 224
- Heumanni (Christ. Aug.) *de titulo Theologi Johanni Propheta in*  
*inscriptione Apocalypsis tributo Dissertatiuncula.*  
 170  
*Continuatio emendationis libri Tertulliani de prescri-*  
*ptionibus adversus hereticos.* 196
- Jægeri (Jo. Wolfgang) *Bulla Clementis XI contra P. Quersnel ejus-*  
*que Nov. Test. sub examen vocata.* 1
- Kromayeri (Jo. Abr.) *Tabule Theologiae Positive-Acroamaticæ*  
*pleniores.* 351
- Langii (Joach.) *Exegesis Epistolarum S. Johannis.* 97
- Lockii (Jo.) *optima methodus tractandi & interpretandi Scri-*  
*pturam.* 345  
*Judicium de societate promovendi cognitionem*  
*Christi.* 345
- Leescheri (Jo. Casp.) *Index Principum, qui vel Theologiam scri-*  
*ptis illustrarunt, vel in hac se exercuerunt.* 331  
*Observationum selectarum ad Theologiam, sacramque*  
*& Ecclesie historiam spectantium, Fasciculus I & II.*  
 332

## INDEX AUTORUM.

Mabillonii (Domni Jo.) <i>Annales Ordinis S. Benedicti.</i>	159
Tomus III.	<del>159</del>
Tomus IV.	<del>159</del>
Meyeri (Job.) <i>Fundamenta Theologia. Pars I &amp; II.</i>	41
Nelsoni (Rob.) <i>Epistola ad illustrioris sortis Viros.</i>	401
De Niedeck (Matth. Brouerii) <i>de populorum veterum ac recentiorum adorationibus Dissertatio.</i>	80
Pritanii (Eamindi) <i>de ingeniorum moderatione in religionis negotio Libri III.</i>	506
Raji (Job.) <i>Discursus tres Physico-Theologici de Caelo, ditaeio &amp; Dissolutione mundi.</i>	67
Ruinarti (Domni Theodorici) <i>Acta primorum Martyrum sincera &amp; selecta.</i>	157
Schoettgenii (Christiani) <i>de Secta Flagellantium Commentatio.</i>	131
Scott (Guil.) <i>Tract. de sapientia &amp; bonitate DEI in providentia sua &amp; justificatione peccatorum per fidem.</i>	140
Sieghardt (Ferdinandi) <i>liber novus in Maria Matre dolerosa propositus &amp; explicatus per Veteris Testamenti typos.</i>	278
Stuel (Richardi) <i>Historia Ecclesiastica Romana recentiorum annorum.</i>	292
Sueningii (Jo. Jani) <i>L. A. Seneca Theologia naturalis in locos communes digesta cum Praef. Severini Lintropii.</i>	335
Tenzelii (Wilb. Ern.) <i>Annotationes ad Hieronymi librum de scriptor. Eccl.</i>	294
Vaji (Wilb.) <i>Pictas Johannis Regio exhibitata in maturanda editione ejus Moderaminis inculpatæ tutelæ &amp;c.</i>	305
Vidalii (Eranc.) <i>Trutina accurata Timoris &amp; Securitatis Christianæ.</i>	328
Vitrinæ (Campegii) <i>Typus Theologiae practicæ.</i>	534
Ulrici (Jo. Jac.) <i>Exercitium Biblicum in Evangelium Matthæi.</i>	226
Walkerii (Samuelis) <i>Reformatio morum aliquot specimenibus promota.</i>	36

## INDEX AUTORUM.

### II. Libri Juridici.

- A** Nonymi de licito concubinato Disquisitio. 87  
 Articuli Militares Russici una cum processu ordinario judiciali. 453
- Barbeyrac (Job.) nota in Sam. Pufendorffii jus Naturæ & Gentium, Gallice versum. 207
- A Beuff (Casimiri Godofredi) Commentarius Juris Feudalis ad Sam. Strykii Examen Juris Feudalis. 355
- Gaggiù (Angeli) Collegii Bononiensis Doctorum Pontificiis & Cæsarei juris origo & doses. 456
- Huberi (Zacharia) Specimen Responsionem ad selecta quadam scholia Ebrist. Thomasis in libros de Jure Civitatis. 261
- Ludewig (Jo. Petri) Commentarius plenior ad Auream Bullam. Tomus I. 418
- De la Mare Tractatus de cura felicitatis & disciplina civitatis, seu historia Magistratum, eorum jura, officia, edita &c. Tomi II. 124
- Meinders (Herm. Adolphi) Commentarius ad binas Capitulationes Caroli M. 212  
 Dissertatio de origine & jure decimarum in Westphalia. ib.
- Pfessingeri (Jo. Frid.) Vitriarius novis Notis illustratus. Tomus I. 111
- Pufendorffii (Sam.) Jus Naturæ & Gentium, Gallice versum & notis illustratum. 207
- Reyheri (Jo. Dan.) Consilia posthuma, edita ab Imm. Staudachero. 416

### III. Libri Medici & Physici.

- A** lbini (Petri Constantis) Magia Astrologica. 409
- Burckhard (Jac.) Medicus gravissimus humanitatis studiorum Vindex. 480

LZZ 2

Compo

## INDEX AUTORUM.

Camerarii (Eliæ) <i>Dissertationes Taurinenses Epistolica physico-Medica.</i>	15
<i>Electica Medicina ac Physica specimina quadam miscellanea.</i>	163
Collier (Arthur) <i>nova investigatio veritatis, qua demonstratur non existentia vel impossibilitas mundi externi.</i>	244
Cypriani (Jo.) <i>Commentarii &amp; Supplementa in Wolffg. Franzii Historiam animalium.</i>	175
Franzii (Wolffg.) <i>Historia animalium, cum Comen. &amp; Supplem. Jo. Cypriani.</i>	175
Koeleferi de Keres-eer (Sam.) <i>Diff. de scorbuto mediterraneo.</i>	228
<i>Pestis Dacica Anni 1709 scrutinium &amp; cura.</i>	230
Leonardi (Camilli) <i>Speculum lapidum.</i>	409
Lochneri (Mich. Frid.) <i>Commentatio de Ananasa, sive nuce pinea Indica.</i>	436
T. Lucretii <i>de rerum natura Libri sex.</i>	198
Raji (Job.) <i>Discursus tres Physico-Theologici de Chao, diluvio &amp; dissolutione mundi.</i>	67
Scheuchzeri (Jo. Jac.) <i>Specimen Lexici Mineralogici.</i>	178
Schmiederi (S.) <i>Observatio Physica de Nube arberca, tempestatis mutationem certo indicante.</i>	154
De Scudalupis (Patri Arlensis) <i>Sympathia septem metallorum ac septem selectiorum lapidum ad planetas.</i>	409
Vercelloni (Jac.) <i>de Glandulis œsophagi conglomeratis, humore vero digestivo &amp; vermibus, Dissertatio Anat. Medica I.</i>	262
Verna (Jo. Bapt.) <i>princeps acutorum morborum Pleuritis.</i>	127
Wedelii (Jo. Adolphi) <i>Observatio de embolo hydraulico novo.</i>	314
Wintringham (Clifiani) <i>Tractatus de Podagra.</i>	356

## IV. Libri Mathematici.

<b>A</b> Pollonii Pergæi <i>Contorum Libri VIII.</i>	145
C. G. l. c. Christiani Goldbach <i>Problema Arithmeticum litteris communicatum.</i>	471
	Grandi



## INDEX AUTORUM.

Grandi (Guidonis) <i>apologetica Responso ad objectiones A. M. de id-</i> <i>Etrina Resistencia solidorum &amp; vs Infiniti.</i>	26
Com. ab Herberstein (F. E.) <i>judicium de solutione Problematum su-</i> <i>orum.</i>	474
Horrebovii (Petri) <i>Alexyia Kepleriana Alexyos.</i>	366
A. S. Josepho (Augustini Thoma) <i>Solutio problematis: constituere</i> <i>Triangulum, in quo unus angulus ad basin sit albertus</i> <i>duplus, latera autem habeant datam rationem.</i>	271
Pergæus. <i>Vide Apollonius.</i>	
Poleni (Jo.) <i>Observatio Eclipsis Solaris habitæ Patavii V Non. Maj.</i> 1715	502
Sereni <i>Antissenfis de sectione Cylindri &amp; Coni Libri II.</i>	145
Stenderi (Jo. Sigism.) <i>Theoremata quædam singularia ad majorem</i> <i>Astronomia Geometrico-Physicæ perfectionem faci-</i> <i>entia.</i>	422
VVilkinfii (Jo.) <i>Opera Mathematica.</i>	129
Zehendmeyeri (Jo. W.) <i>Solutio problematum quorundam a F. E.</i> <i>Com. ab Herberstein propositorum.</i>	473

## V. Libri Historici, Geographici &c.

<b>M</b> <i>Arch. Alegetensis. Vide Sylvius.</i>	
<i>Anonymi Historia Arcana occultarum Gallia negotiationum</i> <i>in diversis aulis. Tomus I &amp; II.</i>	5
<i>Tomus III.</i>	72
<i>Historia Arcana Gallia Seculi ultimi.</i>	74
<i>Nobilitas Anglia genealogice illustrata. Tomi II.</i>	235
<i>Vita Henrici Compton Ep. Londin.</i>	237
<i>Vita Caroli Comitum Halifaxii.</i>	349
<i>Balearium Insularum Historia.</i>	441
Arndii (Caroli) <i>Systema Literarium Historico-Pragmaticum.</i>	31
Ashmole (Eliæ) <i>Historia ordinis Perijcelidis in compendium reda-</i> <i>cta.</i>	464
Baieri (Job. Jac.) <i>Descriptio urbis ac universitatis Noribergensis Alt-</i> <i>dorfii.</i>	36
Baluzii (Stephani) <i>Miscellaneorum Liber VI.</i> L 22 3.	142 Bec-

## INDEX AUTORUM .

Besmanni (Jo. Christoph.) <i>Historia Anhaltina Tomus II.</i>	538
Bonanni (Phil.) <i>Catalogus Ordinum equestrium &amp; militarium.</i>	234
Brechenmacheri (Jo. Casp.) <i>Notitia Suevia Antiqua.</i>	418
De Bunau (Henrici) <i>cogitationes de titulo Magni, Caroli Imperatoribus ex Francorum linea communi.</i>	218
Casellii (Jo.) <i>de Medicis sapientia studiis claris Epistola.</i>	480
Crescimbeni (Jo. Maria) <i>Vita illustrium Arcadum. Pars III.</i>	459
<i>Commentarii in Historiam Poëtos vernacula. Vol. III, IV &amp; V.</i>	500
Desaine (Francisci) <i>Roma antiqua Tomi IV.</i>	333
<i>Roma nova. Tomi VI.</i>	7b.
Dominici Origo & genealogia Comitum de Habsburg.	134
Evans (Jo.) <i>de vita &amp; scriptis Jacobi Orveni.</i>	136
Gaggii (Angeli) <i>Collegii Bononiensis juris Doctorum origo &amp; auctores.</i>	456
Guendeville <i>Comparatio Pauli III &amp; Clementis XI.</i>	514
Hagen (Frid. Casp.) <i>Memoria Philosophorum, Oratorum, Poetarum, Historicorum &amp; Philologorum.</i>	143
Hahnii (Sim. Frid.) <i>Chronicon Bergense Meibomianum continuatum.</i>	89
<i>Diploma Fundationis Bergensis notis historicis illustratum.</i>	90
Kirchmaieri (Georg. Guil.) <i>Commentatio de Witteberga Saxonum.</i>	33
Lillii (Wilb.) <i>vera historia Regum Angliae, Jacobi I &amp; Caroli I.</i>	513
Loefcheri (Jo. Casp.) <i>Index Principum, qui vel Theologiam scriptis illustrarunt, vel in hac se exercuerunt.</i>	331
Marshall (Benjam.) <i>Tabula Chronologica.</i>	192
Martineau <i>Collectio &amp; descriptio Virtutum Ludovici, Burgundiae Ducis, &amp; Galliae postea Delphini.</i>	45
Mascampii (Hens.) <i>Institutiones Historicae.</i>	359
Meieri (Joach.) <i>de Bojorum migrationibus &amp; origine, nec non de Claris Babmeris Dissertat.</i>	95
Meinders (Herm. Adolphi) <i>Tract. de statu Religionis &amp; Reip. sub Carolo M. &amp; Ludovico Pio in Veteri Saxonia, &amp; alia.</i>	212
De	

## INDEX AUTORUM.

<i>De Mendoza (Hudardi) principia politica Pauli III de Concilio Tridentino.</i>	514
<i>Mongitoris (Antonini) Bibliotheca Sicula Tomus II.</i>	497
<i>De Niedeck (Matthaei Broveri) de populorum veterum ac recentiorum Adorationibus.</i>	80
<i>Paravicini (Vincentii) singularia de Viris eruditione claris.</i>	40
<i>Perry (Jo.) Praesens Russia Magna status.</i>	517
<i>Boggii Historia Florentina, cum notis Jo. Bapt. Recanati.</i>	337
<i>Rymer (Thome) Foedera, conventiones, literae &amp; cujuscunque generis Acta publica Anglicana. Tom. XI.</i>	289
<i>De Simonibus (Franc. Ant.) de bello Transylvanico &amp; Pannonico Libri VI.</i>	520
<i>Stanienii Status Helvetiae descriptus 1714.</i>	361
<i>Stolle (Gottlieb) Historiae Philosophiae Moralis Genealogium.</i>	282
<i>Cl. Suetonii Opera cum Comm. Sam. Pitisci.</i>	194
<i>Sylvii March. Aegrotensis (Em. Tellestis) de rebus gestis Johannis II Lusitanorum Regis.</i>	330
<i>Torfæi (Thormodii) Historia rerum Norvegicarum. Tomi IV.</i>	9

## VI. Libri Miscellanei.

<b>A</b> Knidii (Car.) Systema Litterarium.	37
<i>Baluzii (Stephani) Miscellaneorum Liber VI.</i>	142
<i>De Benignis (Amadei) variorum in Italia Monumentorum inscriptiones.</i>	342
<i>Diel (Jo. Christ.) de Etymologico Graeco inedito, quod Photio vulgo adscribitur.</i>	253
<i>Hurckhardi (Jo.) Medicus gravissimus humanitatis studiorum vindex.</i>	480
<i>Callachii (Nic.) de ludis Scenicis Mæmorum &amp; Pantomimorum Synonyma posthumum.</i>	363
<i>Celeberrimorum Virorum Epistola de re nomenclatica ad Zachar. Gezum.</i>	477
<i>Collier (Arthur) Clavis universalis, seu nova investigatio veritatis, qua demonstratur non existentia vel impossibilitas mundi externi.</i>	244
	Cre.

# INDEX AUTORUM.

<b>Crescimbeni</b> (Jo. Mar.) <i>Commentarii in Historiam Poeseos vernaculae.</i> Pars III, IV & V.	500
<b>Elstob</b> (Elisabetha) <i>Rudimenta Grammatices linguae Anglo-Saxonicae.</i>	518
<b>Felton</b> (Henr) <i>Diff. de legendis Autoribus Classicis &amp; formando stylo.</i>	467
<b>Goëzii</b> (Zechariae) <i>de Numis Dissertationes XX.</i>	439
<b>Gravinæ</b> (Vincentii) <i>Tragædiae quinque Etruscae.</i>	231
<b>Von der Hardt</b> (Hermannii) <i>detecta Mythologia Graecorum in decantato Pygmaeorum, gruum &amp; perdicum bello.</i>	410
<b>Heumanni</b> (Chr. Aug.) <i>specimen emendationum criticarum in operibus Ovidii tentatarum.</i>	77
<i>Index Expurgatorius ad Senecæ Ἀποκροῦσῶσιw.</i>	296
<b>Q. Horatii Flaccus</b> <i>ad fidem MStorum Codd. emendatus ex ed. Burmanni.</i>	30
<b>Junii</b> (Flavii) <i>centum Veneres, seu Lepores.</i>	96
<b>Lockii</b> (Jo.) <i>Reliquiae, seu Opuscula posthuma.</i>	345
<b>Lucchesinii</b> (Jo. Laur.) <i>Encyclopædia, Panegyrici &amp; Satyrae.</i>	130
<b>T. Lucreti</b> <i>de rerum natura Libri sex.</i>	193
<b>Maffei</b> (Scipionis) <i>de scientia tuenda existimationis, quae vulgo scientia Nobilium dicitur, Libri tres.</i>	265
<b>Martin</b> (Gabr.) <i>Bibliotheca Buttelliana.</i>	48
<b>Martini</b> (Gregorii) <i>de Graecarum literarum pronuntiatione.</i>	49
<b>Menckenii</b> (Jo. Burch.) <i>de Charlataneria Eruditorum Declamationes duae.</i>	541
<b>Mœris Atticista</b> <i>de vocibus Atticis &amp; Hellenicis.</i>	49
<b>Mongitoris</b> (Antonini) <i>Bibliotheca Sicula Tomus II.</i>	497
<b>Mulleri</b> (Gotifr. Polycarpi) <i>Idea Eloquentiae Nov-Antiquae.</i>	537
<b>Muratorii</b> (Lud. Ant.) <i>Anecdota. Tomus III &amp; IV.</i>	474
<b>Nevvton</b> (Henrici) <i>Epistole, Orationes &amp; Carmina.</i>	85
<b>De Niedeck</b> (Matthai Broverii) <i>de populorum veterum ac recentiorum adorationibus dissertatio.</i>	80
<b>Pritanii</b> (Lemindi) <i>de ingeniorum moderatione in religionis negotio Libri III.</i>	506
<b>Purchottii</b> (Edmundi) <i>Institutiones Philosophicae. Tomus I.</i>	118
<i>Tomus II &amp; III.</i>	146
Tele-	

## INDEX AUTORUM.

Telefii (Gerardi) <i>Apologia epistolaris pro recentioris Galliae Christianae Autore Dionysio de Sainte-Martbe.</i>	382
Scheuchzeri (Jo. Jac.) <i>Specimen Lexici Mineralogici.</i>	168
Stolle (Gottlieb) <i>Historia Philosophiae Moralis Gentilium.</i>	282
VWhitby (Dan.) <i>Compendium Ethices.</i>	47
VVilkinsii (Joh.) <i>Opera Philosophica.</i>	129

## INDEX RERUM NOTABILIORUM in hoc Volumine contentarum.

<b>A</b> Bgari ad Christum <i>littera supposititia.</i> 522	Acidulae parum mineralium continent. 25
Academia Humidorum a quo creata? 452	Actiones hominum num deprecant a Deo? 249 sq.
Academiae Regiensis Accensorum origo. 531	Adorationis diversae species. 81
Politicorum autor. 532	actus externi ut observati fuerint? 82 sq.
Elevatorum origo, tutor, congregandi ratio, Symbolum. 532	Aegyptiorum chronologia confounde? 303
Fumosorum origo, Symbolum, fecii. 534	idololatria unde? 485
Messanensis Officina autor, fata, Symbolum. 498	Aer num per vasa intestinum transferatur? 168
Radicatorum fata & Symbolum. 498	Aeris mutatio quid ad paroxysmum podagricorum conferat? 357
Panormitanae Reaccensorum origo, Symbolum. 498	Etates duae mundi prima quanam? 303
Medicorum origo, fata, Symbolum. 497 sq.	Eternitas mundi explosa. 122
Incognitorum Autor & Symbolum. 498	Ethiopum color niger unde? 168
Achatis Historia. 179	Affrosius (Jo. Lud.) nova Professionis Regii autor. 530
	Akakia Medicus ut Gallice antea dictus? 542
	Aaaa Ala-

# INDEX RERUM

<i>Magallæ (Jul. Caf.) Inscriptio sepulchralis.</i>	344	Animalia ex ovo generantur. 68 <i>in Luna num dentur?</i> 129
<i>Albinus (Petr. Const.) obscuritatis accusatur.</i>	470	Animalium generatio ut fiat? <i>vita causa.</i> 68 <i>historia.</i> 175
<i>Alemannorum nomen unde?</i>	416	Animalcula in semine maris <i>num dentur?</i> 68
<i>Altorfinz urbis initia, progressus &amp; fata.</i>	36	Annus Ægyptiorum, menses 303
<i>Academia incrementa.</i>	36	Anomala Ovidii num sit <i>Ananasa?</i> 457
<i>concessum jus Doctorum</i>		Anorexia an longi & periculosa <i>semper morbi indicium?</i> 168
<i>Ætates Theologia creandi.</i>	36	Anthelmintica. 22
<i>Ambræ odorem spirant Colibry.</i>	438	Anti-Christus quis? 65
<i>Americam primus detexit Martinus Bohemus.</i>	436	Antiphonarium Monasterii <i>Benchorensis editum.</i> 476
<i>Ananasæ Historiam.</i>	436	S. Antonii Equitum in Æthiopia <i>ordo num confectus?</i> 234
<i>Anatomica viscerum preparationes in Italia neglectæ.</i>	21	Apoeryphi libri quando scribi <i>ceperint?</i> 523
<i>Angelorum cum mulieribus consuetudo cur olim credita?</i>	325	Apogæi Solaris locus & motus. 372
<i>De Angelis sententia Christianorum qualis?</i>	487	Apollonii Pergæi editio præstantissima. 145
<i>Anglicæ lingue præsentia.</i>	469	Apostolicum. Symbolum unde <i>natum?</i> 528
<i>Anglicana Ecclesia cum Romana comparata.</i>	386 sq.	Apostolorum præ Discipulis prærogativa. 524
<i>Anglicanæ Ecclesiæ Articuli XX clausula num ejusdem cum reliquis sit autoritatis?</i>	57 sq.	Apostolos quos & cur eligerit <i>Christus?</i> 521
<i>Anglorum Catholicorum post Reformationem in exteris regionibus status.</i>	387	Apum Monarchia feminina. 178
<i>Anhaltina historia.</i>	538	Aqua in imis terræ visceribus <i>non calligitur.</i> 24
<i>Anhaltinorum origines.</i>	539	<i>ad profunditatem centum pedum per poros destillat.</i> 69
<i>Anima brutorum quid sit?</i>	153	Aquæ potentia in chymia. 17
<i>vegetans quid sit?</i>	152	Aquæ
<i>Animas sedes ubi?</i>	43	
<i>definitio.</i>	123	

NOTABILIORUM.

Aquæ separatio a terra continenti ut facta?	67	Augusti quinam inter Romanorum Reges dicti?	114
Capitis Bona Spei historia.	316 ff. 322	vocis interpretatio Germani.	419
fluviiorum diu a corruptione servate.	317	astu cleri introducta.	419
particula quales sint?	148	Augustinus vindicatus.	107
Per Aquam frigidam & ferrum candens probationis exempla.	205 sq.	Aurelianensis (Petr. Job.) notatus.	7
De Aquila notatu digna.	176	Auriz (Vinc.) Vita.	464
Aranearum quot sint species?	178	Axiomata Philosophia prima.	121
De Arata (Cænobii) vita.	452	Axiom transversorum in orbitis planetarum ratio.	422
Arcani disciplina quando inventa?	526	<b>B</b> Accanellii (Jo. Bapt.) scripta.	531
Ex Archivo producta copia plenam fidem merentur.	418	Baglivus notatur.	168
Argumentationis definitio.	120	Balearium Insularum historia.	441 ff.
Arteria bronchialis num a Ruyfeshio inventa?	128	incolarum mores, lingua, religio.	443
De Asle (Marcelli) Card. vita.	464	Balsamatio grævida cum fetu anceps.	21
miracula.	464	Baptifinus Johannis qualis?	521
Asteria ab animalibus non est.	24	In Barclajum amor Schuppis.	477 sq.
Astrologica Magia.	410	Barnabæ Epistola spuria.	523
judiciaria explosa.	151	Barometri phenomena explicata.	169
Astronomix physice theoremata singularia.	422	Barones tempore A. B. condita quinam?	419
Athenagoræ navus.	528	Barthii (Casp.) erga peregrinos inurbanitas.	543
doctrina.	528	Basilidis errores.	523
Attributa divina unde probentur?	122	Evangelium.	526
Aves fabulose.	176	Bavariz Elector in Gallos pronus.	73
Avium Historia.	176	Baxteri (Rich.) libri de officiis	Aaaa 2
In Auream Bullam Commentarius novus.	418 sq.	Mini.	

# INDEX RERUM.

<i>Ministorum Eccl. verso Germanica.</i>	288	Britannia olim Gallia contermina.	70
Beguinarum nomen unde?	328	Buddeus (Jo. Franc.) refusus.	408 sq.
Benedictini Ordinis Annales.	159 sq. 204 sq.	Bullus notatus.	529
De Benignis (Amadeus) vero nomine Gottlieb Milichius.	345	Bultelli (Caroli) nativitas & obitus.	48
Bentlejus (Richardus) laudatus.	30	<i>scripta.</i>	48
Bergensis Canobii Chronicon.	89 90	<i>bibliotheca lucuples &amp; sele.</i>	48
<i>Abbates.</i>	89. 90	<i>Etia.</i>	48
<i>fundationis diploma num genuinum?</i>	91 sq.	<b>I</b> N Cabal voce quid litera denotent?	6
Bibliotheca Vaticana inscriptio.	343 sq.	Calculus num a sale communi?	168
De Bigamia Philippi Magnanimi Hassia Landgr. quid censendum?	88	Calliachii (Nic) vita.	365
Bochmerorum clarorum catalogus.	96	Caloris natura.	150
Bogemili unde dicti?	327	Campana (Hyacinthus) Poeta.	533
Bojardus (Matth. Maria) Poeta Italus.	530	Campidonensis Abbatie electio num libera?	204
Bojorum origo.	25	Cancellariatus Imperis quousque extendatur?	420
<i>migrationes.</i>	95	Canon Evang. quando constitutus.	524
Boleslaus II Pol. Rex num a Gregorio VII excommunicatus & Regnum exutus fuerit?	326	Canonizationis a Clemente XI A. 1712 facta historia.	292
De Bombycibus observationes.	178	Cantharidum lux nocturna.	178
De Bonanni (Phil.) Catalogo Ordinum equastrum iudicium.	235	De Caputum velaminibus tractatio.	440
Borussæ cur olim nimum a Christianismo abhorruerint?	419	Carolus Calvus & Crassus Imp. num etiam Magni dicti?	221 sq.
Boyle (Rob.) vita.	494 sq.	Carolus II. Rex Angl. in Gallis pronus.	7
Boyliani Legati ratio.	496	<i>ut absque Parliamenti consensu pecuniam collegerit?</i>	72
			Caroli



NOTABILIORUM.

Caroli II <i>Hisp. R. Conjugis ferti-</i> <i>litas quibus tribuenda?</i> 73	Charlatani <i>literati definitio.</i> 543 <i>bubulci exemplum.</i> 543
De Carolo II <i>R. A. Sorore, Ducis-</i> <i>sa Aurelianensi notatu digna.</i> 6	Chlorosium <i>num sine praxio oculo-</i> <i>rum vitio oriatur?</i> 168.
De Carolo I <i>R. Angl. varia.</i> 513	Chorepiscoporum <i>origo.</i> 62.
Caroli Imperatores <i>cur Magni</i> <i>vocentur?</i> 218	Christi <i>nativitas num vere immu-</i> <i>tuerit?</i> 42 <i>resurrectio ut probanda?</i> 42 <i>divinitas vindicata.</i> 106 sq.
Carpocratis <i>errores.</i> 526 sq.	<i>numera.</i> 489
Carthusianorum <i>autor.</i> 327	Christiani <i>primitiva ecclesia</i> <i>num meliores nostris?</i> 522 sq.
Casæ (Jo.) <i>Inscripção sepulchralis.</i> 344	Chronologicæ <i>tabula ex fonti-</i> <i>buz delineata.</i> 192.
Caspii <i>maris descriptio.</i> 518	Chylificationis <i>causa.</i> 264.
Cataleptis <i>num absque convulsio-</i> <i>ne detur?</i> 25	Cicutæ <i>vis causifica unde?</i> 16
Catalepticos & <i>epilepsia differen-</i> <i>tia &amp; combinationes.</i> 21	Classicorum <i>autorum lectio com-</i> <i>mendata.</i> 467
<i>causa.</i> 21	Claverii (Jac.) <i>ambitio.</i> 522
Cathedralium <i>templorum origo.</i> 35	Clementis <i>Epistola ad Corinthi-</i> <i>os genuina.</i> 523
Causa <i>prima ut agat necessario.</i> 306	Clementis XI <i>Pont. Bulla contræ</i> <i>Quærellum examinata.</i> 1 sq.
Causæ <i>secunda notio genuina &amp;</i> <i>vera efficacia.</i> 305 ff.	<i>fallibilitas adstructa.</i> 1 sq.
<i>definitio.</i> 306	<i>canonizationis. A. 1712 facta.</i> <i>historia.</i> 292.
Causæ <i>conflagrationis universi.</i> 71	Clericus (P.) <i>recto nomine Phe-</i> <i>reponus.</i> 506 <i>refutatus.</i> 512
Ceilonensis <i>insula olim India</i> <i>contermina.</i> 70	Cœlibatus <i>quando primum sa-</i> <i>cerdotibus imperatus?</i> 326
Centrum <i>ovale in cerebro quid?</i> 165	Colibry <i>avis historia.</i> 438 <i>odorem ambra spirat.</i> 438
Terinthi <i>error.</i> 524	Collegia <i>quando instituta?</i> 391
Chalybis <i>preparatio.</i> 410	Comestoris (Petr.) <i>Historia Eccl.</i> <i>olim asinum.</i> 328
Chaos <i>primitivus.</i> 67	Comitum <i>Palatinorum historia.</i> 115 sq.
Charitatis <i>opera commendata.</i> 402	pro-

INDEX RERUM.

<i>Ministorum Eccl. verso Germanica.</i>	288	Britannia olim Gallia consermana.	70
Beguinarum nomen unde?	328	Buddeus (Jo. Franc.) refusatus.	408 sq.
Benedictini Ordinis Annales.	159 sq. 204 sq.	Bullus notatus.	529
De Benignis (Amadeus) vero nomine Gottlieb Milichius.	345	Bultelli (Caroli) natiuitas & obitus.	48
Bentlejus (Richardus) laudatus.	30	scripta.	48
Bergenſis Cœnobii Chronicon.	89 90	bibliotheca locuples & selecta.	48
Abbat. foundationis diploma num genusum?	89. 90 91 sq.	<b>I</b> N Cabal voce quid litera denotent?	6
Bibliotheca Vaticana inſcriptio.	343 sq.	Calculus num a ſale communis?	168
De Bigamia Philippi Magnanimi Haſſie Landgr. quid cenſendum?	88	Calliachii (Nic) vita.	365
Böcherorum clarorum catalogo.	96	Caloris natura.	150
Bogomili unde dicti?	327	Campana (Hyacinthus) Poeta.	533
Bojardus (Matth. Maria) Poeta Italus.	530	Campidonenſis Abbatie electio num libera?	204
Bojorum origo. migrationes.	95 95	Cancellariatus Imperis quousque extendatur?	420
Boleslaus II Pol. Rex num a Gregorio VII excommunicatus & Regnum exutus fuerit?	326	Canon Ewang. quando conſtitutus.	524
De Bombycibus obſervationes.	178	Canonizationis a Clemente XI A. 1712 facta hiſtoria.	292
De Bonanni (Phil.) Catalogo Ordinum equeſtrium iudicium.	235	Cantharidum lux nocturna.	178
Boruffi cur olim inimicum a Chriſtianiſmo abhorruerint?	419	De Capitulo velaminibus tractatio.	440
Boyle (Rob.) vita.	494 sq.	Carolus Calvus & Craſſus Imp. num etiam Magni dicti?	221 sq.
Boyliani Legati ratio.	496	Carolus II. Rex Angl. in Gallis pronus.	7
		ut abſque Parlamento conſenſu pecuniam collegerit?	72
		Caroli	

NOTABILIORUM.

Caroli II <i>Hisp. R. Conjugis floritas quibus tribuenda?</i> 73	Charlatani <i>literati definitio.</i> 543
De Carolo II <i>R. A. Sorore, Ducissa Aureliancensi notatu digna.</i> 6	<i>bubulci exemplum.</i> 543
De Carolo I <i>R. Angl. varia.</i> 513	Chlorosis <i>num sine praxio oculorum vitio oriatur?</i> 168.
Caroli Imperatores <i>cur Magni vocentur?</i> 218	Chorepiscoporum <i>origo.</i> 62.
Carpocratis <i>errores.</i> 526 sq.	Christi <i>natiuitas num vere innotuerit?</i> 42.
Carthusianorum <i>autor.</i> 327	<i>resurrectio ut probanda?</i> 42.
Casæ (Jo.) <i>Uscriptio sepulchralis.</i> 344	<i>diuinitas vindicata.</i> 106 sq.
Caspij <i>maris descriptio.</i> 518	<i>numera.</i> 489.
Cataleptis <i>num absque convulsione datur?</i> 21	Christiani <i>primitiua ecclesiam meliores nostris?</i> 522 sq.
Catalepticos & epilepsia <i>differentia &amp; combinationes.</i> 21	Chronologica <i>tabula ex fontibus delineata.</i> 192.
Cathedralium <i>templorum origo.</i> 35	Chylificationis <i>causa.</i> 264.
Causa <i>prima ut agat necessario.</i> 306	Cicutæ <i>vis castifica unde?</i> 16.
Causæ <i>secunda notio genuina &amp; vera efficacia.</i> 395 ff.	Classicorum <i>autorum lectio commendata.</i> 467.
<i>definitio.</i> 306	Claverii (Jac.) <i>ambitio.</i> 520.
Causæ <i>conflagrationis uniuersæ.</i> 71	Clementis <i>Epistola ad Corinthios genuina.</i> 523.
Ceilonensis <i>insula olim India contermina.</i> 70	Clementis XI <i>Pont. Bulla contra Quersnellium examinata.</i> 1 sq.
Centrum <i>ovale in cerebro quid?</i> 165	<i>fallibilitas adstructa.</i> 1 sq.
Terinthi <i>error.</i> 524	<i>canonizationis. A. 1712 facta historia.</i> 292.
Chalybis <i>preparatio.</i> 410	Clericus (P.) <i>testo nomine Pherponus.</i> 506.
Chaos <i>primitiuus.</i> 67	<i>refutatus.</i> 512.
Charitatis <i>opera commendata.</i> 402	Cœlibatus <i>quando primum sacerdotibus imperatus?</i> 326.
	Colibry <i>avis historia.</i> 438.
	<i>odorem ambra spirat.</i> 438.
	Collegia <i>quando instituta?</i> 391.
	Comestoris (Petr.) <i>Historia Eccl. olim asinum.</i> 338.
	Comitum <i>Palatinorum historia.</i> 115 sq.
	pro-

# INDEX RERUM.

provincie num olim fuerint hereditarie?	539	Copernicana hypothesis num Scripturae S. contraria?	509
Commentariis, a Gallis Memoires dictis, quam fidem habenda?	75	Corru Ammonis ab animalibus non praevenit.	24
Communio sub utraque Seculo XII adhuc usitata.	327	Corporum essentia in quo consistat?	147
Comptoni (New.) Ep. Londin. vita.	238 sq.	Corruptio fraterna adulationi inimica.	37 sq.
Conchae margaritifera Historia	177	ut suscipienda?	37 sq.
Concubinitus num licitus?	87	Creatio mundi explicata.	68
quod duplex?	406 sq.	Creationis historia examinata.	169
prohibitus.	407	Criticae usus num probandus?	467-468
Concursus divinus explicatus.	122 sq.	Crystallino humore perditio num visus integer esse possit?	20
Confusae vide definitio.	119	Caperi expositio clypei Woodwardiani.	86
Congregationis Romanae de propaganda fide status.	388	Currus ut venti agendus.	190
reditus.	389	Cuticulae textura, squama, pori.	168
Conradus IV utriusque Sicilia Rex qua morte obierit?	242	Cyrilli Ep. Alex. de ratione Paschatis Prologus editus.	475
Conradus (Seb.) cur dicitur fidelis?	531	<b>D</b> Amiani (Petri) dexteritas.	325
Conringius notatus.	214	ratiocinationes parum solidae.	325
Conservatio, continuata creatio.	122	Damuti (Job.) Historia Majori-cana Anglice versa & in commentarium redacta.	441
rerum naturalis & artificialis.	18	Danielis LXX hebdomades ut computanda.	192
Constitutiones Apostolicae num genuinae?	109	Decimarum origo.	213, 217
In Contagiosis morbis nam primum spiritus animales insiciantur?	168	Declinatio Solis maxima.	372
Continencia causa quae?	418	Decreti divini immutabilitas.	308
Cooperi (Thomae) obitus.	394	Deus	

NOTABILIORUM.

Deus solus causa mortis.	149	Donatistas laudati.	537
Dei vox quid significet?	121	Duella num apud veteres usita- ra?	269
gratia num obduratis pla- ne subtrahat?	38 sq.	De Duellis quid habendum.	266
bonitas ut in providentia se exerat?	140	<b>E</b> braei. Vide Hebraei.	
decretum immutabile.	308	Eccentricitas Solis quanta?	367
existentia stabilita.	121 sq.	Ecclesia Anglicana cum Roma- na comparata.	386 sq.
Dei gratia Principes quinam se- se appellaverint?	114	quibus castus non infalli- bilis?	508
De Deo sententia Christiano- rum qualis?	487	Ecclesiasticae Historie scribenda usus & necessitas.	481
Deorum luci in Arabica di- tione.	540	Eclypsis Solaris A. 1715 obser- vatio.	502 sq.
Diabolus num postquam inferre possit?	231	Elateris causa.	149
Diametrorum Solarium quan- titas.	372	Electio Abbatis Cantuoniensis num libera?	204
Diluvium totam terram non dissolvit.	24	Electorum Imp. R. G. origo.	420
Diluvii Noebici veritas asserta. causa.	68 sq. 69	Inter Electores & Principes quodnam olim discrimen fue- rit?	420
Disciplina arcant quando in- venta?	526	Elementorum Cartesii probabi- litas asserta.	147
Diplomaticae artis instaurato- res.	91	Elevatorum Academia Regien- sis origo, tutor, congregandi ratio, symbolum.	532
Discipuli Apostolorum quae per- peram egerint.	524-525	Elixir vitae privilegiatum.	290
Distantiarum Telluris a Sole lo- garithmi.	371	Ellipticae Kepleri hypotesis ex- cultis.	366
Dodartus notatus.	20	Eloquentiae novae antiquae Idea.	537
Doloris ratio.	358	suis quis sit?	537
Domitianuscur se Domitianum & Deum dixerit?	524	Emboli novi descriptio.	314 ff.
		Emmae, Eduardi R. Angl. ma- ior	

# INDEX RERUM.

provinciæ num olim fuerint hereditariæ?	538	Copernicana hypothesis num scriptura S. contraria?	509
Commentariis, a Gallis Memorres discipulis, quamvis fides habenda?	75	Corru ammonis ab animalibus non provenit.	24
Communio sub utraque Seculo XII adhuc usitata.	327	Corporum essentia in quo consistat?	147
Comptoni (Mens.) Ep. Londin. vita.	238 sq.	Corruptio fraternæ adulationi inimica.	37 sq.
Conchæ margaritifera Historia	177	ut suscipienda?	37 sq.
Concubinatus num licitus?	87	Creatio mundi explicata.	68
quotuplex?	406 sq.	Creationis historia examinata.	169
prohibitus.	407	Criticæ usus num probandus?	467-468
Concursus divinus explicatus.	122 sq.	Crystallino humore perditio num visus integer esse possit?	20
Confusæ ideæ definitio.	119	Cuperi expositio clypei Woodwardiani.	86
Congregationis Romanæ de propaganda fide status.	388	Currus ut venti agendus.	190
reditus.	389	Cuticulæ textura, squama, pori.	168
Conradus IV utriusque Sicilia Rex qua morte obierit?	242	Cyrilli Ep. Alex. de ratione Paschatis Prologus editus.	475
Conradus (Seb.) cur dicitur fidelis?	531	<b>D</b> Amiani (Petri) dexteritar.	325
Conringius notatus.	214	ratiocinationes parum solida.	325
Conservatio, continuata creatio rerum naturalis & artificialis.	122 18	Damuti (Job.) Historia Majori-cana Anglice versa & in commentum redacta.	441
Constitutiones Apostolicæ num genuinæ?	109	Danielis LXX hebdomades ut computande.	192
In Contagiosis morbis nam primum spiritus animales insistantur?	168	Decimarum origo.	313, 217
Continentia causa quæ?	418	Declinatio Solis maxima.	372
Copperi (Thomæ) obitus.	394	Decreti divini immutabilitas.	308
		Deus	

NOTABILIORUM.

Deus solus causa mortis.	149	Donactus laudati:	537
Dei vox quid significet?	121	Duella num apud veteres usita?	269
gratia num obduratis plane subtrahita?	38 sq.	De Duellis quid habendum.	266
bonitas ut in providentia se exerat?	140	<b>E</b> braei. Vide Hebraei.	
decretum immutabile.	308	Eccentricitas Solis quanta?	367
existentia stabilita.	121 sq.	Ecclesia Anglicana cum Romana comparata.	386 sq.
Del gratia Principes quitam se se appellaverint?	114	quibus casibus non infallibilis?	508
De Deo sententia Christianorum qualis?	487	Ecclesiasticae Historie scribenda usus & necessitas.	481
Deorum luci in Arabica divisione.	540	Eclypsis Solaris A. 1715 observatio.	502 sq.
Diabolus num postea inferre possit?	231	Elateris causa.	149
Diametrorum Solarium quantitas.	372	Electio Abbatis Campidonensis num libera?	204
Diluvium totam terram non dissolvit.	24	Electorum Imp. R. G. origo.	420
Diluvii Noebici veritas asserta.	68 sq.	Inter Electores & Principes quodnam olim discrimen fuerit?	420
causa.	69	Elementorum Cartesii probabilitas asserta.	147
Disciplina arcans quando inventa?	526	Elevatorum Academia Regiensis origo, tutor, congregandi ratio, symbolum.	532
Diplomaticae artis instauratores.	91	Elixir vitae privilegiatum.	290
Discipuli Apostolorum quae perperam egerint.	524. 525	Elliptica Kepleri hypothesis exculta.	366
Distanciarum Telluris a Sole logarithmi.	371	Eloquentiae nov. antiquae Ideae.	537
Dodartus notatus.	20	finis quis sit?	537
Doloris ratio.	388	Emboli novi descriptio.	314 ff.
Domitianuscur se Domitium & Deum dixerit?	524	Emma, Edwardi R. Angk. mater	

# INDEX RERUM.

<i>ter, ut innocentiam probaverit.</i>	206	Essetorum nomen placita & motus.	483 sq.
<i>Entrochus ab animalibus non provenit.</i>	24	Etymologicum Gracum Gudianum a Pbotii Lexico diversum.	253 sq.
<i>Ephemeridum scriptores notati.</i>	543	Evangelium Matthai methodo eremistica expositum.	226 sq.
<i>Epictetus num Christianus?</i>	526	Basilidis.	526
<i>Epilepsiz &amp; catalepticos differentia &amp; combinationes.</i>	21	atrum a monachis Sec. XIII conditum.	531
<i>Epilepticorum motus inaequalis unde?</i>	21	S. Eucharistia infantibus Seculo XII concessa.	327
<i>Epiphanius notatus.</i>	526	S. Eucharistiam num administrare possit Laicus?	354
<i>Episcopi num jure divino superiores sint Presbyteris? quando obtinuerint jurisdictionem seculari?</i>	61 sq. 117	Eusebius notatus.	522
<i>num a solo Pontifice judicandi?</i>	390	Excommunicatio Protestantium a Pontifice facta invalida.	4
<i>instituenti?</i>	390	Exorcistas ordinari stultum.	522
<i>Episcopos primitiva Eccl. ac modernos quid intersit?</i>	60 sq.	Existentia Dei stabilita. corporum probata.	121 sq. 147
<i>Episcopare quid sit scriptoribus medii aevi?</i>	377 sq.	Experimentorum curiosorum selectus.	170
<i>Equitis nomen unde?</i>	465	<b>F</b> Anatici quinam dicantur?	165
<i>Equites creandi solennes ritus.</i>	465	Fati Judaeorum denominatio.	483
<i>semet ipsos creant Hispania Reges.</i>	465	Febres verminosa.	22
<i>Erasmus (Des) quid de praesentia corporis Christi in S. Caena statuerit?</i>	40. 41	an purgationem admittant?	168
<i>Eremitiz quando &amp; quo autore orti?</i>	535	Febrium malignorum & pestifentialium origo.	16
<i>Errorum fontes &amp; remedia.</i>	120	Communio causa an affectus sint vermes?	22



NOTABILIORUM.

Febrium malignarum causa. 16	Franzii (Wolff.) Historia Animalium continuata. 175 ff.
In Febribus an fuso sanguinis adsit? 168	Friderici II Imp. indignationis in Pont. causa. 327
Feltonus (Henr.) refutatus. § 20	Frigoris natura. 150
Ferrarinus (Mich. Fabric.) Philosophus & Poeta. § 30	Protmundus ob eadem peccatam qua ratione fuerit punitus? 161
Feuardentius accusatus. § 11	Fulgurum causa. 25
Feudi dominus ad eas alienum a Vasallo contractum exsolvendum in subsidium tenetur. 356	G Aggii (Arg.) notatus. 457
Feuda cur olim concessa? 355	Galilæi operum editionem molitus est Vivianus. 28
Feudorum quot species? 356	Galliæ Reges fidem jure jurando datam prestare non tenentur. 293
Fidei actus quocumque sint? 44	Gallorum negotiationis occulta in nonnullis Europæ aulis. § 19
Firmitatis causa. 151	Geometrarum fictiones non sunt entia realia. 148
Flacius Illyricus notatus. 162	Gerardi Abbatis Lutcenfis Museum & Bibliotheca laudata. 477
Flagellantium sectæ origo & incrementa. 131 sq.	Germanorum idola. § 42
Fluiditatis causa. 150	origo. 413
Fœdus Operum num symbolis & sacramentis gaudeat? 44	Gezonis liber de corpore & sanguine Christi editus. 475
Fœminarum eruditæ exemplæ. 499. 500	Glandulæ thyroideæ unicam tantum glandulam constituent. 264
Fœtus sanguinis materno non nutritur. 19	sunt promptuarium vermicum. 265
Ananasa abusu pellitur. 438	Glaucoma a cataracta in oculo morbosa distingui nequit. 20
Fontes pluviæ tempore sicci & contra. 442	Bbbb
Fontium origo. 69. 152	Gloss.
Fossæ (Aurel. Rogerii) legatum memorabile. § 30. 531	
Fossilium marinorum origo. 70	
Franconiæ Ducum titulus a quibus primum adhibitus? 420	

# INDEX RERUM

Glossopetræ ad animalibus non est. 24	Hatto Archi Ep. Mag. qua morte obierit? 162
Glossopetræ non sunt veri den- ter. 23	fraudulentus. 163
Gebeli, Abbatis Borganfis, scri- pta inedita. 90	Hebraicæ lingue usus num Theo- logo necessarius? 512
Geziani Musæi descriptio. 478	Hebræorum puncta vocalia quando inventa? 42
Græcorum litera ut pronun- tianda? 50 ff.	Poesis qualis. 304
Ideologia qualis? 485	Hedovillius qua occasione mor- tem sibi acceleraverit? 41
Grandus adversus Marchetti objectiones defenditur. 26 ff.	Helvetiæ status modernus. 461
Gratia Dei num. obduratis plane subtrahitur. 38 sq.	Helvetiorum stupiditas unde? 362
Gravitatis causa. 150	justitia venalis. 362
Gregorius V ut Pontificis digni- tatem adeptus? 204 sq.	vires. 363
Gregorius Nazianzenus cur Theologus cognominatus? 173 ff.	De Hertii Notis ad Pufendorfii J. N. & G. judicium. 208
S. Gregorii M. Moralia com- mendata. 452 sq.	Hesychius emendatus. 50
Grotii (Hug.) liber de veritate religionis Christianæ Arabi- ce translatus. 496	Hibernia Regi Angliæ a Ponti- fice donata. 327
Guidi (Alex.) Vita. 463	Hildeberti Episcopi quinque vulgata. 477
Guillimannus notatus. 135	Hildebrandi Pont. natalis & in- solentia? 325. 326.
Gusseti (Jac.) vita. 225 sq.	Hippocratis laudes quousque habeant locum? 168
<b>H</b> Absburgensium Comitum genealogia. 134 sq. 144	Hispaniæ Regnum quo tempore ad Ecclesiam pertinere tradi- tum? 325
Hæmoptoe pleuriticorum uni- de? 128	Historia Literaria quomodo concinnavit? 31 sq.
Halifaxii (Car.) vita. 349	Ecclesiastica duorum præ- morum a C. N. Seculorum. 481. 511
Hallejus notatus. 23	Historiæ Religionum scriptores. 33
Harduinus accusatus. 389	Histo-

## NOTA MELIORUM.

Historici Angli notati.	47	Idea innata dantur.	124
<i>commendati.</i>	47	Idearum genera.	119
Homicida, cui Princeps ignovis,		<i>veritas in quo consti-</i>	
<i>num sine mesu alibi versari</i>		<i>stat?</i>	119
<i>possit?</i>	262	Idola Germanorum.	540
Homines in Luna dantur.	129	Ignatius qua re martyrio causam	
Moratus aliquoties emendatus.	30 sq.	<i>dederit?</i>	526
Horatii editio nona.	30	De Ignatii Epistolis iudicium.	107
Hugonis Capeti G. R. machina-		108. 526	
<i>tiones.</i>	205	Ignis quid?	359
Humoris crysallini textura		Iguce particula nun in terram	
<i>qualis?</i>	168	<i>converti possint?</i>	559
Humores an peccent in corpore?		Imitationis ratio genuina.	469
168 sq.		sq.	
<i>in ultimis vasis visci-</i>		Imperator num recte mundi Do-	
<i>diores, crassiores &amp; acriores</i>		<i>minus dicatur?</i>	113
<i>redduntur.</i>	357	Imperatoris electionum prestan-	
Hundsfoth nomen unde?	479	<i>tior sit successione?</i>	114 sq.
Hydrophobiz causa.	10	De Imperatoris electione varia.	
Hydrophobiam cur curet, im-		420 sq.	
<i>mersio aqua?</i>	16	Imperium Rom. ut ad Germanos	
Hypochondriaca affectio num		<i>translatum?</i>	114
<i>sine pravo humorum vitio ori-</i>		Immortalitas anima coepta.	124
<i>atur?</i>	168	Inauguratio Regum quibus apud	
		<i>Germanos competat?</i>	115
Jacobus Apost. literarum impe-		Incognitorum Academia auctor	
<i>ritus.</i>	503	<i>&amp; symbolum.</i>	498
Jacobi I R. A. mors emplastro		Induratio Pharaonis qualis?	39
<i>venenato procurata.</i>	513	Injuriarum & satisfactionum	
Jacobi II R. Angl. in Protestan-		<i>astimatio in formam artis</i>	
<i>tes odium.</i>	8	<i>redacta.</i>	265 sq.
<i>cum Regs Gallia fœdus ar-</i>		Insectorum historia.	178
<i>canum.</i>	7	Inferni rationum ratio.	166
Contra Jacobum II R. A. conflictio		Intellectus puri ab imaginatione	
<i>Ducis Monumethensis.</i>	7	<i>discrimen illustratum.</i>	119
Jansenistæ castigati.	509	Intestinorum mucus num sit mu-	
Idea num defini possit?	119	<i>sculosus.</i>	168
		Bbbb a	De

# INDEX RERUM

<p><i>De Johanna Papissa conjectura.</i> 324</p> <p><i>Joannes Epang. cur Evangelium scripserit?</i> 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>moritimus cur christum commendat?</i> 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quando mortuus?</i> 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num adhuc vivat?</i> 40</p> <p><i>Joannes Apostolus cur dictus Theologus?</i> 172</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num scripsi intelligatur?</i> 171 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Baptista cur in deserto sermones habuerit?</i> 227</p> <p><i>S. Johannis baptismus qualis?</i> 521</p> <p><i>S. Johannis Epistola tres explicata.</i> 97 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Epistola I quo ordine tractanda?</i> 98 sq.</p> <p><i>Joannis Friderici I El. Sax. gladius in Gertano musao servatus.</i> 478</p> <p><i>Jonas num a ceto deglutitus?</i> 177</p> <p><i>Jordani (Petrus) vita.</i> 462</p> <p><i>Josephus num scripserit de Christo?</i> 321</p> <p><i>Jovii (P.) calamus duplex.</i> 343</p> <p><i>Ireneus emendatus.</i> 529</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num unicum numericeam essentiam Patris &amp; Filii admittat?</i> 529</p> <p><i>Irmsensala Saxonica quid?</i> 315</p> <p><i>R. Isaac, Judaeus Polonus, confutatus.</i> 224 sq.</p> <p><i>Ifidoti Mercatoris fraus.</i> 390</p> <p><i>Judaeorum sectae &amp; dogmata.</i> 482</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>mores.</i> 485</p>	<p><i>Judicium ad voluntatem resorsur.</i> 124</p> <p><i>Jupiter cur Optimus Maximus dictus?</i> 81</p> <p><i>Justificari homo num ex operibus possit?</i> 141 sq.</p> <p><i>Justinus Martyr notatus.</i> 525</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>emendatus.</i> 527</p> <p><i>Justini Martyris errores.</i> 527.</p> <p><i>De Justino Martyre varia.</i> 527 sq.</p> <p><b>K</b> <i>Aida an Ananasa species?</i> 437</p> <p><i>Kayser vox quando innotuerit?</i> 419</p> <p><i>Keilius (Jo.) meliora docetur.</i> 148</p> <p><i>Ker (Johannis) arrogantia.</i> 542</p> <p><i>Kircherus (Athanas.) notatus.</i> 69</p> <p><i>Knecht nomen unde?</i> 465.</p> <p><i>Knight nomen unde?</i> 465.</p> <p><b>L</b> <i>Amindo Britannio vero nomine quis?</i> 506</p> <p><i>Lapis Judaicus ab animalibus non provenit.</i> 24</p> <p><i>Lapides figurati a dabeis ortum trahunt.</i> 69-79</p> <p><i>Lapidum Speculum.</i> 409</p> <p><i>Latinae linguae corruptio unde?</i> 469</p> <p><i>Latini scriptores commendati.</i> 467</p> <p><i>Leeuvenhoekius notatus.</i> 167.</p> <p style="padding-left: 2em;">168</p> <p><i>Laudi Archi-Ep. Cantuariensis ambitio.</i> 72-73</p> <p><i>Legis naturalis obligatio unde pendat?</i> 353 sq.</p> <p style="text-align: right;">De</p>
--	--



NOTABILIORUM.

De Legibus Dei positivis Tractatus.	408	Luna qualem sit corpus?	129
<i>divinis sententia Christi.</i>		Lyczi unde dicti?	360
<i>stianorum.</i>	418	<b>M</b> acarius Aegyptius Laudatus.	537
Lenfant notatus.	338	Magalotti (Laur.) vita.	462
Leopoldi Imp. poema amatorium.	500	Magi Christum salutantes, Arabes.	522
Lethargi causa.	166	Magia mathematica.	129
Libertas quid?	397	<i>astrologica.</i>	410
Linguz Philosophica tentamen.	130	Magnetis declinationem inveniendi methodus nova.	22
<i>Latina corruptio unde?</i>	469	S. Majoli (Com.) vero nomine Primi Abbas.	6
De Linguarum varietate ad Gen. I & II dissertatio.	303	Majoricz Insule conditio.	442
Lithophylacium Britannicum Llvvdyii commendatum.	70	Mali origo unde?	353
Locus quid sit?	149	Mania quid?	166
Locustarum diversitas & noxa.	278	Maniz & phrenetidis causa num eadem?	166
Logicz contenta.	319	Manfredus, utriusque Sic. Rex, quo morte obierit?	247
Adyos unde dictus Filius Dei?	99	Marcheselli (Phil.) vita.	460 sq.
Lucretii nova editio.	193 sq.	Marchettus notatus.	28
Ludere num liceat?	48	B. Mariae num lacrymas sanguinis pro dolore fuderit?	280.
Ludovici XIII R. Gall. obitus perperam predictus.	76	<i>an ultima Eucharistia usa?</i>	282
Ludovici XIX Gallie Regis consux qua morte obierit?	73	<i>quot lacrymas tempore passionis Christi profuderit?</i>	281
Ludovici Burgundia Ducis & Gallie Delphini vita.	45 sq.	<i>num senserit dentium dolores?</i>	281
Lues venerea per mercurium sine salivatione curata.	19	<i>non Advocata sed adversaria ab Irene dicta.</i>	529
Luna cur terra eandem faciem obvertat?	151	B. Mariae dolores quatuorplex?	278 sq.
<i>habitaculum animalium &amp; hominum est.</i>	129	<i>in V. T. adumbrati.</i>	279
<i>motu vertiginis movetur.</i>	151	Bbb b s	Maris

# INDEX RERUM

<p><i>De Johanna Papissa conjectura.</i> 324</p> <p>Joannes Epang. cur Evangelium scripserit? 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>mortuus cur charitatem commendet?</i> 524</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quando mortuus?</i> 524</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num adhuc vivat?</i> 49</p> <p>Joannes Apostolus cur dicitur Theologus? 172</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>miraculo intelligatur?</i> 171-19.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Baptista cur in deserto sermones habuerit?</i> 227</p> <p>S. Johannis Baptismus qualis? 521</p> <p>S. Johannis Epistola tres explicata. 97 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Epistola I quo ordine tractanda?</i> 98 sq.</p> <p>Joannis Friderici I. El. Sax. gladius in Guelpho Museo servatus. 478</p> <p>Jonas num a ceto deglutitus? 177</p> <p>Jordani (Patriis) vita. 462</p> <p>Josephus num scripserit de Christo? 521</p> <p>Jovii (P.) calamus duplex. 543</p> <p>Ireneus emendatus. 529</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num unicam numericam essentiam Patris &amp; Filii admittat?</i> 529</p> <p>Irmenisula Saxonica quid? 215</p> <p>R. Isaac, Judeus Polonus, confutatus. 224 sq.</p> <p>Ifidoti Mercatoris fraus. 390</p> <p>Judeorum secta &amp; dogmata. 482</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>merces.</i> 485</p>	<p>Judicium ad voluntatem referatur. 124</p> <p>Jupiter cur Optimus Maximus dictus? 81</p> <p>Justificari homo num ex operibus possit? 141 sq.</p> <p>Justinus Martyr notatus. 525</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>emendatus.</i> 527</p> <p>Justini Martyris errores. 527</p> <p>De Justino Martyre varia. 527 sq.</p> <p><b>K</b> Aida an Ananasa species? 437</p> <p>Kayser vox quando innotuerit? 419</p> <p>Keilius (Jo.) meliora docetur. 148</p> <p>Ker (Johannis) arrogantia. 542</p> <p>Kircherus (Athanas.) notatus. 69</p> <p>Knecht nomen unde? 465</p> <p>Knight nomen unde? 465</p> <p><b>L</b> Amindo Prkannio vero nomine quis? 506</p> <p>Lapis Judaicus ab animalibus non provenit. 24</p> <p>Lapides figurati a delictis ortum trahunt. 69-79</p> <p>Lapidum Speculum. 409</p> <p>Latinae linguae corruptio unde? 469</p> <p>Latini scriptores commendati. 467</p> <p>Leeuvenhoekius notatus. 167.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>168</i></p> <p>Laudi Archi-Ep. Carisuariensis ambitio. 72-73</p> <p>Legis naturalis obligatio unde pendat? 853 sq.</p> <p style="text-align: right;">De</p>
---	---

NOTABILIORUM.

De Legibus Dei positivis Tractatus.	408	Luna quare sit corpus?	129
divinis sententia Christi.		Lyczi unde dicti?	360
fianorum.	488	<b>M</b> acarius Aegyptius Laudatus.	537
Lenfant notatus.	338	Magalotti (Laur.) vita.	462
Leopoldi Imp. poema amatorium.	500	Magi Christum salutantes, Arabes.	522
Lethargi causa.	166	Magia mathematica.	129
Libertas quid?	307	astrologica.	410
Linguz Philosophica tentamen.	130	Magnetis declinationem inventendi methodus nova.	22
Latina corruptio unde?	469	S. Majoli (Corn.) vero nomine Primi Abbas.	6
De Linguarum varietate ad Gen. I & II dissertatio.	303	Majoricæ Insule conditio.	442
Lithophylacium Britannicum Livvudii commendatum.	70	Mali origo unde?	353
Locus quid sit?	149	Mania quid?	166
Locustarum diversitas & noxa.	178	Maniæ & phrenesidis causa num eadem?	166
Logicæ contenta.	119	Manfredus, utriusque Sic. Rex, quo morte obierit?	247
Adyos unde dictus Filius Dei?	99	Marcheselli (Phil.) vita.	460 sq.
Lucretii nova editio.	193 sq.	Marchettus notatus.	28
Ludere num liceat?	48	B. Mariae utrum lacrymas sanguinas pro dolore fuderit?	280.
Ludovici XIII. R. Gall. obitus perperam predictus.	76	281	
Ludovici XIX. Gallie Regis consux qua morte obierit?	73	an ultima Eucharistia usa?	281
Ludovici Burgundia Ducis & Gallie Delphini vita.	45 sq.	quot lacrymas tempore passionis Christi profuderit?	281
Lues venerea per mercurium seu salivatione curata.	19	num senserit dentium dolores?	281
Luna cur terra eandem faciem obvertat?	151	non Advocata sed adversaria ab Ireneo dicta.	529
habitaculum animalium & hominum est.	129	B. Mariæ dolores quotuplices?	278 sq.
motu vertiginis movetur.	151	in V. T. adumbrati.	279
		<b>Bbb b s</b>	<b>Maris</b>

# INDEX RERUM

<p><b>De Johanna Papissa conjectura.</b> 324</p> <p><b>Joannes Evang. cur Evangelium scripserit?</b> 524</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>mortuus cur charitatem commendat?</i> 524</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quando mortuus?</i> 524</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num adhuc vivat?</i> 49</p> <p><b>Joannes Apostolus cur dictus Theologus?</b> 172</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num vero intelligatur?</i> 171 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Baptista cur in deserto sermones habuerit?</i> 227</p> <p><b>S. Johannis baptismus qualis?</b> 521</p> <p><b>S. Johannis Epistola tres explicata.</b> 97 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Epistola I quo ordine tractanda?</i> 98 sq.</p> <p><b>Joannis Friderici I El. Sax. gladius in Curiam Musaeo servatus.</b> 478</p> <p><b>Jonas num a croco deglutitus?</b> 177</p> <p><b>Jordani (Petrus) vita.</b> 462</p> <p><b>Josephus num scripserit de Christo?</b> 521</p> <p><b>Jovii (P.) calamus duplex.</b> 543</p> <p><b>Ireneus emendatus.</b> 529</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num unicum numericeam essentiam Patris &amp; Filii admittat?</i> 529</p> <p><b>Irriensula Saxonica quid?</b> 215</p> <p><b>R. Isaac, Judaeus Polonus, confutatus.</b> 224 sq.</p> <p><b>Ifidoti Mercatoris fraus.</b> 390</p> <p><b>Judaeorum secta &amp; dogmata.</b> 482</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>mores.</i> 485</p>	<p><b>Judicium ad voluntatem referatur.</b> 124</p> <p><b>Japhes cur Optimus Maximus dicitur?</b> 81</p> <p><b>Justificari homo num ex operibus possit?</b> 141 sq.</p> <p><b>Justinus Martyr notatus.</b> 525</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>emendatus.</i> 527</p> <p><b>Justini Martyris errores.</b> 527</p> <p><b>De Justino Martyre varia.</b> 527 sq.</p> <p><b>K Aida an Ananasa species?</b> 437</p> <p><b>Kayser vox quando innotuerit?</b> 419</p> <p><b>Keilius (Jo.) meliora docetur.</b> 148</p> <p><b>Ker (Johannis) arrogantia.</b> 542</p> <p><b>Kircherus (Athanas.) notatus.</b> 69</p> <p><b>Knecht nomen unde?</b> 465</p> <p><b>Knight nomen unde?</b> 465</p> <p><b>L Amindo Prignano vero nomine quis?</b> 506</p> <p><b>Lapis Judaicus ab animalibus non provenit.</b> 24</p> <p><b>Lapides figurati a diabevo ortum trahunt.</b> 69-79</p> <p><b>Lapidum Speculum.</b> 409</p> <p><b>Latinae linguae corruptio unde?</b> 469</p> <p><b>Latini scriptores commendati.</b> 467</p> <p><b>Leeuwenhoekius notatus.</b> 167.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>168</i></p> <p><b>Laudi Archi-Ep. Cantuariensis ambitio.</b> 72-73</p> <p><b>Legis naturalis obligatio unde pendeat?</b> 353 sq.</p> <p style="text-align: right;"><i>De</i></p>
---	---



NOTABILIORUM.

De Legibus Dei positivis Tractatus.	408	Luna qualem sit corpus?	124
divinis sententia Christianorum.	488	Lycæi unde dicti?	360
Lenfant notatus.	338	<b>M</b> acarius Aegyptius laudatus.	537
Leopoldi Imp. poema amatorium.	500	Magalotti (Laur.) vita.	462
Lethargi causa.	166	Magi Christum salutantes, Arabes.	422
Libertas quid?	327	Magia mathematica.	129
Linguae Philosophica tentamen.	130	astrologica.	410
Latina corruptio unde?	469	Magnetis declinationem inventiendi methodus nova.	22
De Linguarum varietate ad Gen. I & II dissertatio.	303	S. Majoli (Com.) vero nomine Primi Abbas.	6
Lithophylacium Britannicum Livydis commendatum.	70	Majoricæ Insulae conditio.	442
Locus quid sit?	149	Mali origo unde?	353
Locustarum diversitas & noxa.	178	Mania quid?	166
Logicae contenta.	119	Maniz & phreneticidis causa num eadem?	166
Noyos unde dictus Filius Dei?	99	Manfredus, utriusque Sic. Rex, quo morte obierit?	242
Lucretii nova editio.	123 sq.	Marcheselli (Phil.) vita.	460 sq.
Ludere num liceat?	48	Marchettus notatus.	28
Ludovici XIII R. Gall. obitus perperam praedictus.	76	B. Maria utrum lacrymas sanguinatas pro dolore suderit?	280.
Ludovici XIX Gallia Regis conflux qua morte obierit?	73	an ultima Eucharistia usa?	281
Ludovici Burgundia Ducis & Gallia Delphinus vita.	43 sq.	quot lacrymas tempore passionis Christi profuderit?	281
Lues venerea per mercurium sine saluatione curata.	19	num senserit dentium dolores?	281
Luna eorum terra eandem faciem obvertat?	151	non Advocata sed adversaria ab Ireno dicta.	529.
habitaculum animalium & hominum est.	129	B. Mariz dolores quotuplices?	278 sq.
motu vertiginis movetur.	151	in V. T. adumbrati.	279
		Bbb s	Maris

# INDEX RERUM

Maris fundus non ubique tranquillus.	24	Melancholiz causa & subjctum.	164. 165
Martialis emendatus.	227	Melancholicorum idea varia.	164
Martineau (R.P.) notatus.	46	Menandri errores.	523
De Martyribus Lugdunensibus judicium.	529	Mercurii sublimati vis causifica unde?	16
Matrimonium sacerdotum, hæresis Nicolaitica.	326	preparatio & fixatio.	410
Matrimonii finis primarius.	354	Mery notatus.	19
S. Maximi varti Sermones editi.	476	Metæ num fraude a Gallis captæ.	73
Mead notatus.	16	Metalla soluta cur menstruis suis inpatent.	17
Mechanicorum principiorum abusus in Physica & Medicina.	16	a diluio in suis locis non sunt disposita.	24
Medicamenta an per vascula ad sanguinem transeant?	168	Metallorum & lapidum sympathia ad planetas.	409
paucanum sufficiant?	168	mutatio in aurum possibilis.	410
Medicina theoretica num Geometria leges admittat?	168	Methodus inquirendi verum.	120
Medicinæ eclecticae specimen.	163	Microscopiis Læonvombekianis quantum fidendum?	167
Medici humanitatis studii vindictæ.	480	Militis cruditi exemplum.	330
sapientia studii clari.	480	nomen nobilibus obstruunt.	419
Medicis Regiis impunitæ assoleniter olim a Regibus Angl. promissa.	290	unde?	465
Meinders (H. A.) scripta vendenda.	212	Militares articuli Russorum novi.	453
Mekerchius (Adolphus) refutatus.	50 sq.	In Miltono majestas diaboli unde?	469
Melancholia omnis an sine febre sit?	164	Mimicæ artis inventores.	364
in quo consistat?	166	De Mimorum & Pantomimorum ludis scenicis tractatus.	363
Melancholiz innumeri dantur gradus.	164	Mineralia a diluio in suis locis non sunt disposita.	24
causa solitaria non est sanguinis spissitudo.	164	Minerarum gravitas specifica cum aqua collata.	17
		Mineralogicum Lexicon.	178
		Mini.	

NOTABILIORUM.

Ministorum Eccl. Angl. reditus pertenuus. 405	Mundus num annihilandus? 71
Minoricæ Insule conditio. 442	non senescit. 71
Mirzi (Arab.) de statu religionis Chr. liber laudatus. 385	visibilis num aternus? 214 sq
Mirandulani (Jo. Pior) chara- Eeres in meditando. 40	quando conditus? 43
De Moderatione in scriptis Theologicis servanda liber. 506 ff.	Mundi aternitas explosa. 122
Moridis atas. 49 sq.	conflagratio defensa. 70.
nomen ut variet? 50	ex chaos origo asserta. 67.
libelli de vocibus Atticis	dissolutio. 72
Editor quis? 49	Muscæ noctilucæ. 178
Monachorum institutio bono fine suscepta. 535	Muscarum structura miranda. 178
factus Sec. XIII. 535	Mutii (Vinc.) historia Majoricana Anglice versa & in compendium redacta. 442
Monasteria num olim fuerint schole? 216 sq.	<b>N</b> Anabrava num Ananasa species? 417
Mongitoris (Antonini) natalis & scripta. 499	Narium mutilatio penalis qualis apud Russos? 454
Montium usus recensentur. 68	Natura quid? 170
Moralis disciplina ut a gentilibus tradita? 282 sq.	Navium pars inferior calidior est in estate, quam superior. 320
ut a nostris magis exculta? 282	Nauseæ ex cibo & potu contractæ historia. 228
Morbi plantarum. 153	Nazaræi ut a Christianis differant? 523
vi magica inferuntur. 16	posteriores quinam? 525
contactu tollendi. 178	Necessitas unde. 307
chronici num medicamentis carere queant? 168	Neronis in Christianos persecutio. 523
Morbis contagiosum primum spiritus vitales inficiantur? 168	Nervi auditorii examen. 20.
Mortis subitaneæ causæ. 16	Nevvtoni (Henr.) honori numus consecratus. 85.
Morton notatus. 168	Nicolaitarum error. 524
Mosaicorum librorum distinctio asserta. 41 sq.	Nitri genesis. 25
Motus affectiones. 149	
definitio. 148	
Munacini (Jo. Bapt.) scripta. 532	
	Nix.

# INDEX RERUM

Nix corpora a corruptione praeservat.	18	Officinae, Messanenſium Academiae auctor, fata, ſymbolum.	498
Nobilitium in Anglia ſeries.	236 ſq.	Ophir vox generalim quid ſignificet?	360
antiqua proſapia praeservat.	356	Oratorum Chriſtianorum praeservantia praepagantis.	270
Baronibus recens creatis praerogativa.	479	Ordo Equitum S. Antonii in Aethiopia conſectus?	234
Nominum ignominioſorum apud Germanos originas.	9 ſq.	Conſtantini unde?	234 ſq.
Norvegicarum rerum hiſtorioſcriptores.	10 ſq.	Studiarum unde?	235
De Noues notatus.	2	Ordinum Equeſtrium & Militarium Catalogus.	234 ſq.
Nubis arborea deſcriptio & cauſa.	154-155	D' Orleans vid. Aurelianenſis.	
Numismatum in Hetruria Ducis cimeliarcho catalogus.	86	Otfridus quo tempore vixerit?	161 ſq.
Nutritio ut fiat?	359	Ovidius emendatus.	77 ſq.
<b>O</b> bligatio de re illicita num invalida?	210 ſq.	Ovidii editio promiſſa.	194
Obscurae idea deſinitio.	119	Ovveni (Jac.) vita & ſcripta.	136 ſq.
Obscuratio in Eclipſi Solis cur minor appareat, quam par erat.	502 ff.	<b>P</b> almæ urbis deſcriptio.	442
Oculum humectantis humoris origo.	168	Panciroli (Guid.) anecdota.	531
De Odione Rege Francia ſingularia.	163	Pantomimi qui?	364
Odor ſuavis corporum utrorum & deſunctorum unde?	18	quas deſultaverint fabulas?	365
agri quale prognosticon ſuppeditet?	168	Pantomimorum origo.	364
Oderum ratio.	150	Papæ R. primatus a Pontificis in Anglia non agnitus.	72
Oesophagi uſus.	263, 264	Parallaxis Solis horizontalis quanta ſit?	37
ſtructura.	263	Paralyſis an ſine prævio humorum vitio oriatur?	168
glandula conglomerata.	263	Parifiæ urbis deſcriptio.	125 ſq.
ta.	263	Parliamenti in Gallia auctoritas quando labefactata?	75 ſq.
		Partes	

# NOTA B L I O R U M

Partes solidae animalium num. sunt mera terra? 259	Phoenix num. vera avis? 176
Partium origo ex u. cerebro nor. uisque sit derivanda? 168	Phrenitis quid? 166
Particularis idea definita. 119	Phrenitidis & mania causa & symptomata non eadem. 166
Pascha quando olim celebratum? 304	Physicæ definitio. 157
Patres primitiva Ecclesia num. in moralibus hallucinantur? 209	experimentalis tenta. mina. 26
Patriarchæ num. usq. fuerint lito. ris hieroglyphicis? 32	scholastica specimen. 169
Paulus Apostolus cur Idiota di. ctus? 523	Pictorum Westphalici historia pro. missa. 449
De Paulo III P. M. varia. 515 ff.	Pilatus aulogogus. 522
Perceptionum species. 419	Pipinus R. Fr. ut s. monasterio au. fugerit? 160 sq.
Periskelidis ordinis historia. 465	Piscis Jonam deglutiens quis? 177
Peripateticorum placita. 486	Piscium historia. 477
Pestis causa. 26	Pita an Ananasa sit species? 437
Dacica scrutinium. 230	Plantæ respirant. 152
Petrus Apostolus num. Antiochia Romam abiit? 522	Plantarum generatio. 152
Petrus Damianus, vid. Damia. nus.	trunci & caudices cur perpendiculares? 29
Petrificationis ratio. 25	Plato, imitator Homeri. 469
Peucerus (Casp.) quibus instru. mentis in carcere scripserit? 41	Platonicorum placita. 486
Pfeffingerus (Degenhardt) cur Leonis X P. M. charus fuerit? 113	Pleuritis morborum acutorum princeps. 127
Pharaonis induratio qualis fue. rit? 39	In Pleuritide uena sectio utilis. 128 sq.
Phariseorum nomen unde? 482	Pocockii (Ed.) character & elo. gium. 346
secta, placita & mo. ros. 482 sq.	epitaphium. 347
Phereponus h. e. Jo. Clericus. 506	De Podagra tractatus. 356
Philosophia scholastica mota. 118	Poesis Hebræorum qualis? 304
Philosophorum scientiarum us. ta. 143 sq.	Poetrix Italia celeberrime. 500 sq.
	Poggii Florentini vita. 337
	Politicorum Regensium Acada. mia origo. 532
	Pomerani Christiani facti. 327
	Pondus vesicæ inflatæ an grauius vesicæ compressæ pondere? 169
	De Portlegre Comitum in lita. ras amari. 331
	C c c

INDEX RERUM

Glossopetra <i>in animalibus non est.</i>	24	Hatto <i>Archi Ep. Mog. qua morte obierit?</i>	162
Glossopetrae <i>non sunt veridetes.</i>	23	fraudulentus.	163
Gobeli, <i>Abbatis Bergensis, scripta inedita.</i>	90	Hebraicae <i>linguae usus num Theologo necessarius?</i>	512
Gozziani <i>Musae descriptio.</i>	478	Hebraeorum <i>puncta vocalia quando inventa?</i>	42
Graecorum <i>litera ut pronuntianda?</i>	50 ff.	Poesis <i>qualis.</i>	304
<i>Theologia qualis?</i>	485	Hedovillius <i>qua occasione mortem sibi acceleraverit?</i>	41
Grandus <i>adversus Marchetti objectiones defenditur.</i>	26 ff.	Helvetiae <i>status modernus.</i>	461
Gratia <i>Dei num. obduratis plane subtracta.</i>	38 sq.	Helvetiorum <i>stupiditas unde?</i>	362
Gravitatis <i>causa.</i>	150	<i>justitia venalis.</i>	362
Gregorius V <i>ut Pontificis dignitatem adeptus?</i>	204 sq.	<i>vires.</i>	363
Gregorius <i>Nazianzenus cur Theologus cognominatus?</i>	173 ff.	DaHertii <i>Notis ad Pufendorfii J. N. &amp; G. judicium.</i>	208
S. Gregorii M. <i>Moralia commendata.</i>	45 f. sq.	Mesychnus <i>omendatus.</i>	50
Grotii (Hug.) <i>liber de veritate religionis Christianae Arabice translatus.</i>	496	Hibernia <i>Regi Angliae a Pontifice donata.</i>	327
Guidi (Abx.) <i>Vita.</i>	463	Hildeberti <i>Epistola quinque vulgata.</i>	477
Guillimannus <i>notatus.</i>	135	Hildebrandi <i>Pont. natalis &amp; insolentia?</i>	325. 326.
Gusseti (Jac.) <i>vita.</i>	225 sq.	Hippocratis <i>laudes quousque habeant locum?</i>	168
<b>H</b> absburgensium <i>Comitum genealogia.</i>	134 sq. 144	Hispaniae <i>Regnum quo tempore ad Ecclesiam pertinere traditum?</i>	326
Haemoptoe <i>pleuriticorum unde de?</i>	128	Historia <i>Litteraria quomodo concinnanda?</i>	31 sq.
Halifaxii (Car.) <i>vita.</i>	349	<i>Ecclesiastica duorum praemorum a C. N. Secularum.</i>	481. 521
Hallejus <i>notatus.</i>	23	Historiae <i>Religionum scriptores.</i>	33
Harduinus <i>accusatus.</i>	388		Histo-

## NOTABILIORUM.

Historici <i>Angli</i> notati.	47	Idea <i>innata</i> dantur.	124
<i>commendati.</i>	47	Idearum genera.	119
Homicida, cui <i>Princeps ignovis-</i>		<i>veritas in quo consti-</i>	
<i>num sine metu alibi versari</i>		<i>stat?</i>	119
<i>possit?</i>	262	Idola <i>Germanorum.</i>	540
Homines <i>in Luna</i> dantur.	129	Ignatius <i>qua re martyrio causum</i>	
Moratus <i>aliquoties emendatus.</i>	30 sq.	<i>dedérit?</i>	526
Horatii <i>editio nona.</i>	30	De Ignatii <i>Epistolis</i> iudicium.	107
Hugonis <i>Capeti G. R. machina-</i>		108. 926	
<i>tionez.</i>	205	Ignis <i>quid?</i>	359
Humoris <i>crystallini textura</i>		<i>quæ particula num in terram</i>	
<i>qualis?</i>	168	<i>converti possint?</i>	359
Humores <i>an peccent in corpore?</i>		Imitationis <i>ratio gemina.</i>	469
168 sq.		sq.	
<i>in ultimis vastis visci-</i>		Imperator <i>num recte mundi Do-</i>	
<i>diiores, crassiores &amp; acriores</i>		<i>minus dicatur?</i>	113
<i>redduntur.</i>	357	Imperatoris <i>electionum præstan-</i>	
Hundsfoth <i>nomen unde?</i>	479	<i>tior sit successione?</i>	114 sq.
Hydrophobie <i>causa.</i>	16	De Imperatoris <i>electione varia.</i>	
Hydrophobiam <i>per curet, im-</i>		420 sq.	
<i>merso aqua?</i>	16	Imperium <i>Rom. ut ad Germanos</i>	
Hypochondriaca <i>affectio num</i>		<i>translatum?</i>	114
<i>sine prævio humorum visio ori-</i>		Immortalitas <i>animæ evicta.</i>	124
<i>atur?</i>	168	Inauguratio <i>Regum quibus apud</i>	
		<i>Germanos competat?</i>	115
Jacobus <i>Apost. literarum impe-</i>		Isocognitorum <i>Academia auctor</i>	
<i>ritus.</i>	523	<i>&amp; Symbolum.</i>	498
Jacobi I <i>R. A. mors emplastro</i>		Induratio <i>Pbarconis qualis?</i>	39
<i>venenato procurata.</i>	513	Injuriarum <i>&amp; satisfactionum</i>	
Jacobi II <i>R. Angl. in Protestan-</i>		<i>astimatio in formam artis</i>	
<i>tas odium.</i>	8	<i>redacta.</i>	265 sq.
<i>cum Regs. Gallia sedus ar-</i>		Insectorum <i>historia.</i>	178
<i>canum.</i>	7	Insomniorum <i>ratio.</i>	166
Contra <i>Jacobum II R. A. consilia</i>		Intellectus <i>puri ab imaginatione</i>	
<i>Ducis Monumetbensis.</i>	7	<i>discrimen illustratum.</i>	112
Janseuiz. <i>castigati.</i>	509	Intestinatorum <i>mucus num sit mu-</i>	
Idea <i>num defini possit?</i>	119	<i>sculosus.</i>	168
		Bbbb 2	De

# INDEX RERUM

<p><i>De Johanna Papissa conjectura.</i> 324</p> <p>Joannes Evang. cur Evangelium scripserit? 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>moriturus cur chartam</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>tem commendet?</i> 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quando mortuus?</i> 324</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num adhuc vivat?</i> 40</p> <p>Joannes Apostolus cur dictus Theologus? 175</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num vero intelligatur?</i> 171-19</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Baptista cur in deserto sermones habuerit?</i> 227</p> <p>S. Johannis Baptismus qualis? 521</p> <p>S. Johannis Epistola tres explicata. 97 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Epistola I quo ordine tractanda?</i> 98 sq.</p> <p>Joannis Friderici I. El. Sax. gladius in Germaniahusao servatus. 478</p> <p>Jonas num a ceto deglutitus? 177</p> <p>Jordani (Patri) vita. 462</p> <p>Josephus num scripserit de Christo? 321</p> <p>Jovii (P.) calamus duplex. 543</p> <p>Ireneus emendatus. 529</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num unam numericam essentiam Patris &amp; Filii admittat?</i> 529</p> <p>Irmiensula Saxonica quid? 215</p> <p>R. Isaac, Judaeus Polonus, confutatus. 224 sq.</p> <p>Ifidori Mercatoris fraus. 390</p> <p>Judeorum secta &amp; dogmata. 482</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>meres.</i> 485</p>	<p>Judicium ad voluntatem referatur. 124</p> <p>Jupiter cur Optimus Maximus dicitur? 81</p> <p>Justificari homo num ex operibus possit? 141 sq.</p> <p>Justinus Martyr notatus. 525</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>emendatus.</i> 527</p> <p>Justini Martyris errores. 527</p> <p>De Justino Martyre varia. 527 sq.</p> <p><b>K</b></p> <p><i>Aida an Ananasa species?</i> 437</p> <p><i>Kayser vox quando innotuerit?</i> 419</p> <p>Keilii (Jo.) meliora docetur. 148</p> <p>Ker (Johannis) arrogantia. 542</p> <p>Kircherus (Athanas.) notatus. 69</p> <p>Knecht nomen unde? 465</p> <p>Knight nomen unde? 465</p> <p><b>L</b></p> <p><i>Lamindo Pirannio vero nomine quis?</i> 506</p> <p>Lapis Judaicus ab animalibus non provenit. 24</p> <p>Lapides figurati a diluvio ortum trahunt. 69-79</p> <p>Lapidum Speculum. 409</p> <p>Latinae linguae corruptio unde? 469</p> <p>Latini scriptores commendantur. 467</p> <p>Leeuwenhoekius notatus. 167.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>188</i></p> <p>Laudi Archi-Ep. Cantuariensis ambitio. 72-73</p> <p>Legis naturalis obligatio unde pendat? 353 sq.</p> <p style="text-align: right;">De</p>
---	---



## NOTABILIORUM.

<i>De Legibus Dei positivis Tractatus.</i>	408	Luna <i>quale sit corpus?</i>	129
<i>divinis sententia Christianorum.</i>	488	Lycium <i>unde dicti?</i>	360
Lenfant <i>notatus.</i>	338	<b>M</b> acarius <i>Aegyptius laudatus.</i>	537
Leopoldi <i>Imp. poema amatorum.</i>	500	Magalotti (Laur.) <i>vita.</i>	462
Lethargi <i>causa.</i>	166	Magi <i>Christum salutantes, Arabes.</i>	322
Libertas <i>quid?</i>	307	Magia <i>mathematica.</i>	129
Linguae <i>Philosophica tentamen.</i>	130	<i>astrologica.</i>	410
<i>Latina corruptio unde?</i>	469	Magneti <i>declinationem inveniendi methodus nova.</i>	22
<i>De Linguarum varietate ad Gen. I &amp; II dissertatio.</i>	303	S. Majoli (Com.) <i>vero nomine Primi Abbas.</i>	6
Lithophylacium <i>Britannicum Llvvudii commendatum.</i>	70	Majoricæ <i>Insulae conditio.</i>	442
Locus <i>quid sit?</i>	149	Mali <i>origo unde?</i>	353
Locustarum <i>diversitas &amp; noxa.</i>	178	Mania <i>quid?</i>	166
Logicæ <i>contenta.</i>	319	Maniz & <i>phrenetidis causa num eadem?</i>	166
Noyos <i>unde dictus Filius Dei?</i>	99	Manfredus, <i>utriusque Sic. Rex, quo morte obierit?</i>	247
Lucretii <i>nova editio.</i>	193 sq.	Marcheselli (Phil.) <i>vita.</i>	460 sq.
Ludere <i>num liceat?</i>	48	Marchettus <i>notatus.</i>	28
Ludovici XIII. <i>R. Gall. obitus perperam predictus.</i>	76	B. Maria <i>num lacrymas sanguinas pro dolore fuderit?</i>	280.
Ludovici XIX. <i>Gallia Regis conjugis qua morte obierit?</i>	73	<i>an ultima Eucharistia usa?</i>	281
Ludovici <i>Burgundia Ducis &amp; Gallia Delpini vita.</i>	43 sq.	<i>quot lacrymas tempore passionis Christi profuderit?</i>	281
Lues <i>venerica per mercurium sine saluatione curata.</i>	19	<i>num senserit dentium dolores?</i>	281
Luna <i>cur terra eandem faciem obvertat?</i>	151	<i>non Advocata sed adversaria ab Irenæo dicta.</i>	529.
<i>habitaculum animalium &amp; hominum est.</i>	129	B. Mariz <i>dolores quotuplices?</i>	278 sq.
<i>motu vertiginis movetur.</i>	15	<i>in V. T. adumbrati.</i>	279
		Bbbb 3	Marie

# INDEX RERUM

Maris fundus non ubique tranquillus.	24	Melancholiz causa & subiectum.	164. 165
Martialis emendatus.	227	Melancholicorum idea varia.	164
Martineau (R.P.) notatus.	46	Menandri errores.	523
De Martyribus Lugdunensibus iudicium.	529	Mercurii sublimati vis caustica unde?	16
Matrimonium sacerdotum, hæreticis Nicolaitica.	326	preparatio & fixatio.	410
Matrimonii finis primarius.	354	Mery notatus.	19
S. Maximi varti Sermones editi.	476	Metæ num fraude a Gallis captæ.	73
Mead notatus.	16	Metalla soluta cur menstruis suis inpatent.	17
Mechanicorum principiorum abusus in Physica & Medicina.	16	a diluio in suis locis non sunt disposita.	24
Medicamenta an per vascula ad sanguinem transeant?	168	Metallorum & lapidum sympathia ad planetas.	409
pauca num sufficiant?	168	mutatio in aurum possibilis.	410
Medicina theoretica num Geometria leges admittat?	168	Methodus inquirendi verum.	120
Medicinæ eclecticae specimen.	163	Microscopiis Leewenbeckianis quantum fidendum?	167
Medici humanitatis studii vindictæ.	480	Militis cruditi exemplum.	330
sapientia studiis clari.	480	nomen nobilibus obstructum.	419
Medicis Regiis impunitæ ac solenniter olim a Regibus Angl. promissa.	290	unde?	465
Meinders (H. A.) scripta vendenda.	212	Militares articuli Russorum novi.	453
Mekerchius (Adolphus) refutatus.	50 sq.	In Miltoño majestas dictionis unde?	469
Melancholia omnis an sine febre sit?	164	Mimicæ artis inventores.	964
in quo consistat?	166	De Mimorum & Pantomimorum ludis scenicis tractatus.	363
Melancholiz innumeri dantur gradus.	164	Mineralia a diluio in suis locis non sunt disposita.	24
causa solitaria non est sanguinis spissitudo.	164	Minerarum gravitas specifica cum aqua collata.	17
		Mineralogicum Lexicon.	178
		Mini.	



# INDEX RERUM

<p>Nix corpora a corruptione praeservat. 18</p> <p>Nobilium in Anglia series. 236 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">antiqua prosapia praeservat.</p> <p style="padding-left: 4em;">Baronibus recens creatis praerogativa. 356</p> <p>Nominum ignominiosorum apud Germanos origines. 479</p> <p>Norvegicarum rerum historiae scriptores. 10 sq.</p> <p>De Noues notatus. 2</p> <p>Nubis arborea descriptio et causa. 154-155</p> <p>Numismatum in Hetruria Ducis cimeliarcho catalogus. 86</p> <p>Nutritio ut fiat? 399</p> <p><b>O</b>bligatio de re illicita num invalida? 210 sq.</p> <p>Obscurae idea definitio. 119</p> <p>Obscuratio in Eclipsi Solis cur minor appareat, quam par erat. 502 ff.</p> <p>Oculum humectantis humoris origo. 168</p> <p>De Odione Rege Francia singularia. 163</p> <p>Odor suavis corporum utrorum et defunctorum unde? 18</p> <p style="padding-left: 2em;">agri quale prognosticon suppeditet? 168</p> <p>Oedem ratio. 150</p> <p>Oesophagi usus. 263, 264</p> <p style="padding-left: 2em;">structura. 263</p> <p style="padding-left: 2em;">glandula conglomerata. 263</p> <p style="padding-left: 2em;">ta. 263</p>	<p>Officinae, Messanenorum Academiae auctor, facta, symbolum. 498</p> <p>Ophir vox generatim quid significet? 360</p> <p>Oratorum Christianorum praesstantia praeparanda. 470</p> <p>Ordo Equitum S. Antonii in Aethiopia constitutus? 234</p> <p style="padding-left: 2em;">Constantini unde? 234 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">Stulterum unde? 235</p> <p>Ordinum Equestrium et Militarium Catalogus. 234 sq.</p> <p>D' Orleans vid. Aurelianensis.</p> <p>Otfridus quo tempore vixerit? 161 sq.</p> <p>Ovidius emendatus. 77 sq.</p> <p>Ovidii editio promissa. 194</p> <p>Ovveni (Jac.) vita et scriptura. 136 sq.</p> <p><b>P</b>almæ urbis descriptio. 442</p> <p>Panciroli (Guid.) anecdota. 531</p> <p>Pantomimi qui? 364</p> <p style="padding-left: 2em;">quas desultiverint fabulas? 365</p> <p>Pantomimorum origo. 364</p> <p>Papæ R. primatus a Pontificis in Anglia non agnitus. 72</p> <p>Parallaxis Solis horizontalis quantam sit? 37</p> <p>Paralytis an sine prævio humorum vitio oriatur? 168</p> <p>Parisiæ urbis descriptio. 125 sq.</p> <p>Parliamenti in Gallia auctoritas quando labefactata? 75 sq.</p> <p style="text-align: right;">Partes</p>
--	--

NOTA BILIORUM

Partes solidae animalium num sunt mera terra? 329	Phoenix num vera avis? 176
Parium origo an a cavebro nor- visque sit derivanda? 168	Phrenitis quid? 166
Particularis idea descripta. 119	Phrenitidis & mania causa & Symptomata non eadem. 166
Pascha quando olim celebratum? 304	Physicæ descriptio. 147
Patres primitivi Ecclesia num in moralibus hallucinantur? 209	experimentalis tenta- mina. 26
Patriarchæ num usque fuerint liti- ris hieroglyphicis? 32	scholastica specimina. 163
Paulus Apostolus cur Idiosæ di- ctus? 523	Pictorum Westphalici hibernia quo- missa. 449
De Paulo III P. M. varia. 515 ff.	Pilatus aulogæ. 522
Perceptionum species. 119	Pipinus R. Fr. ut o monasterio au- fugens? 160 sq.
Periscelidis ordinis hibernia. 465	Piscis Jonam deglutiens quis? 177
Peripateticorum placita. 486	Piscium hibernia. 477
Pestis causa. 26	Pita an Ananasa sit species? 437
Dacica seruitinum. 230	Plantæ respirant. 152
Petrus Apostolus num Antiochia Romam abiit? 522	Plantarum generatio. 152
Petrus Damianus, vid. Damia- nus.	trunci & caudices cur perpendicularares? 20
Petrificationis ratio. 25	Plato, imitator Homeri. 469
Peucerus (Casp.) quibus instru- mentis in carcere scripsit? 41	Platonicorum placita. 486
Pfeffingerus (Degenhardt) cur Leonis X P. M. charus fuerit? 113	Pleuritis verborum acutorum princeps. 177
Pharaonis induratio qualis fue- rit? 39	In Pleuritis vice sectio utili. 128 sq.
Phariseorum nomen unde? 482	Pocockii (Ed.) character & cle- gium. 346
secta, placita & mo- res. 482 sq.	epitaphium. 347
Phereponus h. e. Jo. Clericus. 506	De Postagra tractatus. 356
Philosophia scholastica mota. 118	Poesis Hebræorum qualis? 304
Philosophorum recentiorum vi- ta. 143 sq.	Poetrix Itala celeberrima. 500 sq.
	Poggii Florentini vita. 337
	Politicoorum Regensium Acade- miæ origo. 532
	Pomerani Christiani facti. 329
	Pondus vesicæ inflatæ an gravius vesicæ compressæ pondere? 169
	De Portalegre Comissum in liti- ras amari. 351
	C. C. C. 66

# INDEX RERUM

<p>Nix corpora a corruptione praeservat. 18</p> <p>Nobilitium in Anglia series. 236 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">antiqua prosapia praeservat.</p> <p style="padding-left: 2em;">Baronibus recens creatis praerogativa. 356</p> <p>Nominum ignominiosorum apud Germanos origines. 479</p> <p>Norvegicarum rerum historiae scriptores. 10 sq.</p> <p>De Noues notatus. 2</p> <p>Nubis arboreae descriptio et causa. 154-155</p> <p>Numismatum in Hetruria Ducis Cameliarchio catalogus. 86</p> <p>Nutritio ut fiat? 399</p> <p><b>O</b>bligatio de re illicita numquam invalida? 210 sq.</p> <p>Obscurae idea definitio. 119</p> <p>Obscuratio in Eclipsi Solis cur minor appareat, quam par erat. 502 ff.</p> <p>Oculum humectantis humoris origo. 168</p> <p>De Odione Rege Francia singularia. 163</p> <p>Odor suavis corporum utrorumque defunctorum unde? 18</p> <p style="padding-left: 2em;">agri quale prognosticon suppeditet? 168</p> <p>Oderuin ratio. 150</p> <p>Oesophagi usus. 263, 264</p> <p style="padding-left: 2em;">structura. 263</p> <p style="padding-left: 2em;">glandula conglomerata. 263</p>	<p>Officinae, Messanenarium Academiae auctor, fata, symbolum. 498</p> <p>Ophir vox generatim quid significet? 360</p> <p>Oratorum Christianorum praesentia praeparantis. 270</p> <p>Ordo Equitum S. Antonii in Aethiopia confectus? 234</p> <p style="padding-left: 2em;">Constantini unde? 234 sq.</p> <p style="padding-left: 2em;">Stultorum unde? 235</p> <p>Ordinum Equestrium et Militarium Catalogus. 234 sq.</p> <p>D' Orleans vid. Aurelianensis.</p> <p>Otfridus quo tempore vixerit? 161 sq.</p> <p>Ovidius emendatus. 77 sq.</p> <p>Ovidii editio promissa. 194</p> <p>Ovveni (Jac.) vita et scripta. 136 sq.</p> <p><b>P</b>almæ urbis descriptio. 442</p> <p>Panciroli (Guid.) anecdota. 531</p> <p>Pantomimi qui? 364</p> <p style="padding-left: 2em;">quas desultaverint fabulas? 365</p> <p>Pantomimorum origo. 364</p> <p>Papæ R. primatus a Pontificis in Anglia non agnitus. 72</p> <p>Parallaxis Solis horizontalis quanta sit? 370</p> <p>Paralysis an sine praevio humorum vitio oriatur? 168</p> <p>Parisiæ urbis descriptio. 125 sq.</p> <p>Parliamenti in Gallia auctoritas quando labefactata? 75 sq.</p> <p style="text-align: right;">Partes</p>
--	--

# NOTARIORUM

Partes solidae animalium num sint mera terra? 289	Phoenix num vera avis? 176
Pareium origo an s. cerebro nor- visque sit dordvanda? 168	Phrenitis quid? 166
Particularis idea definita. 119	Phrenitidis & mania causa & symptomata non eadem. 166
Pascha quando olim celebratum? 304	Physicæ definitio. 147
Patres primitiva Ecclesia num in moralibus hallucinantur? 309	experimentalis tenta- mina. 26
Patriarchæ num usi fuerint lito- ris hieroglyphicis? 32	scholastica spiritibus. 169
Paulus Apostolus cur Idiata di- ctus? 523	Pictisani Westphalici historia geo- graphica. 449
De Paulo III P. M. varia. 515 ff.	Pilatus aulo? 522
Perceptionum species. 419	Pipinus R. Fr. ut o monasterio in- fugens? 160 sq.
Perifelidiorum ordinis historia. 465	Piscis Jonam deglutiens quis? 177
Peripateticorum placita. 486	Piscium historia. 177
Pestis causa. 26	Pita an Ananasa sit spectat? 437
Dacica seruzinium. 230	Plantæ respirant. 152
Petrus Apostolus num Antiochia Romam abiit? 522	Plantarum generatio. trunci & caudices cur perpendiculares? 29
Petrus Damianus, vid. Damia- nus.	Plato, imitator Homari. 469
Petrificationis ratio. 25	Platonicorum placita. 486
Peucerus (Casp.) quibus instru- mentis in carcere scripserit? 41	Pleuritis morborum acutorum princeps. 127
Pfeffingerus (Degenhardt) cur Leoni X P. M. charus fuerit? 113	In Pleuritide ueniæ sectio utilis. 128 sq.
Pharaonis induratio qualis fue- rit? 39	Pocockii (Ed.) character & do- gium. 346
Phariseorum nomen unde? 482	epitaphium. 347
secta, placita & mo- rum. 482 sq.	De Podagra tractatus. 356
Phereponus h. e. Jo. Clericus 506	Poesis Hebraeorum qualis? 304
Philosophia scholastica notata. 118	Poetrix Itala celeberrima. 500 sq.
Philosophorum recentiorum vi- ta. 143 sq.	Poggii Florentini vita. 337
	Politicorum Regensium Acade- mia origo. 532
	Pomerani Christiani facti. 327
	Pondus vesicæ inflatæ an grauius vesicæ compressæ pondere? 169
	De Portalegre Comitum in liti- ris amor. 331
	Ccc

# INDEX RERUM

<b>Prædam</b> quid cedat apud Rufos? 456	<b>Qualitatum occidtarum</b> causa. 151
<b>Primi Abbas</b> Historia negotiorum inter Gallos Anglosque sub nomine Comitum St. Majoli edita & Autor. 6	<i>se.</i> origo. 150
<i>ob historiam negot. &amp;c. ad carceres damnatus.</i> 6	<b>Quesnelli</b> ad Clementem XI P. M. epistola. 4
<b>Primogenitura</b> in feudo novo quibus conditionibus introducenda? 418	<b>Qui</b> es quid sit? 148 sq.
<b>Principes</b> Theologiae studiosi. 331 sq.	<b>Qui</b> eritarum autor & propositum. 836
<i>socii surum in Praef. A.B. dicti.</i> 419	<b>R</b> adicatorum Academia Messanenſis fata & symbolum. 478
<b>Principiorum</b> Mechanicorum abusus in Physica & Medicina. 16	<b>R</b> atramni scripta Bertramo perperam tributa. 162
<b>Problema</b> Arithmeticum solutum. 471	<b>Re</b> accensorum Academia Panormitana origo. fata. symbolum. 498
<i>Geometricum solutum.</i> 271	<b>De</b> Reformatæ religionis in Gallia persecutione notabilia. 53 ff. judicium. 56 sq.
<b>Problemata</b> quedam Arithmetico Geometrica soluta. 473	<b>Re</b> formatores Ecclesiæ num jus habuerint reformandi? 510
<b>Prosthaphæresis</b> physica Solis maxima. 368	<b>Re</b> formatorum hypotheses a Jo. Meyero defensa. 42 sq.
<b>Prosthaphæresium</b> telluris tabula. 370	<b>Regi</b> (Jo.) cum Ruaro d. liter. 249 ff. 301 ff.
<b>Protestantes</b> confutati. 279 sq.	<b>Regulæ</b> motus Cartesii rejectæ. 170
<b>Psecades</b> quamam? 440	<b>De</b> Reipublicæ forma apud Belgas quid statuendum? 261 sq.
<b>Ptolemaicum</b> mundi systema cur rejiciendum? 151	<b>Religionis</b> formularum ratio. 396
<b>Pufendorffii</b> Juris N. & G. versio Gallica. 207 sq.	<b>Remedia</b> errorum. 120
<b>Pupillæ</b> dilatabilitatem quis invenit? 503	<b>Resistentiæ</b> solidorum doctrinam excoluit Grandus. 29
<b>Purpuræ</b> historia. 177	<b>Resurrectionis</b> possibilitas demonstrata. 494
<b>Pygæorum</b> , gruum & perdicum bellum explicatum. 411	<b>Retina</b> num particulis oblongis globulisque constat? 168
	<b>Retractus</b> vicinitatis quando locum habeat? 417
	<b>Reyseri</b> (Jo.) vita & scripta. 417
	<b>Richelii</b> Card. notatus. 542

Richelii



# NOTABILIORUM.

<b>R</b> ichehi <i>Card. callide simulationis.</i>	Saporum natura.	150
<i>cus.</i> 75-76	Saturnini errores.	523
<i>cum Richinghamio lites.</i> 76	Satyris <i>nunc profecti in Ecclesijs</i> utrum <i>tes licent?</i>	511
<i>mag. variationes. varia.</i> 76	Saxoniannum olim <i>Episcopis</i> fuerit: <i>tribunaria?</i>	215 sq.
<b>R</b> ogerus <i>Haywardi</i> <i>Rex Mellina</i> <i>salutatus fuerit?</i> 241	Saxonica: <i>Veteris Anglorum: lingua</i> <i>Grammatica: nova.</i>	519
<b>R</b> omanus <i>ut litas componere</i> <i>luc-</i> <i>perint?</i> 267	Saxorum <i>visorum religio.</i>	215 sq.
<b>R</b> omana <i>adolestra.</i> 481	<i>cum Francia unid.</i>	213 sq.
<b>R</b> oratio <i>quid sit?</i> 153	Scaligeri ( <i>Jul. Cass.</i> ) <i>ambitio</i> <i>Tempo-</i> <i>tura.</i>	545
<b>R</b> ubeo <i>frugum unde?</i> 193	Scaligeri ( <i>Jos.</i> ) <i>arrogantia.</i>	545
<b>R</b> uinarti ( <i>Fheod.</i> ) <i>vis a. S. scripta.</i> 157 sq.	Scarabaei <i>notu lucentes.</i>	178
<b>R</b> ussiae <i>status modernus.</i> 517 ff.	Scarronus <i>capicula: librum: dedit.</i>	542
<b>R</b> ussarum <i>articali militares.</i> 453	<i>Scenae partes dua descripta.</i>	563
<b>R</b> uyschio <i>nun sit inventa ar-</i> <i>storia de capitulis?</i> 228	Scheol <i>vox quid vocet?</i>	525
<b>S</b> Abellianis <i>refusitatem.</i> 400	Scioppi <i>ambitio.</i>	542
<b>S</b> achis ( <i>idna</i> ) <i>ammon in. Mago-</i> <i>Geziano exstat.</i> 479	Scorbutus <i>nun. fup. pr. abis. humorum</i> <i>visio oritur?</i>	168
<b>S</b> adlic <i>modum. f. d. b. placita. mon. et</i> <i>10. moner.</i> 482	<i>mediterraneus.</i> 223: 229	
<b>S</b> al. <i>quid. dicitur. (Dipn.) Londina.</i> 373	Scriptura <i>S. dicitur affera.</i> 64 sq. 302: 354 sq.	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> <i>ore fluxus unde?</i> 48	Scriptura <i>S. loci. dicitur. G. ex-</i> <i>plicita:</i>	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> <i>lata periculosa.</i> 19	<i>Gen. II. 2.</i> 44	
<i>non. f. d. i. t. a.</i> 19	<i>IV. 7.</i> 44	
<b>S</b> almatus <i>refusitatem.</i> 364	<i>XI. 4.</i> 360	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 172	<i>X, 10.</i> 360	
<b>S</b> alivatio <i>cum. Poesi. componata.</i> 364	<i>XII. 19.</i> 303	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 364	<i>XLII, 10.</i> 44	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 86	<i>Deut. XXVIII, 63, 68.</i> 42	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 484	<i>Judic. IX. 45.</i> 219	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 419	<i>2. Paralip. XXII, 2.</i> 42	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 16	<i>Job. XXIX. 18.</i> 176: 177	
<b>S</b> alivatio <i>de. tunc. in. h. f. g. d. i. t. a.</i> 18	<i>Pf. XLV, v.</i> 529	
	<i>Prov. XXIV, 16.</i> 329	
	<i>Cam. II, 12.</i> 43	
	<i>Jesi. XL, 3.</i> 313	
	<i>Ezech. XXVII, 11.</i> 412	
	<i>Dan. II, 44.</i> 646, 66.	
	<i>Gen. 2.</i> 246.	

# INDEX RERUM

<i>Zach. IX. 9.</i>	227	Siderum influxus nunc postea accidit?	231
<i>Math. VII. 9.</i>	398		
<i>          XI. 36.</i>	48	Sigillorum magicorum preparatio.	410
<i>          XIX. 9.</i>	407	Signa interitum universi præcætera.	71
<i>          17.</i>	396	Sigoaius (Civ.) refutatus.	81
<i>          17.</i>	43	Simoncellus notatus.	10
<i>          17.</i>	42	Singularis idea definitio.	119
<i>          17.</i>	398	Sir nomen unde?	465
<i>          17.</i>	399	Siracides a Lockio commendatus.	348
<i>          17.</i>	397	Societatis Anglicæ ad propagandam	
<i>          17.</i>	510	Christianismum instituta ratio &	
<i>          17.</i>	510	scopus.	403
<i>          17.</i>	399	ad reformationem morum	
<i>          17.</i>	44	instituta condicio.	404
<i>          17.</i>	399	Solis hyberni & parigæ efficacia minor	
<i>          17.</i>	396	unde?	170
<i>          17.</i>	397	Solymanus, Turc. Imp. quomodo ju-	
<i>          17.</i>	406. 107	scharis?	115
<i>          17.</i>	329	Soni natura explicata.	150
<i>          17.</i>	70	Soteres Adam cum Dioscoris & Pars-	
<i>          17.</i>	99	patis.	440
<i>          17.</i>	99	Sphæra armillarum singularem rationem	
<i>          17.</i>	103, 104	constructa.	501
<i>          17.</i>	104, 105	Sphæra typographicam causam mortis.	
<i>          17.</i>	997		464
<i>          17.</i>	225	Spiritus animalis obiecta.	123
<i>          17.</i>	398	Spiritus animales quid?	168
<i>          17.</i>		Spiritus spiritus a sanguinis spiss-	
<i>          17.</i>		tudine non dependet.	164
<i>          17.</i>		dyscrasia quævis an humores al-	
<i>          17.</i>		teres?	163
<i>          17.</i>		Steganographica artificiali explicata.	
<i>          17.</i>			129
<i>          17.</i>	335 sq.	Stephanardi de Vico mercato Poenus	
<i>          17.</i>	336	de rebus Mediol. editum.	475
<i>          17.</i>		Strenuationibus que formula est	
<i>          17.</i>	267	fuerint generis?	81
<i>          17.</i>	146	Stylus nomen Dei unde?	43
<i>          17.</i>	439	Styli formandi ratio.	468
<i>          17.</i>	178	Stoicorum placita.	486 sq.
<i>          17.</i>	482	De Strada (Ollabius) notatum.	229
<i>          17.</i>		Straffordii laudes.	513
<i>          17.</i>	541	Suaningii (Job. Jani) vita.	316
<i>          17.</i>	70	Succinum quid?	36

succus

# NOTABILIORUM.

Succus subtilis in plantis circulator.	83	Teufel nomen unde?	479
Suttonii operum nova editio.	195	Theodosii Jun. diploma spurium.	457
Suevis antiqua notitia.	412-49	Theologia quo methodo tractanda?	349
nomen unde?	413	ut simplicitatem primam amiserit?	324
fides.	414	Theologia papae aeneae Tabulae nova.	359
ritus.	415	practica typus.	354
ordines paginarum.	417	Thesaurus vox quid significet?	179
ordines quatuor.	417	Theologorum nomine novum Prophetia insigniri?	174
Summum bonum in quo consistat?	47	Theraputia Philonis quomodo?	484
De Sybillis tractatio.	439	Theriacum parum omnium a lium, continentia.	29
Sylvii (Aeze) oratio de compactatis Bohemorum edita.	476	Capitula Bonae Spei.	323
Sypheta Copernicanae quatuor ad mirandum?	189	Thomae (Chr.) refutatio.	408-49
Dialecticum cur rejiciendum?	181	Thomae (Jof. Mar.) Card. vita.	469
Tycheotimus cum Physica non consentit.	151	Tiberius Christianis non infusus.	523
Sypheta Theologia notata.	525	Tonitruum causa.	191-25, 154
<b>T</b> Arantularum venenum sicut globulorum sanguinis non inferit.	16	Tortia (Thermodi) scriptura.	10
Bifloris.	178	Torpedinis historia.	177
Tellus numero planetarum.	119	De Toutnon (Car. Th.) Card. vita.	460
Temporata mutationem curio indicat nubes arborca.	154	Tragoedia nota a Vasa. Cuiusmodi componatur.	233-49
Temporis definitio.	149	Tragoediae origo & immutatio.	231-49
Tenzelii (V. E.) nota in Hieronymi libro de Script. Eccl. vulgata.	295	Traiani Imp. vita.	440
Terentius imitator Menandri.	469	in Christiano persecutione.	528
Terra non ubi sufficit corpora in alidit.	24	Transubstantiatio in S. Coma ut definitur possit?	248
num ultimam omnis corporis si aliditum?	359	Treberis primus Germania Rex.	439
num in lumen converti possit?	359	Treviris a quo condita?	440
Terra super facies per diluivium mutata.	69	Trovidiensis Diocesis Aetoris refutatio.	373-384
mutatio causa.	18, 24	De SS. Trinitate doctrina exannuntiata.	395
si adest non habuit iuxta geographiam specifi cum.	24	Trithemius notatus.	182
de Valliani libro de oratione intelligit aditus cum vocis.	474	Turneri (Thomae) in orbibus & videtur Clericorum liberalitas.	405
de praescriptio nibus ad vestigia haereticos emendatiss.	196-49	Tychonicum mundi Systema cum Physicorum consentit.	191
		De Valentino Phrenetico iudicium.	27
		Valerius, Com. Nulogranii Valerii filius, scripta edita & inedita.	323-441
		Valerius	



















